This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

THE LIBRARY

REGENTS OF THE UNIVERSITY OF MINNESOTA

CLASS 183
BOOK f P549

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LES PHILOSOPHES BELGES

Digitized by Google

Digitized by Google

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV

LE HUITIÈME QUODLIBET

de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,
DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

LOUVAIN.
INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

1924

Digitized by Google

LOUVAIN. — Établissements Fr. Ceuterick, rue Vital Decoster, 60.

Digitized by Google

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV, FASCICULE I

LE HUITIÈME QUODLIBET

de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,
DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

LOUVAIN
INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

1924

UNIV. OF MINNESOTA LIBRARY
Digitized by Google

Digitized by Google

QUODLIBETUM OCTAVUM [1]

QUAESTIO I

Utrum Christus sit unum vel plura.

| Quaerebantur quaedam circa Christum et quaedam circa creaturas. Circa Christum quaerebatur unum, scilicet utrum Christus sit unum vel plura. Et arguitur quod sit plura, quia quod est plura secundum supposita est plura simpliciter. Sed Christus est plura secundum supposita ; quare et cetera. Minor probatur ; quia [2] Christus secundum quod homo est praedestinatus ; sed actus praedestinationis est respectu entis perfecti ; ens perfectum est ens in se subsistens sive [3] suppositum ; ergo Christus secundum quod homo est suppositum. Sed ipse est etiam suppositum secundum quod Deus. Ergo et cetera. Cod. V fol. 123 Ra Cod. P fol. 126 Rb

Contra. Propter quod aliquid est tale et illud magis ; sed corpus Christi in triduo mortis, secundum ponentes in Christo unam solam formam, fuit idem corpus in numero quod prius ratione unitatis suppositi cui unitum mansit ; hoc autem conveniebat ei in quantum erat pars naturae humanae per se assumptae ; ergo tota natura humana in Christo non habet aliam rationem suppositi a supposito divino.

Respondeo : primo intelligendum est quod, ut videbatur innuere opponens, quaestio potest intelligi de unitate vel pluralitate suppositi vel naturae vel ipsius esse, utrum scilicet in Christo sit ponere tantum unum suppositum et unam naturam et unum esse. Nam quaeri posset utrum in ipso sit unum suppositum vel plura ; et si sit in ipso unum solum suppositum, tunc ratione naturarum quae plures sunt, dubitari potest utrum neutraliter possit dici plura vel unum solum ; et similiter quomodo ipsum esse in ipso se habeat secundum unitatem et pluralitatem.

Quantum ad hoc autem, est hoc supponendum tanquam certum quod in Christo est facta unio naturae humanae in uno simplicissimo supposito

[1] *Post* explicit *quodlibeti septimi occurrit in manuscripto* V *folio 122 in albis.* — [2] quod PV *et 1a m.* C. — [3] secundum *corr. 2a m.* C.

Digitized by Google

Verbi aeterni ; unde in eo est duplex natura et una persona, dicente Damasceno (1) tertio libro, capitulo decimo quinto : unus [1] quidem est Christus et eius persona vel hypostasis una est ; sed tamen habet duas naturas divinitatis et humanitatis. | Et inde est communicatio idiomatum, ut scilicet communiter quae sunt Dei homini attribuantur et e converso ; suppositi enim est agere et praedicationes recipere quae sibi ratione naturae unius vel plurium convenire possunt ; Christus [2] autem est unum suppositum subsistens in duplici natura. Unde subdit (2) : unus enim est et idem qui hoc et illud et eiusdem et quae divinitatis et quae humanitatis.

Cod. P fol. 126 Va

Ex his statim apparet quod Christus debet dici aliquo modo unum, scilicet secundum suppositum, et aliquo modo plura, scilicet secundum naturas ; et sic quidem unum aliquid quod non simpliciter et sine distinctione, et sic etiam plura quod non simpliciter et sine distinctione. Et sic, sicut non reprobatur simpliciter positio quae dicit Christum esse unum, quia supponitur quod intelligitur [3] de illo | modo unitatis, scilicet secundum suppositum, ita etiam illa quae ponit ipsum esse plura non debet simpliciter reprobari, sed debet supponi quod intelligatur de pluralitate ratione naturarum. Quod autem sic sit videtur : sicut enim compositum ex substantia [4] et accidente uno vel pluribus est unum subiecto, plura autem differentia, ratione diffinitiva sive essentia, ita etiam Christus est unum supposito, plura natura ; verumtamen quod non solum debeat dici quodam modo plura, sed simpliciter potest ostendi, quia sicut esse aliquid secundum accidens non est proprie esse aliquid simpliciter, quia accidens non est proprie et per se ens, sed aliquid entis per se ; propter quod Sortes, ens album et musicus, est multa non quidem simpliciter, sed secundum quid ; ita, quia esse aliquid secundum substantiam est esse aliquid simpliciter, illud in | quo sunt plures substantiae, non sic quod una habeat rationem verae potentiae et alia rationem veri actus illam potentiam perficientis, sicut se habent materia et forma in composito, sed sic quod utraque est perfecta natura in actu nec una est perfectiva alterius in ratione formae inhaerentis, videtur esse dicendum simpliciter plura, magis etiam quam illud in quo est natura substantiae et plures naturae accidentales. Cum enim ens dividatur in ens per se et in ens per accidens, ens per se est vel actus unus sine materia, ut ponitur in an | gelis vel substantiis separatis, vel habens unum solum actum perficientem illud quod solum est ens in potentia ; ex tali autem actu et potentia fit unum simpliciter et per se, ut in materialibus suppositis ; ens autem per accidens potest dici omne illud in quo sunt plures actus ; cum ergo ens per se dicatur

Cod. C fol. 58 Va

Cod. V fol. 123 Rb

Cod. P fol. 126 Vb

[1] unicus *corr.* 2a *m.* C. — [2] christo PC. — [3] intelligatur PC. — [4] ex substantia, *add.* P.

(1) *De Fide Orthodoxa*, l. III, c. XV, 235. (Migne, PG., t. 94, col. 1058). — (2) Ibid., *loc. cit.*

Digitized by Google

simpliciter unum neutraliter propter unitatem actus, ens per accidens dicetur plura neutraliter propter pluralitatem actuum. Quia ergo Christus [1] non sic est unum per se, scilicet [2] ab una forma substantiali, sed est unum per accidens quodam modo, in quantum plures actus et naturas comprehendit et habet unum [3] quendam modum accidentis et partis, ut dicitur Philippenses, (1) *primo* [4]: cum in forma Dei esset, exinanivit semet ipsum formam servi accipiens et habitu inventus est ut homo ; patet ergo quod Christus debet dici plura neutraliter et unus masculine sive unum supposito.

Nec est hoc inconveniens, scilicet aliquid esse unum simpliciter et plura, si haec ad diversa referantur. Cum enim actus et forma distinguant, ubi est ponere plures actus substantiales est ponere plura distincta [5] sic, scilicet secundum naturas et essentias. Cum etiam ea, quae uni et eidem sunt eadem, etiam inter se sint idem, quando plura uniuntur in uno simplici supposito, oportet ea esse unum, sic scilicet secundum esse suppositi. Et quia unus masculine respicit unitatem suppositi, unum neutraliter rationem naturae, ideo etiam Christus dicitur unus simpliciter, non alius et alius. Non dicitur autem unum simpliciter, id est sine distinctione, quia est aliud et aliud ; sicut [6] e converso, quia tres personae distinctae secundum supposita uniuntur in una indistincta et simplici essentia vel natura divina, dicuntur unum et non unus. Unde Augustinus (2), ad Felicianum : post partum virginis non alius Dei et alius hominis, sed idem Christus Dei et hominis filius : sed aliud [7] fuit Dei et aliud hominis, aliud quidem secundum distinctionem substantiae, non aliud pro unitate personae.

Sed videtur aliquibus (3) quod, licet in Christo sint duae naturae et sic Christus sit duo secundum naturam et sic secundum quandam determinationem, non tamen debet dici quod sit duo simpliciter, | quia numerus dualitatis non potest poni circa Christum nisi ratione naturarum sive circa ipsas naturas ; sed ambae naturae non praedicantur in abstracto, prout scilicet ipsa natura nomine absoluto dicitur significari, sed una sola natura, scilicet divina, non autem natura humana, sed solum in concreto ; unde non [8] dicitur quod Christus sit natura humana, sed bene dicitur quod Christus est homo ; homo autem significat habentem humanitatem. Quamvis ergo, si ambae naturae praedicarentur de Christo, sequeretur quod Christus esset duo, tamen quia non utraque praedicatur in abstracto non debet concedi quod sit duo | simpliciter [9] ; sed [10] oportet secundum rationem suppositi

Cod. P fol. 127 Ra

Cod. C fol. 58 Vb

— [1] est unum *add.* P ; *del.* P. — [2] sed P. — [3] una PV. — [4] quinto. — [5] *om.* C. — [6] est *add.* C. — [7] alius P. — [8] *om.* C ; *suppl. in margine 2a m.* C. — [9] christus nisi *add.* C. — [10] *Del. 2a m.* C *et* prout *correxit.*

(1) *Ad Philip.*, I, 6-7. — (2) [Vigilii Tapsensis ?] *Contra Felicianum*, c. 11. (Migne, PL, t. 42, App. col. 1166.) — (3) Thomas Aquinas, *Summa theologica* III, q. XVII, a. 1. in corp. *ad finem.*

Digitized by Google

praedicari de Christo unum vel duo. Qui ergo poneret [1] in Christo esse duo supposita, diceret [2] Christum esse duo neutraliter. Quia nos ponimus in Christo esse unum solum suppositum, videtur quod Christus dicendus est non solum unus masculine, sed etiam unum neutraliter.

Sed per hoc ita argueretur de quocumque ente per accidens, quia in illo non praedicatur aliqua natura in abstracto de supposito, nec una magis quam alia ; et sic non diceretur plura neutraliter. Unde illud videtur impedire, quia sicut illud quod est tantum unum secundum naturam non potest dici plura neutraliter, sed unum solum, licet ipsa natura de illo non praedicetur in abstractione – sufficit enim quod in concreto — ita etiam [3] illud quod est plura secundum naturam sive in quo sunt plures naturae actuales non poterit unum dici neutraliter sed plura ; et ad hoc sufficit quod de ipso
Cod. V fol. 123 Va praedicentur tales naturae | etiam [4] in concreto. Unde quando dicitur : homo est aliquid unum, non verificatur hoc quia sit unum secundum suppositum praecise, sed quia est unum secundum naturam. Unde distinguuntur istae locutiones quibus dicitur : homo est unum neutraliter et unus masculine ; quia in secunda accipitur pro supposito, in prima pro natura, quamvis de ipso non pradicetur in abstracto. Sicut etiam cum dicitur : homo albus non est unum, neutraliter verificatur, non quia non sit unus masculine et supposito, sed quia est plura secundum naturam. Ita ergo in proposito : ad hoc
Cod. P fol. 127 Rb quod Christus possit dici plura vel duo, sufficit quod in | eo sint plures naturae modo supradicto, duae scilicet inconfusae sed distinctae secundum se manentes. Nec sequitur : est plura neutraliter ; ergo est plura supposita, quia illud quod est plura uno modo potest esse unum alio modo, et e converso. Sicut etiam dictum est quod non sequitur in divinis : pater et filius et spiritus sanctus sunt unum neutraliter, ergo sunt unum supposito ; licet aliter sit quantum ad hoc in creaturis, quia in creaturis sequitur : est una natura, ergo non est plura secundum supposita. Hoc tamen non verificatur in divinis quia illa una natura de tribus personis praedicatur in abstracto, sed quia illa natura secundum se est una, quocumque modo praedicetur. Unitas enim et pluralitas naturae facit per se ad hoc quod aliquid neutraliter dicatur unum vel plura ; non talis vel talis praedicatio quae contingit ex diversitate in modo significandi vel in aliqua ratione speciali in alia et [5] in alia natura, et respectu alterius et alterius suppositi.

Unde bene verum est quod de talibus, quae sic sunt unum et [6] multa, non debet simpliciter concedi quod sint unum vel multa sine distinctione ; sed debet dici : illud est unum supposito, plura essentia vel natura, et cetera ; prout Augustinus (1) ubi supra, contra Felicianum, cum dixit : in mediatore

[1] ponerent PC. — [2] dicerent C. — [3] et P ; in C. — [4] *om.* C. — [5] *om.* CV. – [6] vel C.

(1) Cfr. supra, *loc. cit.*

Digitized by Google

Dei et hominis aliud Dei filius, aliud hominis filius; aliud autem et aliud et duo vel plura neutraliter idem sunt. Subdit (1) : aliud, inquam, pro discretione [1] substantiae, non autem secundum distinctionem personae. Immo dicit (2) quod non dicitur aliud pro ipsa unitate personae. Unde cum natura maxime substantialis sit vera entitas, dicere aliquid esse duo secundum naturam substantialem sive habere dualitatem naturarum substantialium non videtur diminuere de ratione dualitatis, ut dicere aliquid esse duo sic secundum dualitatem naturarum sit [2] dicere duo tantum secundum quid et non duo simpliciter. Verum est tamen quod, ut dictum est, quod ad hoc quod aliquid dicetur plura neutraliter simpliciter et sine dictinctione, oportet quod sit plura etiam secundum suppositum; quia, ut dicitur quinto Metaphysicae (3) : substantia dicitur secundum duos modos, scilicet : suppositum quod de aliquo non praedicatur, | et forma vel natura speciei quae de supposito praedicatur. Propter quod diversitas naturae non sufficit ad hoc quod sine distinctione aliquid simpliciter dicatur aliud et aliud sive plura, nisi sit diversitas secundum suppositum. Similiter etiam unitas secundum suppositum non sufficit ad hoc quod aliquid dicatur simpliciter unum neutraliter et sine distinctione, nisi adsit unitas secundum naturam. Unde in omnibus talibus in quibus sic sunt | plura secundum naturam et unum secundum suppositum, si quaeratur utrum sint unum vel si quaeratur utrum sint plura, semper est respondendum distinguendo, ut patet per Philosophum (4), primo Physicorum.

Cod. P fol. 127 Va

Cod. C fol. 59 Ra

Si autem quaeratur in proposito : cum Christus uno modo dicatur unum et alio modo plura, quid istorum magis debet dici et quid horum dicatur simpliciter et quid secundum quid; potest dici quod ista sunt unum vel plura secundum diversas rationes ; et ideo de unoquoque respondendum secundum suam propriam rationem : et [3] est quaelibet unitas [4] unitas simpliciter in genere suo, et pluralitas est etiam [5] pluralitas simpliciter in genere suo ; plura enim secundum naturam sunt plura simpliciter, et unum secundum suppositum est unum simpliciter.

Ex praedictis potest patere quid dicendum sit de alio articulo, scilicet : quomodo in Christo est unum esse vel plura. Cum enim unum et ens convertantur, sicut Christus est unum vel plura, sic in Christo est unum esse vel plura.

Intelligendum tamen quod secundum aliquos distinguitur de esse, quia est

[1] distinctione *corr. 2a m.* C. — [2] aut *corr. 2a m.* C. — [3] ideo C. — [4] est quaelibet unitas] quaelibet unitas est C. — [5] *om.* V.

(1) Ibidem, *loc. cit.* — (2) Ibidem, *loc. cit.* — (3) Aristotelis *Metaphysica*, l. IV, c. VIII (ed. Bekker, vol. II, p. 1017 b.) — (4) Cfr. Aristotelis *Physica*, l. I, c. III (ed. Bekker, vol. I, p. 186).

Digitized by Google

Cod. V fol. 123 Vb

esse essentiae et existentiae et | subsistentiae. Et ponunt aliqui (1) esse existentiae dicere rem aliam ab essentia et ei additam. Sed aliter et aliter accipitur ut sic et sic; quia ut tale esse comparatur [1] ad substantiam, est esse existentiae et substantiae; prout comparatur ad accidens [2] est esse existentiae, sed non subsistentiae. Omnis ergo natura existit, vel quia est ipsum esse, ut scilicet natura divina; vel quia est coniuncta alicui esse,

Cod. P fol. 127 Vb

ut omnis natura creata. Quia ergo in | unoquoque non est nisi unum esse suppositi quod est esse subsistentiae et existentiae, ut est esse principaliter subsistentis [3]; et illud est esse existentiae, sed non subsistentiae quorumcumque in illo existentium ut sic in uno possint esse multa existentia, sed non nisi per unum esse existentiae, sicut in uno sunt multa extensa sed non nisi una extensione unius quantitatis, haec autem patent in accidentibus in substantia existentibus; — natura autem humana in Christo, etsi non sit accidens, habet tamen modum accidentis quia substantificatur in supposito divino iam constituto in esse et sic existit per esse illius; ideo ponitur secundum istos (2) quod in Christo non est nisi unum esse, scilicet esse divini suppositi, sed in aliis hominibus [4] est natura humana coniuncta esse creato et substantificatur [5] in supposito creato; et quia natura humana non potest existere nisi sit coniuncta alicui esse, ideo si separetur a Verbo, cum iam non existeret per esse Verbi nec sustentificaretur in supposito Verbi, oporteret sibi communicari aliquod esse creatum, et sic constitueret [6] suppositum creatum et [7] sustentaretur in supposito creato; sicut etiam ponitur ab istis (3) de accidentibus post conversionem substantiae panis remanentibus.

Sed illud non videtur posse stare. Supposito enim quod essentia et esse essentiae et esse existentiae omnino sunt idem realiter, sicut est alibi declaratum (4), ubicumque reperitur aliqua essentia vel aliquid cui convenit ratio essentiae, in tantum etiam ibi reperitur esse existentiae; et ideo oportet ponere quod in composito ex substantia et accidente uno vel pluribus, quot sunt res quibus conveniant plures rationes essentiales vel quae sunt plura secundum essentiam, tot oportet etiam ponere res quibus conveniant plura esse.

Immo etiam, et si ipsum esse sit res alia ab essentia, et tamen quid quasi simplicius et [8] actualius quia est ipsa actualitas [9] essentiae, unicuique

— [1] ut sic — comparatur] om. C. — [2] agens *corr.* 2ª m. C. — [3] subsistens C. — [4] omnibus C. — [5] subsistantificatur VPC; *in* substantificatur *corr.* V. — [6] sibi — constitueret] *om.* C. — [7] ut *corr.* 2ª *m.* C. — [8] ideo (?) *add.* C. — [9] quia actualitas] *om.* C.

(1) Cfr. verbi gratia Thomas Aquinas, *De Ente et essentia*, c.V. — (2) Thomas Aquinas, *Summa theologica*, III, q. XVII, a. 2, *Conclusio;* et Aegidius Romanus, *Quodlibitum* V, q. III. *Disputatio tertia*, q. I (Lovanii 1646, p. 271). — (3) Thomas Aquinas, *Summa theologica*, IIIª, q. LXXVII, a. 1, *ad tertium*. — (4) *Quodlibetum* III, q. 1, (p. 160 sq., et p. 303 sq).

Digitized by Google

autem essentiae secundum modum | naturae suae convenit propria actualitas sive [1] proprium esse inseparabiliter et hoc in ratione formalis perfectionis, et constat quod subiectum et esse eius non se habet in ratione formalis perfectionis respectu accidentis, immo potius e converso, habet ergo unumquodque accidens proprium suum esse quod est aliud ab esse subiecti. Unde quod accidens dicitur esse, et esse ens, quia est entis per se, hoc non est quia ipsum formaliter est per esse vel per entitatem illius, sed quia sua entitas formalis et suum esse non est ens secundum se, sed ens quod est dispositio alicuius entis per se, propter quod in talibus oportet ponere plura esse. Cod. P fol. 128 R[a]

Item ex dicto illorum sequeretur quod [2] in subiecto in quo essent plures naturae, scilicet substantia et accidens, non essent plura entia vel plures essentiae. | Sicut enim dicitur de accidentibus quod sunt vel existunt sive [3] quod habent esse vel existere quia sunt in existente et quia existunt per existentiam subiecti et propter hoc dicuntur accidentia essentialiter [4] existere per esse subiecti ; ita etiam, secundum Philosophum (1) in principio septimo Metaphysicae, accidentia non sunt entia nisi quia sunt entis quod est substantia. Et sic, si propter ea quae dicuntur ab istis, de esse in tali subiecto non est nisi unum esse quo omnia existunt, ita etiam non erit in illo nisi unum ens quo omnia habent quod sunt entia. Cod. C fol. 59 R[b]

Immo hoc etiam confirmatur per exempla quae inducunt in contrarium. Nam cum unum et idem sit extensum quantum ad omnia extensibilia in eo, ita quod omnia sunt extensa una extensione unius entis formaliter et alba unius albedine et dulcia unius dulcedine et sic de aliis ; esse extensum autem est quoddam esse et esse album et cetera, et hoc esse non est illud, in hoc manifeste ponuntur plura esse in uno. | Quamvis ergo esse, secundum se dictum, non sit determinatum ad gradum aliquem entis vel secundum substantiam vel secundum accidens, sicut esse extensum, esse album vel huiusmodi, sed dicit quendam conceptum unum unitate analogiae cui non respondet aliquod [5] ens determinatum, sed comprehendit omnes gradus entis in quos per se dividitur | sicut et ens ; ideo illud in quo sunt plures gradus entis ex hoc ipso debet etiam dici plura secundum esse, sicut contingit ubi haec sub pluribus propriis rationibus explicantur, id est : sicut dicere quod [6] hoc non est unum simpliciter, sed est plura, quia est aliquid secundum albedinem ; item, est aliquid secundum extensionem et dulcedinem et cetera. Cum haec sint quaedam entia vel quaedam esse distincta sub esse communi, ita debet hoc dici plura secundum esse. Cod. V fol. 124 R[a] Cod. P fol. 128 R[b]

[1] Secundum *corr. 2[a] m.* C. — [2] etiam *add.* P. — [3] Secundum *corr. 2[a] m.* C. — [4] essentialia PCV ; essentialiter *corr. in marg.* V. — [5] aliquid C. — [6] per P.

(1) Aristotelis *Metaphysica.* l. VI, c. 1. (ed. Bekker, II, p. 1028 a.)

Digitized by Google

Nec valet simile quod inducitur de hoc quod ponuntur plura extensa ubi tamen non est nisi una extensio, quia quae dicuntur extensa, sunt extensa subiective et participative, non autem formaliter et essentialiter, id est, non sunt ipsa extensio, sed extenduntur per illam eis quodam ordine naturali inhaerentem ; et ideo secundum essentias extensorum non oportet ipsam extensionem formalem vel essentialem multiplicari quoniam ipsa extensa non differunt numero et subiecto. Non sic autem est in proposito, quia plura entia se habent ad esse non ut ad quoddam ab eis participatum, sed quodlibet ens essentialiter et formaliter est id ipsum quod esse suum ; et ideo secundum multiplicationem entium et essentiarum necesse est ipsum esse dividi et multiplicari. Similiter etiam [1] inconveniens est ponere quod in Christo natura humana non habeat proprium esse, sed sit vel existit per esse suppositi, hoc scilicet intelligendo in ratione perfectionis formalis. Cum enim forma det esse materiae, manifestum inconveniens est ponere in Christo formam substantialem, scilicet animam unitam materiae propriae et nullum esse ei dare. Impossibile est enim formam esse in materia et non dare illi esse, sicut ponere albedinem in subiecto et non dare illi esse album. Et sicut hoc implicat contradictoria, ita etiam illud. Cum etiam vivere viventibus sit esse, in Christo autem sit duplex vivere, scilicet unum creatum secundum animam et aliud increatum secundum divinitatem ; quare et cetera. Sicut ergo impossibile est plures essentias esse unum secundum esse essentiae,
Cod. P fol. 128 Va ita impossibile est ens quod habet in se plures naturas esse unum secundum esse unum existentiae. Et ideo est dicendum quod, cum in Christo sint | plures naturae, et secundum hoc dictum est quod ipse est plura, et in ipso etiam est unum suppositum et secundum hoc dictum est unum, oportet quod quae ad naturam pertinent in Christo plurificentur, quae autem pertinent ad suppositum sint unum tantum. Esse autem [2] existentiae pertinet ad naturam et ad suppositum ; ad suppositum sicut ad illud quod habet [3] esse, quia suppositum significatur ut ens perfectum et formatum ; ad naturam sicut quo aliquid [4] habet esse ; natura [5] enim significatur per modum formae
Cod. C fol. 59 Va quae dicitur ens ex eo quod aliquid ea est. | Quia ergo in Christo sunt plures naturae, in ipso etiam sunt plura esse secundum pluralitatem naturarum, scilicet divinae et humanae. Nunc enim sufficit loqui de esse quae respondent naturis principalibus substantialibus, scilicet humanae et divinae, non descendendo ad esse secundum naturas accidentales, quae quidem etiam bene possunt dici plura suo modo, sicut in aliis hominibus ; non [6] descendendo ad distinctionem formarum substantialium quia si plures sint [7] in Christo, et etiam in aliis. Tunc [8] quilibet homo est plura et non unum neutraliter secun-

[1] *om.* V. — [2] aut P. — [3] haberet P. — [4] aliquis PC. — [5] nam P *et 1a m.* C. — [6] nec PC. — [7] sunt PC. — [8] cum P.

Digitized by Google

dum naturam substantialem habens plura esse substantialia. Sed de hoc alias (1) est habitum.

Descendendo vero ad distinctionem partium essentialium hominis quae sunt forma et materia, ex hoc non sunt ponenda in ipso plura esse existentiae simpliciter, quia illud numeratur solum secundum formam quae est idem quod actus et essentia simpliciter. Unde materia non habet esse simpliciter nisi esse formae; quia, licet materia non sit purum non ens cui nullo modo conveniat esse, non est tamen sic ens quod ei secundum se conveniat tale esse quod possit dici esse simpliciter, quia non est nisi pura potentia in genere substantiae ad esse simpliciter quod est a forma substantiali. Et sic considerando in Christo naturam humanam et divinam, secundum illas [1] oportet ponere plura esse in Christo, | sed unum quasi substantiale et principale et aliud quasi accidentale et secundarium. In quantum enim natura humana advenit supposito praeexistenti [2] aeterno dicitur [3] habere respectu illius modum accidentis. Non est tamen accidens, cum sit vera substantia; nec proprie accidentaliter advenit, sed hypostatice, quia est | natura quae secundum se nata est constituere suppositium. Nunc tamen alteri supposito coniuncta est et unita in quo perfectius subsistit et sustentificatur quam in se ipsa sibi derelicta.

Cod. V fol. 124 R^b

Cod. P fol. 128 V^b

Nec tamen propter hoc debet negari [4] in Christo esse duplex [5] esse secundum rem, prout aliqui (2) tali ostendunt persuasione [6]: quia enim esse formae vel naturae quae non pertinet ad esse personale vel hypostasis subsistentis non dicitur esse illius per se simpliciter, sed secundum quid, sicut esse album est esse Socratem non in quantum est Socrates, sed in quantum est albus; et [7] ita in Socrate [8] albo est duplex esse: unum secundum quod est Socrates et aliud secundum quod est albus. Ideo quidem si natura humana adveniret filio Dei non hypostatice vel personaliter sed accidentaliter, sic etiam in Christo poneretur duplex esse: unum secundum quod est Deus, aliud secundum quod est homo. Quia igitur natura humana advenit filio Dei hypostatice et pertinet ad esse [9] personale [10] Christi et non accidentaliter, consequens videtur quod secundum naturam humanam non adveniat sibi novum esse personale, sed solum nova habitudo esse personalis praeexistentis ad naturam humanam, ut scilicet persona illa iam dicatur subsistere non solum secundum naturam divinam, sed etiam secundum humanam. Et ponitur exemplum: quia esse capitatum et cetera, pertinent ad unam personam Socratis, ideo ex omnibus

[1] illam C. — [2] existenti C. — [3] debet C. — [4] debet negari] negari debet PC. — [5] dupliciter PC. — [6] persuatione VP. — [7] *om.* V. — [8] in Socrate] Socrate in. *corr.* 2^a *m.* C. — [9] *om.* C. — [10] esse *add.* 2^a *m.* C.

(1) Cfr. *quodl.* II, q. VII (p. 118, sq.). — (2) Thomas Aquinas, *Summa theol.* III, q. XVII, a. 2, in corp.

Digitized by Google

istis non fit nisi unum esse [1] in Socrate. Et si contingeret quod post constitutionem personae Socratis advenirent ei manus vel pedes, ex his non accresceret Socrati aliud esse, sed solum relatio quaedam ad huiusmodi [2], quia diceretur esse non solum secundum ea quae prius habebat, sed etiam secundum ea quae post modum sibi adveniunt.

Sed sic non oportet dicere in proposito considerando ipsum esse ut est esse existentiae simpliciter. Cum enim, ut dictum est, in assumptione naturae humanae advenit supposito divino aliqua res et natura substantialis cui non minus, immo magis convenit esse existentiae reale proprium quam cuicumque accidenti, si concedatur quod natura accidentis adveniens dat aliquod esse, licet imperfectum quia est natura imperfecta, quomodo dicetur quod natura humana in Christo nullum esse proprium haberet? Ex simili ergo, tali de accidente non potest con | cludi nisi quod non dat esse accidentale, quia nec est accidens informans et inhaerens, ut albedo, nec est substantia accidentaliter adveniens quasi ex habitudine eius ad ipsum cui advenit aliquod esse acci | dentale consurgat, sicut de vestimento respectu vestiti, sed dat esse substantiale, non quidem secundum se; et ideo non dat novam rationem suppositi vel personae, sed verum esse existentiae substantiae alteri perfectiori cui in ratione suppositi innititur; et sic non habet Christus ratione humanae naturae esse sub ratione subsistentiae. Bene enim verum est quod per advenientem naturam humanam non advenit Christo novum esse personale, sicut nec nova relatio filiationis realis. Sicut tamen natura alia [3] vel essentia ei advenit et alia nativitate vel generatione, ita etiam et aliud esse existentiae. Omnis enim generatio terminatur ad aliquod esse reale; et, si illud sit ens secundum se, est hypostaticum per se; si non, tunc: aut [4] est esse accidentale quod non est natum esse hypostaticum secundum se, et tunc etiam illud non cedit in esse hypostaticum cum illo cui advenit, sicut convenit in omnibus accidentibus respectu substantiae; aut est esse substantiale quod est natum esse hypostaticum secundum se, sed sic in esse non constituitur, sed unitum alteri subsistenti cui innititur; et tunc illud esse novum est novum esse existentiae simplicis, sed non novum esse personale vel suppositi, sed cedit quasi in esse hypostaticum praeexistens in quantum nullam [5] habet rationem hypostasis vel personae nisi illius suppositi.

Cod. P fol. 129 Ra

Cod. C fol. 59 Vb

Et quod ita sit in proposito, ostenditur per Damascenum (1), libro tertio, capitulo octavo: non est necesse eas quae ad invicem unitae sunt naturas secundum hypostasim, unamquamque propriam possidere hypostasim, sed unam et eandem utrisque [6]; eadem enim Verbi | hypostasis utrarumque naturarum hypostasis existens; et cetera. Unde non valent exempla inducta.

Cod. V fol. 124 Va

[1] unum esse] esse unum PC. — [2] huius PC. — [3] natura alia] alia natura PC. — [4] autem PC. — [5] nulla P. — [6] utriusque C.

(1) Iohannes Damascennus, *De Fide Orthodoxa*, l. III, c. IX (Migne, P G. t. 94, col. 1017.)

Digitized by Google

Quia enim manus vel pes, cum advenit personae alicui praeexistenti, simul cum illa [1] habet unam et eandem formam a qua est esse existentiae et etiam esse subsistentiae vel personale ; ideo sicut non advenit novum esse personale, ita etiam nec novum esse | existentiae manens quidem distinctum. Propter quod etiam non potest poni realis relatio inter suppositum et partem sibi advenientem propter eorum indistinctionem. Secus autem est in proposito. Quia enim natura humana adveniens supposito [2] divino non sortitur formam divinitatis, nec ambae cedunt in tertiam, sed manent essentialiter distinctae, ideo etiam eorum esse existentiae distincta manent. Et quia natura humana suum esse habet non secundum se, sed ut alteri unitum et innitens, ideo, ut dictum est, tale esse aliud est [3] et novum in quantum est esse existentiae, non autem ut est esse subsistentiae. Et est realis relatio nova naturae assumptae ad assumentem, licet non fuerit per hoc nova relatio filiationis ad patrem in Christo. Propter realem enim distinctionem in essentia et esse existentiae, potest esse realis relatio assumpti ad assumentem ; sed filiatio est una secundum rem propter eorum in esse suppositi et subsistentiae indistinctionem.

Cod. P fol. 129 Rb

Et ideo ulterius est dicendum quod in Christo non est nisi unum esse subsistentiae, id est, non est nisi unum suppositum sive esse suppositi, quia esse suppositi vel subsistentiae dicitur esse alicuius entis completi in se et per se existentis et nulli alii innitentis. Hoc autem in Christo est suppositum aeternum Verbi, cui tanquam principaliori advenit natura humana ; quae quidem, quia non per se separatim [4] existit, sed in alio, id est in hypostasi Verbi Dei, non quidem sicut accidens in subiecto neque proprie sicut pars in toto, sed per ineffabilem assumptionem vel unionem, ideo natura ipsa in Christo habet esse existentiae, quod est idem cum sua essentia ; sed illud non est sibi esse subsistentiae, quia illud non habet secundum se modo supradicto. Sic patet quod si accipiatur esse secundum rationem perfectam, id est, ut est entis perfecti et completi secundum se et in se existentis, cum tale sit esse substantiae alteri non innitentis et hoc est ens subsistens sive suppositum per se existens, sic non est nisi unum [5] esse | in uno, quia illi naturae sic alteri non | innitenti convenit per se existere et subsistere [6], omnibus quae sunt in ipso per illud convenit et communicatur ; ipsum enim suppositum per se et existit et subsistit ; omnia autem alia sunt et substant in illo et per illud. Et ad hoc forte attendunt dicentes simpliciter quod in Christo non sunt plura esse. Sed, si accipiatur esse simpliciter et absolute, ut est actualitas essentiae vel naturae actum essentiae vel naturae importans non differens realiter ab ipsa, sic oportet esse multiplicari secundum multiplicationem essentiarum vel naturarum.

Cod. C fol. 60 Ra
Cod. P fol. 129 Va

Sed hic [7] est hoc dubium : quomodo possit hoc esse, scilicet : quod

[1] illo VPC. – [2] quia — supposito] *om.* C. — [3] aliud est] est aliud P. — [4] separata *corr.* 2a *m.* C. — [5] unicum C. — [6] et subsistere *om.* C. — [7] hoc PV.

Digitized by Google

in Christo sit idem esse essentiae et existentiae naturae humanae, quae realiter differunt [1] ab essentia et esse divinae naturae, et esse subsistentiae ipsius naturae humanae non sit idem quod esse essentiae et esse existentiae eiusdem naturae, quia esse subsistentiae in Christo non differt realiter ab esse existentiae divini suppositi ; cum tamen videamus quod si natura humana haberet [2] esse secundum se, non ens [3] unita, ista tria essent idem simpliciter secundum rem, scilicet : essentia vel esse essentiae et esse existentiae et esse subsistentiae ; nihil autem videtur auferri a natura humana per unionem eius ad ipsam in supposito divino ; nec per se generari [4] per actionem eiusdem, si contingeret quod persona divina naturam assumptam deponeret ; unde, cum subsistere sit idem cum existere et cum essentia naturae humanae, cum est non unita, non videtur posse tolli subsistentia, nisi tollatur essentia et existentia, nec [5] creari subsistentia nisi causetur essentia et existentia. Et est dicendum quod subsistentia addit aliquo modo aliquid ad existentiam, non proprie aliquid intrinsecum, sed aliquid extrin-
Cod. V fol. 124 Vb secum quod potest dici connotatum : nam esse dicit actualitatem essentiae | vel naturae simpliciter et absolute, non determinando quod ipsa natura existens sit vel non sit alteri innitens, et cetera ; et ideo variatio circa hoc non ponit variationem circa ipsam naturam cuius dicitur esse, essentia
Cod. P fol. 129 Vb vel esse ; sed subsistere dicit actualitatem essentiae vel naturae con | notando aliquid extrinsecum ; nam ex hoc dicitur aliquid subsistere quod habet esse secundum se non innitendo alteri ; et sic, ut non est pars vel quasi pars alicuius vel cum alio, sic connotat aliud exclusive sive exclusionem alterius. Non subsistere autem in se, sed subsistere in alio dicitur quod [6] dicit esse innitens alteri et cetera. Si ergo de non subsistente fiat subsistens, hoc fit per divisionem actualem eius ab alio ; et e converso ; si de [7] subsistente fiat non [8] subsistens, hoc fit per unionem eius ad aliud. Etenim, cum unitas suppositi et unitas numeralis accidentalis [9] cum subiecto, sive qua accidens et substantia cui inest sunt unum subiecto, et etiam unitas qua plura accidentia in eadem substantia existentia sunt unum numero, sit vere quaedam unitas, aliquid causatur [10] cum fit [11] talis unitas, quia plura fiunt unum ; et aliquid destruitur cum talis unitas dissolvitur, quia [12] unum in actu secundum talem unitatem plura in potentia fit plura in actu ; et sic contingit variatio ad quam sequitur variatio secundum esse essentiae vel existentiae simplicis, nisi talis divisio fiat in his quae non solum sunt unum supposito vel numero dicto modo, sed quae etiam sunt unum [13] essentia et natura ; puta, cum ex una aqua fiunt duae aquae ; ibi enim fit variatio secundum haec omnia, sic scilicet quod ibi ex uno in actu secundum esse essentiae, existentiae

[1] differant C. — [2] habere P. — [3] esset *corr. 2a m.* C — [4] generari per se] per se generari PC. — [5] naturae PC. — [6] quia PC. — [7] non *add.* VPC ; *del.* V. — [8] *del.* C. — [9] accidentis PC. — [10] creatur PC. — [11] sit PC. — [12] in *add.* V. — [13] in *add.* VPC ; *del.* V.

Digitized by Google

et subsistentiae, plura autem in potentia quantum ad ista, fiunt huiusmodi plura in actu. Ideo potest dici variatio circa subsistentiam, sive circa esse subsistentiae, ratione differentis rei quam connotat et includit, scilicet secundum quod alteri unitur vel non unitur modo praedicto, absque hoc quod fiat variatio circa ipsam essentiam vel esse quae hoc non includant vel connotant.

Quamvis ergo natura humana in Christo, ut dictum est, non habeat proprie rationem accidentis vel partis, habet tamen quendam | modum accidentis et partis, in quantum habet rationem entis alteri uniti et innitentis. Et ideo, sicut ibi vere est accidens vel pars, per actualem divisionem | plura in potentia fiunt plura in actu, et partes fiunt quaedam tota per se entia ; ita contingit in proposito ; et e converso, similiter fit de unione ; et cetera.

Cod. C fol. 60 R[b]

Cod. P fol. 130 R[a]

Ad primum quod nititur ostendere quod Christus sit plura non solum secundum naturam, sed secundum suppositum, dicendum quod praedestinatio respicit ens perfectum, quod est ens secundum se sive aliquod suppositum ; et ita est in proposito. Quia suppositum [1] hominis in Christo est praedestinatum, non natura secundum se, non quidem suppositum proprium hominis secundum quod homo, distinctum scilicet a supposito divino, ut videtur petere argumentum, scilicet quod Christus sit plura non solum secundum naturam, sed secundum suppositum, quia non dicimus naturam alicuius praedestinari, sed suppositum, quia praedestinari [2] est dirigi in salutem, quod quidem est suppositi agentis propter salutem, — bene [3] praedestinatio hic [4] attribuitur personae divinae Christi, ita quod suppositum divinum, non quidem secundum se vel secundum quod subsistit in natura divina, dicitur praedestinatum, sed secundum quod subsistit in natura humana. Unde cum praedixisset Apostolus (1), Romanorum primo : qui factus est ex semine David secundum carnem ; subiunxit : quod praedestinatus est filius Dei in virtute, ut daret intelligere quod secundum hoc quod est factus ex semine David secundum carnem est praedestinatus filius Dei in virtute. Quamvis enim naturale sit illi [5] personae secundum se quod sit filius Dei in virtute, non tamen ei est naturale secundum naturam humanam secundum quam hoc sibi competit per gratiam unionis.

Argumentum aliud quod nititur ostendere quod sit unum secundum suppositum, non secundum naturam, concedendum est, licet innuat aliam difficultatem circa unitatem formae de qua nihil ad praesens.

[1] et — suppositum] *om.* C. — [2] sed — praedestinari] *om.* C. ; *suppl. in margine 2[a] m.* C. — [3] unde PC. — [4] haec PC. — [5] uni V.

(1) *Ad Rom.* I. 3-4.

Digitized by Google

QUAESTIO II

Utrum subiectum possit esse immediatum principium praecipue effectivum alicuius sui accidentis.

Post haec [1] circa creaturas quaerebantur quaedam pertinentia ad naturam substantialem et eius dispositiones vel proprietates ; quaedam autem ad accidentalem pure naturam [2]. Circa primum quaerebantur quaedam [3] | pertinentia ad naturam substantialem in generali et quaedam pertinentia ad naturam rationalem et quaedam pertinentia ad naturam irrationalem. [4]

Cod. V fol. 125 Ra

Circa primum quaerebatur unum pertinens ad subiectum respectu sui accidentis. Utrum subiectum possit esse immediatum | principium praecipue effectivum alicuius sui accidentis. Et arguitur quod non ; quia nihil agit ultra [5] suam speciem, eo quod inter causam et effectum debet esse unigeneitas [6]. Ergo cum subiectum sit substantia et accidens alterius generis, substantia non est principium activum accidentis.

Cod. P fol. 130 Rb

Contra. Substantiae debetur aliqua operatio cuius ipsa substantia est principium. Sed operatio substantiae creatae est accidens. Ergo et cetera.

Respondeo. Circa hoc intelligendum quod, cum quaeritur utrum aliqua substantia possit esse immediatum principium activum vel effectivum alicuius sui accidentis, quaestio potest intelligi generaliter de quacumque substantia creata respectu cuiuscumque accidentis, vel specialiter de substantia animata respectu vitalis operationis, scilicet prout solet quaeri : utrum anima possit elicere suas operationes, scilicet sentire, intelligere et cetera.

Si ergo intelligatur in generali, non videtur aliud quaerere nisi utrum aliquod unum et idem respectu eiusdem possit esse activum et passivum [7], cum certum sit quod subiectum respectu sui accidentis habeat rationem passivi.

Ad hoc [8] posset faciliter responderi et ex ratione activi et passivi ut ad invicem secundum suas diffinitiones vel descriptiones comparantur, ex ratione potentiae quae convenit passivo, et ex ratione actus qui convenit

[1] hoc PC. — [2] accidentalem — naturam] naturam — accidentalem C. — [3] autem — quaedam] *om.* P. — [4] et quaedam — irrationalem] *om.* C. — [5] ultram V. — [6] unigenitas C. — [7] nam *add.* C. — [8] autem *add.* P.

Digitized by Google

activo. Secundum Philosophum (1) enim, quinto et nono Metaphysicae, potentia activa est illud quod est principium transmutationis in aliud secundum quod aliud ; Commentator (2) : non in se, cum sit manifestum quod nihil agit in se ipsum. Et ex hoc patet quid sit potentia passiva. Unde subdit (3) : potentia passiva est illud quod recipit transmutationem in se ex alio secundum quod est aliud ; Commentator (4) : non a se, cum sit manifestum quod nihil patitur a se ipso. Ex hoc videtur manifestari | satis solutio quaestionis in generali. Unde eam expresse sub forma propria videtur Commentator (5) solvere in principio quarti Metaphysicae, super illud (6) : ens dicitur multis modis ; tamen in omnibus dicitur [1] ens quia attribuuntur uni primo enti, scilicet substantiae. Dicit (7) enim ibi : et istae attribu | tiones in unoquoque sunt diversae ; praedicamenta enim attribuuntur [2] substantiae, non quia est agens aut finis eorum, sed quia constituuntur per illam et subiectum est eorum. Et primo Physicorum, dicit Philosophus (8) quod subiecta natura cum causa formae est omnium quae sunt in ea sicut mater. Item, actus et potentia sunt contraria ; quare non possunt eisdem secundum idem convenire ; quod enim est in potentia receptiva, cum sic illo sit carens, non potest esse in actu secundum illud sive habens. Et quod est in actu secundum aliquid et sic illud habens, non potest esse in potentia receptiva respectu illius, illo scilicet carens. Est ergo haec condicio agentis et patientis quod unum est actu tale et aliud est potentia tale ; quia quicquid agit, agit secundum quod est in actu [3] ; et quicquid patitur, patitur ut est in potentia. Item, alia est conditio, quia agens est praestantior et prior patiente, secundum Augustinum (9) et secundum Philosophum (10)[4]. Item, alia condicio : quia agens debet contingere patiens ; unde secundum Philosophum (11), primo de Generatione, agens et patiens non appropinquata sibi ipsis non sunt nata facere et pati. Istae autem condiciones non possunt convenire uni et eidem, neque in materialibus, neque in immaterialibus [5]. Unde cum actus et potentia dividunt et circueunt totum ens, istae rationes

Cod. C fol. 60 Va

Col. F fol. 130 Va

[1] multis — dicitur] *om.* C. — [2] enim attribuuntur] attribuuntur enim P. — [3] est — actu] in actu est PC. — [4] *inter lineas supra* secundum Augustinum (duodecimo ....) (?) *et supra* secundum Philosophum (tertio de anima) *scripsit alia m.* V. — [5] neque — immaterialibus) *om.* P.

(1) Aristotelis *Metaphysica*, l. V, c. XII (ed. Bekker, vol. 2, p. 1019, a) et l. VIII, c. 1 *(ibid.* p 1046, a). — 2) Averroès Cordubensis, *Metaphysica*, l. IX, c. 2, com. 2 (ed. Venetiis 1562, t. 8. fol. 227 R a). — (3) Aristotelis *Metaphysica*, l. VIII, c. 1 *(ibid,* loc. cit). — (4) Averroès Cordubensis, *ibid* , (loc. cit.) — (5) Averroès Cordubensis, *Metaphysica*, l. IV, com. 2 (Venetiis 1562, vol. 8, fol 65Va).— 6) Aristotelis *Metaphysica*, l. IV, c. 2. (ed. Bekker, vol. II, p 1003 a, b). — (7) Averroès, *ibid.* ut supra (loc. cit.) *Verbotenus.* — (8) Aristotelis *Physica*, l. I, c. IX. (ed. Bekker, vol. I, p. 192 a.) — (9) Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. XII, c. XVI, 33. (Apud Migne, PL. t. 34, col. 467). — (10) Aristotelis *De Anima*, l III, c. V (ed. Bekker, vol. 1, p. 130, a). — (11) Aristotelis *De Generatione*, l I, c. 6 (ed. Bekker, vol. 1, p. 322).

Digitized by Google

aequaliter applicabiles sunt cuilibet enti. Et si per eas probatur et conceditur quod in aliquibus materialibus ita est, per easdem probabitur quod etiam in immaterialibus ita est. Et quia ratione in uno ente quocumque deficiet, et in omnibus. Propter quod non solum patet solutio quaestionis in generali, sed in speciali, etiam si scilicet quaeratur specialiter de substantia animata utrum suae operationis sit principium effectivum.

Unde quod dicitur ab aliquibus (1) quod ita est in corporalibus ubi
Cod. V fol. 125 Rb vere est actio et passio quae sunt motus, qui | est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi, scilicet quod nihil est activum respectu sui ipsius, non autem est ita in aliis, ubi est operatio perfecta et tota simul
Cod. P fol. 130 Vb entis in actu secundum | quod in actu, non valet. Quia licet hoc [1] ponat differentiam inter ipsas perfectiones secundum suas naturas et modos essendi, hoc tamen non excludit differentiam veram inter actum et potentiam. Sicut enim mobile antequam movebatur est penitus vere et proprie in potentia ad suum actum qui est imperfectus et motus dicitur, et [2] ideo non potest se ad illum quantumcumque imperfectum efficere, ita etiam intellectus possibilis antequam intelligat est omnino in potentia ad suum intelligere ; et est hic [3] repugnantia tanta quanta ibi ; et sic in voluntate et in aliis.

Constat autem quod non solum differt actus voluntatis a motu proprie dicto, sicut est dictum, ut propter hoc possit voluntas ad illum se ipsam educere [4], non sic mobile ad motum ; immo etiam quaecumque operatio vitae [5] puta : videre, audire [6], intelligere ; quaelibet enim talium est operatio perfecta et tota simul ; et tamen de talibus hoc non ponitur communiter, scilicet quod potentiae quarum sunt se ipsas ad istas operationes educant.

Sed dicitur ad praedicta quod verum est quod potentia est contraria actui non cuicumque, sed illi qui [7] est complementum potentiae illius. Et ideo dicitur quod verum est quod impossibile est ut idem re, ut est in potentia ad talem actum, deducat se ad illum ; idem tamen re quod est in potentia ad talem actum, si simul cum hoc quod est in potentia ad illum secundum
Cod. C fol. 60 Vb u | nam rationem eius, possit esse in actu sub illo secundum aliam eius rationem secundum quam natus est actus ille produci ab eodem, non est inconveniens quod idem, ut est in actu secundum aliquid [8] quantum ad unam eius rationem, se ipsum, ut est in potentia ad illud secundum aliam rationem, deducat de potentia ad actum : sicut si sol cum eo quod est calidus virtute et iam habet calorem secundum unam rationem eius, esset in potentia ad actum secundum formam caloris, et sic esset simul cum hoc in potentia ad calorem iam habitum,

[1] hic V ; vel hoc *in marg. alia m.* V. — [2] dicitur et] *del 2a m.* C. — [3] haec P *et 1a m.* C. — [4] inducere V. — [5] ut *add.* C. — [6] et *add.* PC. — [7] quae PC. — [8] secundum aliquid] secundum ad *1a m.* C, *del. 2a m.*

(1) Henricus de Gandavo, *Quodlibet X, q. 17.* (vol. II, fol. CCCCXXVII, verso).

Digitized by Google

tamen secundum aliam rationem se ipsum, prout est actu et virtute talis qualis est in potentia ut fiat talis secundum formam, se ipsum in quantum secundum formam caloris de potentia calido faceret actu ca | lidum. Et hoc quidem ponunt (1) non solum in voluntate vel in immaterialibus, sed etiam in aliquibus materialibus, puta : de aqua calida quae secundum rationem substantiae suae virtute habet frigiditatem ad quam est in potentia formaliter et, cessante impedimento, educit se in actum secundum illam formaliter ; et cetera. Cod P fol. 131 Ra

Hoc autem, si veritatem habet, videtur posse poni eadem facilitate in uno sicut in alio, dicendo scilicet quod unumquodque quod est [1] in potentia ad aliquem actum secundum formam propriam, est in actu secundum illam non formaliter, sed virtute ; et per hoc unumquodque erit [2] causa effectiva respectu sui ipsius et unumquodque educet se ipsum de potentia in actum, licet hoc ab aliquibus (2) sine ratione et causa speciali specialiter applicetur [3] voluntati vel [4] cuicumque alii. Dicetur ergo quod quaelibet substantia est virtute talis quale est suum accidens formaliter et sic erit [5] principium activum omnium suorum accidentium. Sed quia hoc non convenit cuilibet substantiae per se sine aliquo alio praesente, dicetur quod illud non est causa per se effectiva, sed causa sine qua non, sicut ponitur circa voluntatem. Nec potest ostendi de uno plus quam de alio ratione aliqua ex se sumpta nec etiam experimento ; cum aliqui (3) dicunt quod, praesente movente ut causa sine qua non respectu voluntatis, non semper est [6] voluntas in actu ; sed hoc contingit praesente movente respectu aliorum ; propter quod videtur esse dicendum quod respectu voluntatis non dicitur aliquid movens ut per se causa, sed ut causa sine qua non ; sed hoc non debet dici de movente respectu aliorum.

Hoc non valet ; quia si hoc concedatur de voluntate, scilicet quod praesente movente, id est existente apprehensione intellectus de aliquo bono, non semper est voluntas in actu, hoc est quia eorum ad quae voluntas movetur quaedam sunt talia quod, etsi illa possent [7] apprehendi sub | aliqua ratione boni et [8] convenientis propter quod voluntas ad illa potest moveri prosequendo, possunt etiam [9] apprehendi sub aliqua ratione nocivi et defectus propter quod voluntas potest | moveri ab illis refugiendo. Et [10] ideo potest contingere quod, facta apprehensione aliquorum talium, voluntas non movetur prosequendo vel etiam [11] refugiendo, sed sistitur sic apprehendens donec per rationem deliberaverit [12] plenius circa illa. Aliquando etiam voluntas respectu unius et eiusdem aliter et aliter movetur, quia aliquando motu persecutionis [13] et aliquando motu Cod. V fol. 125 Va Cod. P fol. 131 Rb

[1] in uno — est] quod C. — [2] erat. — [3] applicatur C. — [4] *om. 1a m.* C. — [5] erat P *et 1a m.* C. — [6] voluntatis — est] *om. 1a m.* C. — [7] possint PC. — [8] *om.* C. — [9] *om. 1a m.* C. — [10] *om.* C. — [11] in C. — [12] deliberavit P. — [13] prosecutionis C.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodl. X*, q. IX, fol. *CCCCXXVI recto*, ad secundam rationem ; et *verso*. – (2) Henricus de Gandavo, *ibid.*, loc. cit. — (3) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum IX*, q. V (t. II, fol. CCCLX, D).

Digitized by Google

fugae et detestationis. Sed quando plena et terminata deliberatione aliquid talium apprehenditur, sic autem proprie habet rationem moventis in actu, tali dispositione stante ex parte moventis, sequitur etiam motio in voluntate et dicetur quod voluntas ut sic necessario movetur [1] respectu illius. Unde respectu finis ultimi sive beatitudinis cum apprehenditur, quia non potest apprehendi nisi sub ratione boni et convenientis, non potest se non movere, quia modo naturae et de necessitate movetur in illum ; et tamen ponitur quod respectu illius movet se. Secundum hoc ergo omnia etiam [2] materialia dicentur se movere et non ab alio, nisi sicut a causa sine qua non, non obstante quod respectu illius non possunt se non movere, quia omnis motus eorum est naturalis et determinatus.

Praeterea, esto quod sic [3] non manifeste probetur experimento quod naturalia non movent se rationabiliter, tamen ponetur ita esse in naturalibus virtute rationis qua [4] ponitur | hoc in voluntate, quia revera in omni ente ratio activi et passivi eandem rationem important quantum ad ista esse eadem vel diversa, sicut ea quae sunt communia [5] omni enti ; et ratio quae potest circa hoc applicata declarare, ita esse in voluntate, quia hoc fit [6] ponendo ita esse ea natura rei, potest etiam in quocumque alio similiter declarare ita esse, ut patet inducenti. Haec autem alias (1) diffusius sunt tractata, nec adhuc vidi quomodo hoc possit destrui circa alia quin etiam hoc circa voluntatem eadem facilitate destruatur.

Cod. C fol. 61 Ra

Praeterea exemplum quod inducunt est contra eos. Quia enim est sol calidus solum virtute, id est habet | proprietatem secundum quam natus est calefacere formaliter, ideo nunquam potest fieri calidus formaliter a se ipso. Cum ergo hoc sit principale exemplum, id ponere in aliis est petere, quia nec hoc exemplo confirmatur, immo potius infirmatur Verum est enim quod sic potest distingui de esse in actu formaliter vel virtute. Et, ut quidam dicunt et scribunt, magna ruditas ingenii est nescire distinguere qualiter aliquid continet formam aliquam formaliter et aliquid continet illam [7] virtualiter. Sed maior ruditas est concedere propter hoc [8] quod unum et idem secundum rem sit activum et passivum respectu eiusdem ; et nulla est ruditas hoc negare, quia haec distinctio solum valet ad declarandum diversitatem agentium et modorum agendi, vel [9] tamen [10] in suis propriis passivis, prout distinguitur inter agens univocum eiusdem speciei et aequivocum alterius speciei. Sicut enim calidum formaliter generat calidum eiusdem speciei vel naturae non in se sed in alio, ita calidum virtute generat calidum formaliter sive alterius naturae vel speciei non in se, sed in alio. Et sic de aliis.

Cod. P fol. 131 Va

[1] *om.* P *et* 1a *m.* C. — [2] *om.* C. — [3] sit PC. — [4] qui VP. — [5] consequentia C — [6] sit C. — [7] illud' - [8] *om.* C. — [9] sed VPC. — [10] vel tamen] *in marg. scrips. alia m.* V

(1) Cfr. *Quodl.* VI, q. 7

Digitized by Google

Non ergo debet poni ex hoc distinctio talis quod quae sunt talia virtute possunt se educere ad actum formalem, alia autem non ; quia hoc est contra rationem propriam activi et passivi. Sed solum debet poni distinctio quae dicta est, scilicet quod quaedam sunt agentia aequivoca, scilicet continentia formam virtute ; quaedam vero univoca, scilicet habentia formam eiusdem rationis in actu. Item, prout dicitur secundo Physicorum (1), causae sic se habent ad invicem quod forma et finis intrinsecus incidunt in idem numero, forma et efficiens in idem specie. Materia | vero vel subiectum nunquam cadit in idem realiter cum aliis. Quomodo ergo illud idem secundum rem quod est materia et subiectum actus alicuius erit efficiens illius ? Tantum enim est inconveniens quod efficiens aequivocum vel | analogum sit materia vel subiectum formae quam efficit, sicut in agente univoco, quia ita vere, immo verius convenit ei ratio agendi.

Cod. V fol 125 Vb

Cod. P fol. 131 Vb

Quia etiam cum totum compositum per se fiat aliquid, licet ratione formae, sicut fit ex toto composito licet ratione materiae, si illud quod est agens esset etiam [1] patiens et subiectum, idem esset causa efficiens sui ipsius. [2] Deinde discurrendo per singula, patet quod non poterit inveniri aliquid idem quod respectu eiusdem sit activum et passivum. Nec est instantia de intellectu, cum in intellectu sit intellectus agens et patiens. Non enim quaeritur utrum intellectus agens importet potentiam activam et possibilis passivam, quia constat quod sic ; sed quaeritur utrum illud in quo per se recipitur actus intelligendi sit causa effectiva illius ; et patet quod non. Ita etiam circa voluntatem, quaerimus de isto in quo subiective recipitur actus volendi utrum sit effectivum suae actionis ; et ideo, consideratis his etiam alias (2) pluries recitatis, nec videtur aliter posse poni de quacumque re determinata quod aliquid unum et idem secundum rem et subiectum moveat se ipsum, nisi dicendo, sicut placet, sine omni ratione : haec est natura eius, quia, qualitercumque aliter dicatur, hoc potest in quolibet alio reperiri ; et ideo universaliter dico quod nihil est activum sic in se ipsum quod de potentia reducat se in actum illius ad quod erat in potentia unum et idem [3] ; dico secundum rem.

Sed aliquibus videtur quod unum et idem secundum subiectum, in quo tamen est reperire pluralitatem realem, potest esse activum in se ipsum, quia ratione unius secundum rem poterit agere, et ratione alterius secundum rem etiam in ipso existentis poterit [4] pati. Sic enim poterunt salvari | praedictae condiciones quae inter agens et patiens requiruntur ; et idem

Cod. C fol. 61 Rb

[1] quia esset per se *add.* PC ; *in marg. scrips. et ras. alia m.* V. — [2] *om.* C. — [3] secundum rem *add.* P, *del.* P. — [4] agere — poterit] *om.* C.

(1) Aristotelis *Physica*, l. II c. VII (ed. Bekker, vol. I, p. 198, a). — (2) Cfr. *Quodlibetum VI*, q. 7.

Digitized by Google

secundum idem non erit agens et patiens. Unde in composito ex partibus quantitativis [1] unum et idem in una parte existens magis calidum poterit
Cod. P fol. 132 Ra agere in se ipsum, | quantum ad aliam partem quae est minus calida. Similiter in composito ex partibus essentialibus, ut in animali composito ex anima et [2] corpore, anima se habet ut movens et agens, corpus autem ut motum et patiens. Similiter in composito ex partibus potentialibus ubi secundum unam potentiam se habebit ut movens et agens, secundum aliam ut motum et patiens, sicut dicitur quod voluntas movet intellectum ; et e converso. Ex quo enim sunt partes differentes realiter non est inconveniens unam respectu alterius habere quandam rationem actualitatis et aliam rationem potentialitatis ; et secundum praedicta unum et idem movet se, sed non primo, quia per partes.

Et dicunt etiam ulterius quod unum et idem secundum se totum potest se ipsum movere, sed non primo et principaliter et directe, sed ex consequenti per accidens et indirecte. Et secundum hoc aliquid existens sub aliquo accidente vel sub aliqua perfectione potest se ipsum facere vel educere in alia perfectione secundum aliud accidens ; sicut grave per formam gravis per se movet medium, movendo autem et scindendo medium movet se ipsum deorsum ubi quoddam ubi et quandam perfectionem dicetur consequi, quia ibi magis natum est salvari quam alibi. Et sic de aliis. Sic etiam aliquid existens sub perfectione substantiali facit se ipsum ad perfectionem accidentalem ; vel existens sub una perfectione accidentali facit se ipsum [3] in aliam perfectionem accidentalem. Aqua enim existens sub natura aqua*e* facit se ipsam frigidam ; aqua etiam facta prius calida ab alio se ipsa redit frigida. Similiter calor naturalis dessiccat humidum et sic humidum existens sub calore movet se ad aliam perfectionem accidentalem, scilicet ad siccitatem. Et hoc sic contingit : quia
Cod. V fol. 126 Ra agens quod dat formam, | dat etiam accidentia consequentia formam ; et sic motus aquae ad frigiditatem debet dici esse a generante, quia id [4] quod dedit naturam aqua dedit ei quod fluerent ab ipsa accidentia competentia illi naturae. Unde aqua semper, quantum est de se, est frigida, nisi impediatur
Cod. P fol. 132 Rb motus. Ergo aqua, [5] amo | to impedimento, ad frigiditatem reducetur in idem principium a quo habet aqua naturam aqueam. Aqua ergo facit se ipsam frigidam, non quod directe in se ipsam agat, sed quia a generante est quod a natura aquea apta nata est frigiditas fluere. Sic etiam, quia siccum est quid annexum calido, ideo a calido, si sit excessus calidi, fluit siccum ; propter quod calidum existens, humidum redit siccum se ipso : qui motus potest attribui generanti, quia dans talem naturam dedit ei quod sic [6] ab eo flueret siccum. Sic etiam et [7] voluntas facta in actu per finem, se ipsam movet ad ea quae sunt

[1] quantitatis PC. — [2] in C. — [3] ipsam VP ; ipsum *corr.* V. — [4] de *add.* P, *postea del.* — [5] aquae. — [6] sicut PC. — [7] *om* C.

Digitized by Google

ad finem; et intellectus factus in actu per principia, movet se ipsum ad conclusiones.

Sed omnia talia reducenda sunt in motorem alium; nam si ex obiecto apprehenso habet voluntas principale, scilicet quod velit finem, dicetur ex hoc habere quod velit annexum, scilicet ea quae sunt ad finem. Similiter ex parte intellectus, illud quod causavit intellectionem principiorum dicetur causare intellectionem [1] conclusionum.

Item, alio modo etiam dicunt aliqui quod voluntas et intellectus faciunt se in actus suos etiam primos; quia dicunt quod in voluntate sunt quaedam affectiones ab ipsa realiter differentes, et harum virtute facit se in actum aliquem secundum modum et condicionem affectus quem habet. Similiter [2] in intellectu possibili dicitur fieri quaedam species ab obiecto, cum [3] et [4] mediante illa facit se intellectus in actum determinatum intelligendi illud obiectum. Et secundum istum modum ponendi quo unum dicitur agere [5] se ipsum, agens et patiens non sunt distincta re et per consequens nec subiecto nec loco. Et secundum hoc dicitur quod non est inconveniens | materiam vel subiectum aliquo modo coincidere [6] cum causa efficiente et aliquo modo non coincidere; quia si consideretur subiectum ut est in potentia, non est causa efficiens suorum accidentium, quia ab eo ut est in potentia non fluunt sua accidentia; | sed si consideretur ut est quid in actu, sic dicitur esse causa efficiens talium accidentium, quia prout est in actu et prout habet talem formam, naturaliter consequuntur ipsum talia accidentia. Unde quia materia secundum se non dicit nisi potentialitatem, ideo signanter dicit Philosophus (1) non quod materia secundum se, sed quod [7] materia cum forma, quia per hoc quod habet actualitatem est causa omnium accidentium quae fiunt in ea. Et per hoc dat intelligere quod non ratione potentialitatis, sed ratione actualitatis quam acquirit materia per formam, habet quod ab ea fluant huiusmodi accidentia. Et est notandum quod non dicit materiam esse causam efficientem respectu formae substantialis, quia respectu illius non includit aliquam actualitatem. Subiectum ergo coincidit cum causa efficiente respectu accidentium ratione actualitatis formae; non coincidit autem ratione potentialitatis; et hoc appellando causam efficientem non illud quod agit, sed illud quo aliquid agit; est enim natura rei quasi organum generantis et efficientis respectu accidentium ipsam naturam consequentium, in quantum mediante tali natura causa efficiens generat accidentia in ista natura subiecta; et sic talia accidentia sunt principaliter a generante et aliquo modo sunt a natura subiecti.

Cod. C fol. 61 Va

Cod. P fol. 132 Va

Ponunt etiam isti quod, sicut a natura ignis, quia ipsum consequuntur

[1] principiorum — intellectionem] *om.* P. — [2] etiam *add.* P; et *add.* C. — [3] tamen PC; *del.* 2a *m.* C.— [4] et *del.* 2a *m.* C. — [5] in *add.* 2a *m.* C. — [6] incidere P *et* 1a *m* C — [7] om PC.

(1) Cfr. Aristotelis *Physica*, l. I, c. IX (ed Bekker, vol. 1, p. 192 a).

Digitized by Google

caliditas et siccitas, dicuntur huiusmodi [1] accidentia causari, ita etiam, quia essentiam animae et angeli naturaliter consequuntur intellectus et voluntas, essentia animae et angeli habet aliquo modo rationem causae efficientis respectu suarum potentiarum.

Cod. V fol. 126 Rb

Sed ista non valent ; immo universaliter est dicendum quod, ubicumque aliquid existens in potentia ad aliquem actum fit in actu secundum illum, oportet quod agens et patiens differant [2] re et subiecto [3], et cum hoc situ et loco in corporalibus. Et quantum ad exempla inducta, omnia haec inveniuntur in composito, scilicet [4] ex partibus quantitativis ; quia licet illud sit unum unitate totius | integralis, tamen [5] una pars non est alia, sed est distincta re et subiecto, sic quod una potest habere rationem moventis respectu alterius. Inveniuntur etiam in composito ex partibus essentialibus de quo propositum [6] est exemplum, scilicet in animali ; ibi enim anima dicitur motor corporis, non quia ipsa secundum se effective moveat corpus cuius est forma et in quo est subiective, sed quia animal non solum est totum quantitativum et integrale simpliciter et absolute, sicut est totum homoeomerum [7] sicut aqua, lignum de quo intelligitur primum membrum ; sed est totum heterogeneum [8] partes habens integrales quae etiam sunt organicae et etiam aliquo modo formaliter differentes et non solum loco et subiecto, sicut aliae in aliis totis. Et secundum hoc anima secundum aliquam virtutem determinatam, secundum quam est in aliqua parte corporis determinata, movet aliam partem corporalem primo, et mediante [9] illa aliam et sic deinceps, secundum quod habet fieri motus animalium localis et praecipue progressivus. Secundum quod, aliquid existens indistinctum subiecto, quantumcumque in isto sint aliqua plura differentia realiter, possit se ipsum educere de potentia in actum, hoc est omnino impossibile ; quia, ex quo illud est unum subiecto indistinctum, totum per se est in potentia et totum per se [10] est in [11] actu postea, licet ratione alterius partis ; suppositorum enim est agere et pati per se.

Cod. P fol. 132 Vb

Unde quod dicitur de voluntate et intellectu, quod movent se, non valet ; quia unaquaeque istarum potentiarum movetur ab obiecto suo. Quomodo autem hoc fieri habet alibi (1) est declaratum. Si etiam aliquid [12] quod est calidum et humidum agat in aliquid, calefaciendo et exsiccando illud quod est humidum, in illud idem aget, licet non | ratione qua humidum, sed ratione qua calidum. Similiter etiam si illud patiatur ab aliquo, quia scilicet ab illo [13] exsiccatur, id quod est calidum etiam ab isto [14] patietur. Similiter etiam si

Cod. C fol. 61 Vb

[1] *om.* V. — [2] differat C. — [3] re — subiecto] *om.* P. — [4] enim PC — [5] cum PC. — [6] productum C. — [7] homiomerum VP ; homogenium C ; genium *supra scrips.* C, *ras.* C. — [8] eth'rogeneum V. — [9] mediate PC ; mediante *corr. 2a m.* C. — [10] se *om.* P. — [11] potentia et — in] *om.* V. — [12] etiam aliquid] aliquid etiam C. — [13] isto PC. — [14] illo PC.

(1) Cfr. *Quodlibetum* VI, q. 7.

Digitized by Google

aqua calida agat in frigido ; et aqueitas et caliditas aget, licet aqueitas [1] non | sit ratio per se agendi hanc actionem ; et similiter calidum etiam [2] infrigidabitur, licet non sit ratio talis passionis ; et sic nulla condicionum quae requiruntur inter agens et patiens in talibus salvari potest. Licet enim calidum et humidum sint diversae res secundum se, in [3] ratione tamen activi et passivi differre non possunt, sed sunt unum subiecto, quia totum est per se activum et passivum. Constat etiam quod unum non tangit alterum, quia tangentium se non inest unum alteri ut forma inhaerens. Unde sicut forma non tangit materiam, sic nec forma formam cum qua est in eodem subiecto. Cod. P fol. 133 Ra

Si autem dicatur, sicut isti [4] videntur dicere, quod in istis non dicatur unum et idem agere in se ipsum, quia scilicet secundum unum sit activum et secundum aliud sit passivum, quia non possunt [5] praedicta salvari, sed sic quod unum et idem et secundum idem sit activum et passivum, sed non sit activum principaliter et directe, sed ex consequenti et indirecte, sic scilicet quod talis actio non est in talibus proprie et directe ab illis, sed est talis actio reducenda in aliud activum principale ; quia enim propria accidentia sunt annexa compositis ex materia et forma substantiali, et ideo dans formam substantialem dat ista et etiam dat in hoc virtutem quod si aliquando impediatur subiectum ne eis talia insint, impedimento amoto, possint ab isto fluere ; sicut patet de aqua calida quae per se redit frigida ; et in hoc illud quod dedit naturam aqueam a qua dicitur | aquam calidam infrigidare. Cum etiam calor dicitur agere in proprium subiectum, talis actio non reducitur proprie in calorem, sed in generans. Quia enim siccitas est apta nata esse annexa calori, calor facit suum subiectum siccum. Cod. V fol. 126 Va

Et ponuntur talia in praedictis ad similitudinem eius quod dicitur, quod qui dedit naturam gravi, quia ad talem naturam sequitur motus deorsum, dicitur grave movere deorsum.

Sed illud etiam non valet. Primo, quia in | talibus ubi generans dicitur esse agens et movens per se et directe et principaliter aliquod [6] mobile, si contingat quod illud non sit in actu qui sic [7] natus est induci a generante, ad hoc quod fiat in actu secundum illud, oportet ponere aliquod aliud agens quod dicitur movens per accidens, in quantum scilicet facit aliquid per se et directe ; quo facto, illud quod erat in potentia habet esse in actu convenienti suae naturae quam habet a generante ; sicut patet in descensu gravis, quia ipsum grave est movens se per accidens, in quantum movet per se medium, illud dividendo ; quo facto, statim est deorsum. Quamvis praeter hoc quaerendum sit, cum grave non moveat medium nisi ipsum grave [8] natura sit primo motum, quid est illud a quo sic grave primo movetur et sic motum Cod. P fol. 13 Rb

[1] caliditas VPC ; aqueitas *scrips. in marg.* V. — [2] calidum etiam] etiam calidum PC. — [3] et P *et 1a m.* C. — [4] illi P. — [5] possent PC. — [6] aliquid P. — [7] sit PC. — [8] prius *add. 2a m.* C

Digitized by Google

consequenter movet medium ; hoc autem alibi tractatur (1). Sed sic non potest dici in aqua calida, quia non sic facit per se et directe aliquid in se ipsa nec etiam in aliud, quo facto, ipsa habeat esse frigida. Nihil enim fit circa aquam calidam, cessante calefaciente, neque in ipsa aqua neque ab ipsa nisi formalis infrigidatio.

Similiter etiam dicendum est de calore suum subiectum dessiccante [1], et de omnibus talibus. Ergo, si a talibus per se et directe nihil fit, quo facto, fiant in actu vel frigidum vel siccum, non potest dici quod ipsa aliquo modo nec directe et per se et principaliter, nec indirecte et ex consequenti faciant se talia. Praeterea dicere quod aqua calida per violentiam sit calida, est irrationabile, si consideretur quid per violentum importetur, alioquin omnis transmutatio naturalis, cum fit [2] de contrario in contrarium, esset violenta. Quod etiam humidum per violentiam sit cum calido et praecipue humidum, radicale est inconveniens, cum ista sint quaedam | principia vitae in viventibus.

Cod. C fol. 62 Ra
Cod. P fol. 133 Va

Praeterea,oportet dicere aut quod talia penitus respectu | talium actuum nihil agunt, sed sunt tantum passiva respectu illorum ; aut quod per se et directe agunt et efficiunt tales actus ; aut quod non est ponere aliquod activum creatum quod agat per se et principaliter et directe. Si enim talia aliquam actionem agunt et efficiunt, sed illam non principaliter et [3] directe [4], quia reducitur in generans quod dedit naturam a qua fluit talis actus, ex quo tamen talis actus immediate fluit et efficitur a tali natura ; illud autem cuius est talis natura non habet virtutem ut talis actus ab ipsa fluat et efficiatur nisi in quantum habet talem naturam, quam non habet a se sed ab agente, cum hoc idem [5] inveniatur in quocumque agente creato, idem etiam in omnibus dicetur. Constat enim quod ignis non calefacit aquam praesentem, nisi quia habet virtutem calefactivam ; sed illam non habet a se, sed a generante qui dedit ei naturam talem, ut statim praesente passivo fluat ab ipso actio calefactionis. Sicut ergo actio calefactionis qua aqua calefit ab igne, quia immediate procedit ab isto igne, in virtute tamen quam accipit [6] a generante ipsum, dicitur fieri per se et directe ab isto igne tanquam a causa proxima immediata, licet etiam posset dici fieri a generante ignem tanquam a causa mediata et remota ; ita etiam si, cessante actione ignis, aqua calida se ipsam infrigidaret per [7] virtutem quam accepit a | generante, nihilominus quia talis actio immediate flueret ab ista aqua per se et directe, diceretur fieri ab ipsa aqua.

Cod. V fol. 126 Vb

Quod autem dicitur de modo agendi specialiter accidentia sic propria, quod per se et inseparabiliter [8] insunt substantiae, et simul cum substantia producitur in esse producuntur et ista [9], et ipsa manente non possunt ab ista separari,

[1] deficiente PC.— [2] sit PC.— [3] per se agunt et *add.* C.— [4] agunt *add.* P.— [5] hoc idem] haec ratio PC. — [6] accepit PC. — [7] naturam et *add.* PC. — [8] separabiliter P *et 1a m.* C. — [9] illa PC.

(1) *Quodl. VI*, q. 7 (p 156 sq.).

Digitized by Google

videlicet quod totum compositum ex materia et forma substantiali causat et agit ista [1] in se ipso; | sed, sicut dictum est in aliis, talis actio tanquam in principale agens reducitur in ipsum generans; quia, eo ipso quod generans dat naturam talem cui annexa sunt talia accidentia, dicitur talia accidentia causare; verumtamen quia causat ea non immediate, sed mediante substantia in actu, ita scilicet quod dando [2] substantiam [3] tanquam principale, dat accidentia tanquam annexa; pro [4] tanto dicitur esse substantia causa accidentium factorum in ipsa [5], quia illud mediante quo fit aliud dicitur esse causa eius; hoc, inquam, bene dictum est, quantum ad hoc quod dicitur quod huiusmodi accidentia a generante per se et principaliter causantur secundum rationem causae efficientis. non sic quidem quod solum per se efficiat ipsam substantiam cui annexa sunt talia accidentia et sic ista faciat, quia a substantia ab ipso facta in ratione causae efficientis fluunt inseparabiliter; immo sic quod per se et directe a generante effective fluunt et compositum ex materia et forma substantiali et compositum ex subiecto et accidentibus propriis, licet ordine quodam naturae; quia, sicut materia est subiectum formae substantialis secundum quam generans generatione simpliciter generat compositum substantiale, ita compositum [6] ex materia et forma substantiali est subiectum formarum accidentalium secundum quas generans generatione secundum quid generat consequenter compositum ex subiecto et formis accidentalibus. Et sic substantia nullo modo debet dici proprie agens, nec principale nec instrumentale respectu suorum accidentium; sicut nec materia potest dici agens respectu formae substantialis. Sed verum est quod ad fieri et esse accidentium est substantia in actu necessaria, tamen non [7] secundum genus causae efficientis, sed materialis, sicut et ad fieri et ad esse formae substantialis necessaria est materia prima. Et sic substantia est causa materialis determinata quod in ista fiant accidentia effective tantum ab ipso agente. Et sic, quia agens non potest efficere accidentia nisi in substantia in actu, pro tanto potest dici quod efficiat ista mediante substantia. Ex hoc tamen ipsa [8] non habet rationem agentis respectu illorum, sed rationem subiecti ut in illa [9] | ab alio fiant. |

Cod. P fol. 133 Vb

Cod. P fol. 134 Ra

Quod autem dicitur de intellectu et voluntate quod facti in actum secundum principia, faciunt se in actum secundum [10] principiata [11], non valet. Bonum enim apprehensum quod movet voluntatem ad volendum ipsum tanquam finem, simul cum hoc non movet ipsam voluntatem ad volendum id quod est ad finem, nisi fiat explicatio eius quod est ad finem et applicatio ipsius finis. Et sicut finis secundum se movebat ad actum qui dicitur velle, ita illud quod est ad finem sic apprehensum movet ad actum qui dicitur electio. Universaliter

Cod. C fol. 62 Rb

[1] *om.* C. — [2] quod dando] quodam modo P; quod dans modo *1a m.* C, *sed delev. 2a m.* C. — [3] substantia PC. — [4] *om 1a m.* C. — [5] ista PC. — [6] substantiale, ita compositum] *om.* C. — [7] tamen non] non tamen P. — [8] ista PC. — [9] ista PC. — [10] se *add.* P *et 1a m.* C et V, *sed postea del.* V. — [11] principata C.

Digitized by Google

enim quando aliquid habet rationem subiecti [1] et passivi respectu alicuius per quod reducitur in actum [2], habet etiam rationem subiecti et passivi respectu omnium consequentium, et non naturam activi, sed in reductione talis passivi in actum secundum talia motiva. Unde est ordo talis quod non potest reduci in actum secundum posteriora, nisi prius fuerit reductum in actum secundum priora. Et sic voluntas non movetur nisi ab appetibili ; sed non potest moveri ab eo quod est ad finem nisi prius mota fuerit a fine.

Et [3] similiter etiam dicendum de intellectu possibili respectu cuiuscumque actus intelligendi qui habet esse in ipso subiective ; scilicet quod respectu nullius [4] habet rationem agentis et efficientis. Unde cum ea, quae in aliquo subiecto formaliter inhaerent, possint habere rationem agendi in aliud, vel [5] rationem [6] dispositionum habilitantium et determinantium subiectum ut sit proprium | passivum respectu alicuius [7], impossibile est tamen quod per talia habeat subiectum rationem activi in se [8] et passivi a se non.

Cod. V fol. 127 Ra

Et ideo, si ponantur affectiones in voluntate [9], bene disponunt et determinant voluntatem ad hoc quod ab aliquibus obiectis determinatis [10] moveatur, in quantum [11] secundum condicionem affectionis in voluntate fit [12] apparentia obiecti in intellectu, secundum illud : qualis est unusquisque, talis finis videtur ei.

Similiter etiam [13] quantum ad intellectum est dicendum quod nulla species in ipso potest poni ad hoc quod per ill*am* [14] agat in se ipsum. Sed, si sunt in intellectu species vel | habitus, ad hoc sunt [15] quod per intentionem [16] talium melius et perfectius possit reduci in [17] actum per suum obiectum. Et universaliter est dicendum quod materia vel subiectum non incidit cum causa efficiente respectu alicuius existentis in ipso.

Cod. P fol. 134 Rb

Nec valet quod dicitur quod compositum ex materia et forma substantiali, respectu accidentium quorum est causa, potest considerari sub ratione qua est in potentia, et cetera. Quia, licet ista duo considerata in ipso composito secundum se sint differentia, scilicet materia quae est [18] potentia et ratione cuius compositum est ens in potentia, et forma quae est actus et ratione cuius totum compositum est ens in actu ; tamen, in comparatione ad accidentia, ista duo sub ratione unius accipiuntur ; quia, licet materia secundum se habeat rationem potentiae et subiecti respectu formae substantialis, non tamen respectu accidentalis ; sed totum compositum per se habet rationem subiecti et [19] maxime quantum ad accidentia propria quae dicuntur convenire composito gratia formae, sic quod insunt composito magis ratione formae ; ita quod, etiam si posset forma substantialis a materia

[1] subiectivi PC. — [2] actu PC. — [3] *om.* C. — [4] non *add.* P *et 1a m.* C. — [5] et PC. — [6] ratione C. [7] alterius PC. — [8] non *add.* V. — [9] in voluntate] *om. 1a m.* C. — [10] *om. 1a m.* C. — [11] et per ipsum V. — [12] sit PC. — [13] et C. — [14] illum. — [15] in intellectu species *add.* P. — [16] per intentionem] adiutorio PC. — [17] *om.* V. — [18] in *add.* P. — [19] *om.* C.

Digitized by Google

separari simul cum illa [1], etiam talia omnia [2] accidentia viderentur separabilia. In ratione ergo per se subiecti formarum accidentalium necessario includitur forma substantialis secundum quam subiectum formarum accidentalium dicitur esse in actu. Et sic male dicitur quod subiectum ratione suae actualitatis habeat rationem causae efficientis respectu quorumcumque accidentium. Sed verum est quod ratione formae determinatur ad quaedam accidentia, et compositum ratione formae ; sive talis forma in composito est necessitas ad talia accidentia efficienda ; tamen non a [3] composito, sed solum a generante. Et [4] respectu quorundam aliorum non est forma sic determinativa compositi quod sit necessitas ad ista : sed [5] ad [6] talia [7] determinatur [8] ab aliquo extrinseco, scilicet non ad naturam pertinente nec illam essentialiter consequente.

Dictum etiam Philosophi (1), versus finem primi Physicorum, de quo se iuvare volunt non valet ad propositum, sed magis ad oppositum [9]. Sic enim iacet littera : subiecta natura cum causa formae est eorum quae fiunt sicut mater ; mater enim non est causa generationis nisi | recipiendo et non efficiendo. Et sic ex dicto isto non potest haberi quod subiectum sit causa nisi materialis et subiectiva et non effectiva. Cod. P fol. 134 Va

Quod [10] dicunt de anima et angelo respectu potentiarum intellectus et voluntatis | etiam non valet. Propter praedicta enim in isto sibi [11] videntur contradicere ; quia, supposito quod substantia animae et angeli sit simplex natura, non potest ista [12] considerari ut est quid in actu et ut est quid in potentia, sed solum ut quid in actu vel ut est [13] quid in potentia. Ergo respectu suorum [14] accidentium non potest habere uno modo rationem subiecti et passivi et alio modo rationem effectivi. Secundum ergo praedicta dicendum est ad quaestionem generaliter intellectam quod subiectum quodcumque non potest esse immediatum principium effectivum accidentis cuius est subiectum. Cod. C fol. 62 Va

Ad eandem autem magis in speciali est dicendum quod, quandocumque fiant actiones animae vitales quae sunt videre, audire, intelligere, concupiscere, velle et diligere, quae dicuntur operationes manentes in agente, et sic videtur quod respectu illarum [15] idem sit activum et passivum, hoc est tenendum quod si homo agens eas vere et proprie habeat respectu earum rationem activi, oportet in ipso [16] ponere aliquod principium activum distinctum ab isto principio passivo et non attribuere hoc eidem secundum rem. Et hoc quidem quantum ad intellectum et quantum | ad voluntatem, mediante Cod. V fol. 127 Rb

[1] ista PC. — [2] talia omnia] omnia talia PC.— [3] *om. 1a m.* C.— [4] *om.* C. — [5] et V. — [6] *om.* C. — [7] alia *corr. 2a m.* C.— [8] determinantur C. — [9] et *add.* P. — [10] Quod dicunt de anima] *om.* PC, *add. 2a m.* C. — [11] sic P *et 1a m.* C.— [12] illa P. — [13] *om.* C.— [14] *om. 1a m.* C.— [15] illorum C. — [16] oportet — ipso] in ipso oportet C.

(1) Cfr. Aristotelis *Physica*, l. I, c. IX (ed. Bekker, vol. I, p. 192 a).

Digitized by Google

intellectu, potest hoc aliqualiter poni, quia est intellectus agens et possibilis. Verumtamen, si agens et possibilis radicantur in eadem essentia simplici, unum non agit per se in aliud, sed agens agit in phantasmata et phantasmata in virtute intellectus agentis in intellectum, ut est alibi (1) declaratum. Et similiter ponetur aliquis sensus agens, sicut videtur innuere Commentator (2), secundo [1] De Anima. Vel dicuntur tales operationes esse actiones manentes in agente, puta sentire in sensu, intelligere in intellectu ; non quia sensus et intellectus possibilis habeant | rationem effectivi principii respectu istorum, sicut etiam res non dicitur videri vel intelligi, quia habeat rationem passivi respectu illorum, sed quia huiusmodi perfectiones subiectum quod denominant formaliter perficientes habent esse quasi in fieri propter continuam dependentiam emanationis et esse ipsarum ad suam causam agentem, sicut istae quae vere sunt actus existentes [2] in continuo fieri. Ideo non dicuntur simplices qualitates per modum habitus quiescentis inhaerentes et subiectum denominantes, sed per modum operationis quasi in continuo fieri fluentis [3]. Item, quia huiusmodi perfectiones in [4] esse suo dependent ab obiecto, non solum ut ab efficiente, sed illud respiciunt ut terminum suae dependentiae, et sic, licet non transeant in aliud sicut in id quod actioni subicitur vel quod movetur ; quia tamen respiciunt aliud ut terminum, hoc autem convenit actioni verae quae consistit vere in fieri, quod verbaliter significatur et enunciatur de agente, et agens significatur ut subiectum, licet in illo non sit realiter ut in subiecto ; et passivum, quod realiter est subiectum, sub ratione termini [5] enunciatur.

Cod. P fol. 134 Vb

Similiter autem fit in proposito. Sicut enim dicitur : ignis calefacit lignum, ita dicitur : oculus videt lapidem. Et ideo dicuntur tales operationes esse actiones quaedam. Non sic autem calere vel lucere, quia non includunt huiusmodi habitudinem ad aliud ut ad terminum. Et dicitur quod tales actiones manent in agente, quia realiter sunt ut in subiecto in isto quod denominant [6] sub ratione agentis. Et dicuntur non transire extra, quia realiter non sunt ut in subiecto in isto quod respiciunt ut terminum ; prout contingit in aliis quae sunt verae actiones vere in fieri continuo consistentes.

Quantum ergo ad propositum, est [7] dicendum quod, sive sint accidentia propria speciem consequentia sive communia separabilia sive inseparabilia, haec semper habent fieri in substantia ab agente aliquo, [8] scilicet a generante quantum ad propria et quan | tum ad communia [9] inseparabilia ; et ab alio extraneo quantum ad alia. |

Cod. C fol. 62 Vb
Cod. P fol. 135 Ra

[1] tertio *1a m.* V; secundo *supras scrips. alia m.* V. — [2] existunt *corr. 2a m.* C. — [3] fluentes C. — [4] *om. 1a m.* C. — [5] numeri PC. — [6] denominat PC. — [7] esse PC, esset *corr. 2a m.* C. — [8] alio PC. — [9] consequentia PC.

(1) Cfr. *Quodlibetum V*, q. X, p. 37-38. — (2) *Fortasse respicitur* Averroes *De Anima*, l. II, com. 143 (Venise 1562, t. II, fol. 124 V-125 R).

Digitized by Google

Primum argumentum non concludit, quia sic non esset aliquid [1] activum nisi eiusdem speciei et univocum, cum tamen causa per se non sit [2] univoca.

Ad aliud est dicendum quod substantia ens in actu bene est principium activum alicuius actus et operationis, sed in alio, non autem in se ipsa. Unde etiam anima non est causa effectiva sui actus vivendi et intelligendi. Quantum ad intellectum possibilem, dicitur tamen potentia animae vel anima elicere suos actus modo quo dictum est, eo quod dicuntur operationes in agente manentes.

[1] ad P. — [2] non sit] sit non C.

Digitized by Google

QUAESTIO III

Utrum creatura rationalis antequam sit in effectu sit capax gratiae sive cuiuscumque accidentis.

Deinde circa pertinentia ad naturam rationalem quaerebatur unum pertinens ad naturam rationalem [1] antequam habeat esse in rerum natura et plura pertinentia ad ipsam secundum quod habet esse in rerum existentia.

Circa primum, quaerebatur unum pertinens ad naturam rationalem, quod tamen potest extendi ad quamcumque naturam; et illud est utrum creatura rationalis antequam sit in effectu sit capax gratiae sive cuiuscumque accidentis.

Et arguitur quod sic; quia quod vere est substantia, vere est capax accidentis sibi convenientis; sed creatura rationalis antequam sit in effectu vere est substantia; accidens autem ei conveniens est gratia; ergo illius [2] capax erit [3]. | Maior patet. Minor declaratur. Quia creatura quaecumque, antequam sit in effectu, vere est intellecta a Deo; quod autem intelligitur a Deo vero [4] non ficto intellectu est vera essentia; ergo creatura rationalis antequam sit in effectu est vera essentia sive habet vere esse essentiae; sed de essentia creaturae rationalis est quod sit vere substantia. Quare; et cetera.

Cod. V fol. 127 Va

Contra. Id quod est capax gratiae est capax gloriae et salutis. Sed natura [5] rationalis non est capax gloriae vel salutis antequam sit in effectu. Quare et cetera.

Respondeo. Intelligendum est quod, quia non ens omnino nullius entis est capax, ideo si creatura rationalis antequam existeret in se ipsa in rerum natura non fuit aliquo modo ens, nullius proprietatis capax fuit, et eo modo quo esse habuit, eo modo capax fuit [6]; et ideo primo est considerandum quomodo esse vel entitatem habuit antequam existeret.

Cum ergo [7] duplex sit esse: quoddam diminutum, quod dicitur esse cognitum, quo res est tantum apud animam per | suam cognitionem, quod nihil aliud est quam rei cognitio; quoddam reale quo res est aliquod ens verum praeter esse cognitum; Deus autem ab aeterno plenam et perfectam cognitionem de omnibus rebus habuit; planum est quod, quantum ad hoc esse, res habuerunt esse antequam essent in se ipsis secundum esse reale in natura propria. Sed cum praeter Deum nihil esset, videretur quod nullum esse habuerunt secundum se ipsas. Sed tunc [8], distinguitur; et dicitur quod res, quantum

Cod. P fol. 135 Rb

[1] Quaerebatur — rationalem] *om.* P. — [2] est *add.* 2a *m.* C. — [3] *om.* C. — [4] *delev.* 2a *m.* C. [5] creatura PC. — [6] et — fuit] *om.* P. — [7] sic *add.* P. — [8] contra PC.

Digitized by Google

ad esse reale, dupliciter habet esse : scilicet, esse essentiae quo est id quod est simpliciter et absolute, non concernendo esse in intellectu quantum ad esse cognitum quod tamen sibi cum isto contingit, nec etiam concernendo esse quod habet in singularibus extra animam quantum ad esse in effectu quod tamen etiam sibi contingit aliquando ; aliud vero esse reale, quod dicitur rei [1] convenire, est esse existentiae in effectu.

Et dicitur quidem : primum [2] esse, scilicet esse cognitum, habuit ab aeterno, ut dictum est ; et etiam secundum, non autem tertium.

Et hoc ostenditur [3] sic : quia constat quod Deus se habet in ratione causae duplicis, scilicet formalis exemplaris et efficientis ; primum autem respicit | rerum essentias, secundum rerum existentias ; cum enim essentiae creaturarum ab aeterno sint ut obiecta cognita in divina cognitione, quia verae essentiae creaturarum sunt cognitae, hoc autem non esset nisi vere esse essentiae eis conveniret ; hoc autem non potest eis convenire ex se, scilicet quod sunt id quod sunt per essentiam ; sed oportet quod hoc sit eis ab alio, non quidem effective secundum genus causae efficientis, quia illud solum respicit rerum existentias ; ergo oportet ponere quod hoc sit secundum genus causae formalis exemplaris tantum, et hoc a rationibus idealibus. In quantum enim essentia divina habens rationem respectus quo respicit alia a se ut sunt in divina cognitione, scientia Dei ex se sola est causa rerum secundum genus causae formalis exemplaris, non quod ad ipsorum existentiam, sed quoad ipsorum essentiam [4]. Unde propter hoc ponuntur in Deo plures ideae quibus in notitia | sua habet [5] principaliter ut in mundo archetypo singula praesentia ab aeterno, et hoc in esse suo quidditativo per divinam scientiam constituta ut a causa exemplari ; et deinde habent res esse per divinam voluntatem, ut a causa efficiente, in existentia exteriori secundum formam et modum quo habent esse in scientia interiori, secundum illud Boethii (1), tertio de Consolatione :

Cod. C fol. 63 Ra

Cod. P fol. 135 Va

> tu cuncta superno [6]
> Ducis ab exemplo. pulchrum pulcherrimus ipse,
> Mundum mente generans, similique imagine formans.

Sic ergo ponitur quod esse essentiae creaturae est aliquid extra suum esse cognitum et praeter ipsum, licet illud non habeat sine suo esse cognito. Deus enim intelligendo suam essentiam [7] imitabilem a creaturis, intelligit creaturas ut alia quaedam a sua essentia et a suo intelligere, quia essentia creaturae intellecta non est essentia Dei nec eius intelligere. Ergo per hoc quod Deus intelligit creaturam, ipsa creatura est aliquid per | essentiam absque isto esse

Cod. V fol. 127 Vb

[1] *om.* P. — [2] est *add.* C. — [3] extenditur P. — [4] sed – essentiam] *om.* V : *in marg. rasura.* — [5] habeat. — [6] dicis *add.* P ; *del* P. — [7] ut *add.* PC.

(1) *De Consolatione, lib.* III, *metrum* IX (Migne, PL, t. 63, col. 758).

Digitized by Google

cognito. Unde entia existentia sic in divina cognitione non sunt sic diminuta entia, quin ex isto esse cognito sint aliquid in se per essentiam. Tale autem ens secundum essentiam est res praedicamentalis, quia praedicamentum est contentivum rerum, non secundum quod sunt in esse cognito neque secundum quod sunt in esse existentiae extra in rerum natura, sed secundum quod sunt aliquid simpliciter per indifferentiam se habens quantum ad illud quod est per essentiam ad utrumque illorum esse. Et ideo, quia praeter esse quod habent res ut cognitae sunt et ut habent esse in effectu, sunt res quaedam secundum se quantum ad esse suum quidditativum ; entia autem sunt ordinabilia in [1] praedicamento secundum esse suum quidditativum ; ideo ; et cetera.

Haec patent secundum Simplicium dicentem : ipsa dictio substantiae symbolum est existens substantiae quae est in entibus suis, sive sit in hypostasi sive penes intellectum existat. Nec enim hoc quantum ad praedicamentum dicitur ; non enim secundum quod in hypostasi sunt res significatae a praedicamento, sed secundum quod concipiuntur vel existentes vel tan | quam existentes (1).

Cod. P fol. 135 Va

Et dicitur ulterius quod, quia essentiae creaturarum ex hoc sunt aliquid secundum essentiam quia respondent rationibus idealibus quae sunt in Deo, et aliquid causatum [2] et constitutum ab ipso, secundum hoc creaturae rerum secundum suas essentias, antequam sint, referuntur reali relatione ad Deum ; hoc [3] secundum modum primum relationis, in quinto Metaphysicae (2), per quandam reductionem ; secundum autem suas existentias referuntur ad Deum secundum modum secundum relationis. Si autem haec vera sunt, videretur dicendum quod non solum creatura rationalis ab aeterno fuit capax gratiae, sed quaecumque creatura suae proprietatis et perfectionis. Si enim ultra esse cognitum et potentiale res habent esse id quod sunt ad se per essentiam secundum esse quidditativum et [4] praedicamentale ex divina scientia secundum rationem formae exemplaris, omnia quae a Deo intelliguntur sic esse habent sicut requirit eorum essentia. Unde cum a Deo intelligatur homo secundum suam essentiam substantialem, | cum ad illam pertineant materia et forma, corpus et anima ut coniuncta, sic quod unum est forma et [5] perfectio alterius substantialis, – sic enim intelligitur tale compositum substantiale ; si quaereretur [6] utrum homo ab aeterno fuit capax animae, diceretur quod, sicut quantum ad esse essentiae animae, immo ipsam in sua quidditate quae est sine additamento extraneae naturae includit. Sicut autem intellexit hominem compositum ex materia et forma substantiali, ita etiam ex sua substantia et suis accidentibus, puta quantitate et colore ; et cetera.

Cod. C fol. 63 Rb

[1] *om.* 1a *m.* C. — [2] creatum PC. — [3] *om.* P. — [4] etiam P. — [5] est *corr.* 2a *m.* C. — [6] quaeretur C.

(1) Aliud dictum Henrici, *in margine scripsit* C. — (2) Aristotelis *Metaphysica*, l. V, c. XV (ed. Bekker, vol. II, p. 1020, b).

Digitized by Google

Sed ista positio non videtur conveniens. Si enim distinguatur inter esse essentiae et esse existentiae, et propter hoc dicitur res in esse essentiae [1] constitui secundum verum esse praedicabile et quiditativum, quia a Deo secundum rationem idealem intelligitur et veram rationem obiecti habet ; cum etiam ipsa scientia divina comprehendat res secundum esse existentiae ipsarum ab aeterno, quomodocumque se habeat ad esse essentiae, prout enim dicitur, decimo quinto De Trinitate (1), capitulo *decimo* [2] tertio : universas creaturas, non quia sunt quacumque quidem entitate quae sit ipsorum secundum se, ideo novit, sed ideo sunt quia novit. Nec aliter ea scivit creata, quam creanda ; non | enim eius sapientiae aliquid accrescit ex eis ; sed illis existentibus sicut oportebat, et quando oportebat, ita mansit ut erat. Constat autem quod, quando existunt, esse existentiae sive eorum existere perfecte cognoscit ; videtur ergo quod etiam esse existentiae per divinam scientiam sit ab aeterno constitutum et sic etiam oportet ponere esse existentiae rerum ab aeterno sicut et [3] esse essentiae. Si ergo essentiae creaturae non solum fuerunt ab aeterno secundum esse cognitum vel in cognoscente, sed etiam secundum esse reale quiditativum et sunt aliquid secundum se et secundum suas essentias, consimiliter et existentiae creaturae non solum fuerunt secundum esse cognitum et ut in cognoscente, sed etiam secundum esse reale secundum se. Hoc autem videtur [4] ponere omnia praesentia, praeterita et futura quae simul cadunt sub divina cognitione et quantum ad essentias et quantum ad existentias semper simul esse, quod videtur manifestum | inconveniens.

Cod. P fol. 136 Ra

Cod. V fol. 128 Ra

Quia ergo hoc pro principio est supponendum quod essentia et esse essentiae et existentia et esse existentiae sint id ipsum realiter, licet aliquo modo differant ratione et modo intelligendi et significandi, unde Anselmus (2), Monologio, capitulo sexto : quemadmodum se habent ad invicem lux, lucere [5], lucens, sic essentia, esse, ens semper quantum ponitur de uno et sicut ponitur, ita et de alio, et hoc sive secundum esse cognitum sive secundum esse reale, unde quantum est vel cognoscitur de essentia vel de esse essentiae [6] rei [7], tantum est vel cognoscitur de existentia vel de esse existentiae eius, loquendo de intellectu simplici non componente, prout dicit Commentator (3), quarto Metaphysicae, quod ens uno modo est praedicatum accidentis, alio modo generis vel essentiale ; et pro quanto aliquid habet esse res praedicabilis sive

[1] et esse — essentiae] *om.* C. — [2] trigesimo. — [3] *om.* V. — [4] videretur P. — [5] lucem PC. — [6] existentiae V. — [7] tantum est vel cognoscitur de essentia vel de esse essentiae rei, *add.* P.

(1) Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XV, c. 13 (Migne, PL., t. 42, col. 1076). — (2) Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c VI (Migne, PL., t. 158, col. 153). — (3) Respic. Averroès Cordubensis, *Metaphysica*, l. IV, c. 2. Com. 2 (Venetiis, 1562, vol. 8, fol. 65 RB).

Digitized by Google

in genere secundum esse essentiae, pro tanto et secundum esse existentiae, et e converso.

Ad illud ergo quod quaeritur est dicendum quod eo modo quo res aliqua habet esse, eo modo est capax sui accidentis. Ad cuius evidentiam est considerandum quod, ut supra dictum est, secundum Philosophum (1), sexto Metaphysicae, res dupliciter habet esse : unum quod est esse cognitum sive
Cod. P fol. 136 Rb secundum con | siderationem, quod dicitur diminuta rei entitas ; aliud quod est esse verum et reale, et dicitur esse extra animam vel cognoscentem, ut patet ibi ; nec debet distingui de diversitate cognitionis secundum diversitatem intellectus, scilicet quod ipsa cognitio rei maxime naturalis in [1] intellectu creato est diminuta entitas, quia intellectus creatus non constituit realitatem aliquam rei intellectae ; sed cognitio rei in intellectu divino non sic est diminuta entitas, quia in isto esse cognito per illum intellectum sunt aliquid ad se per essentiam, quia, ut videbitur, hoc nullam ponit differentiam rerum secundum se vel secundum id quod circa ipsas secundum suas naturas secundum se consideratur, sed solum in ordine ad causas suae entitatis et
Cod. C fol. 63 Va circa | unam quamcumque rem tam quantum ad eius essentiam quam quantum ad eius existentiam, quomodocumque ad invicem se habeant, cadit haec distinctio, quia essentia rei habet esse cognitum in intellectu et habet esse verum et reale et extra ; et sic etiam de existentia vel esse essentiae cuiuscumque. Sed ulterius esse reale subdividitur alio modo quam superius, non quidem secundum esse essentiae et existentiae, sed comprehendendo totam rem quantum ad utrumque esse quia realiter non sunt nisi unum. Subdividitur quidem secundum esse in potentia, quod est esse in suis causis, et secundum esse in actu, quod est esse in propria natura secundum completam formam. Per [2] ipsum autem esse cognitum vel secundum considerationem non determinatur [3] ad esse reale tale vel tale, quia quomodocumque se habeat res, circa ipsam intellectus negociatur ; sive enim rosa sit tantum in suis causis, et sic non est nisi in potentia, sive in propria forma et sic in actu, ipsa bene habet esse cognitum apud intellectum.

Si ergo quaeratur utrum natura rationalis, antequam [4] existeret, haberet aliquod esse reale aliud ab ipso esse cognito, est dicendum quod non nisi in potentia, hoc est in sua causa effectiva et formali exemplari in qua eius esse cognitum formaliter continetur ab aeterno et eius esse reale in virtute.
Cod P fol. 136 Va Sicut enim ignis gener | andus ultra esse cognitum non habet esse reale nisi in suis causis, id est in materia et virtute generantis, ita etiam natura creanda [5] ultra eius esse cognitum non habet aliquod esse reale nisi in

[1] naturalis in] *om.* V. — [2] *om.* PC.— [3] determinantur V.— [4] *om.* 1a *m.* C.— [5] causanda PC.

(1) Respic. Aristotelis *Metaphysica*, l. VI, c. 2 (ed. Bekker, p. 1206, a) et c. 3 (p. 1207, b). — Refertur sententialiter ; vide etiam vel potius, l. V, c. VII (*ibid.*, p. 1017, a).

Digitized by Google

sola virtute agentis. Et quia divina cognitio, secundum quam formaliter dicitur habere esse cognitum, et divina perfectio, secundum quam dicitur habere virtualiter esse reale, sunt unum et idem secundum rem, ideo quantum ad hoc bene verum est quod idem est secundum rem esse cognitum rei cuiuscumque a Deo et esse eius reale antequam sit extra in se ipsa. Quia tamen nihil horum est aliquid essentialiter ipsius naturae creaturae, licet sit quid realissimum et actualissimum secundum se, ideo [1] illud, ut habet rationem solius cognitionis, dicitur respectu rei in se quid diminutum ; ut autem habet rationem [2] principii causalis extrinseci, tamen dicitur quid reale et perfectum ; et [3] propter hoc etiam dicitur res aliquo modo habere esse reale potentialiter ; tamen quia sua vera causa virtualiter ipsum continens est in se ipsa in rerum natura, et in ista habet res esse ut in sua causa. Unde verum est quod esse | cognitum rerum naturalium in intellectu creato est esse sic diminutum [4] talium rerum, quod [5] hoc non est aliquod esse reale et verum rerum, nec etiam ut in se nec etiam ut in causa vel in ordine ad suam causam. Secus autem est de esse cognito rerum artificialium. In intellectu autem divino esse cognitum rerum naturalium, etsi [6] sit esse diminutum illarum in quantum non est aliquid reale intrinsecum eis, est tamen sic esse reale illarum, ut causa scilicet [7] in qua virtualiter et potentialiter quantum ad earum realitatem continentur. Sed quia, ut dictum est, non est aliquid ad essentiam intrinsecam [8] pertinens, scilicet ut materia vel ut forma, ideo res sic habens esse reale dicitur habere esse reale diminutum. Ut haec [9] ad ipsam secundum se ipsam referuntur magis quam res quae per generationem in esse producitur, cum tamen ad suas causas refertur, quia hoc ponit ipsam sic habere esse totaliter in potentia quod secundum nihil pertinens ad essen | tiam eius intrinsecam [10] habet esse, propter quod dicitur fieri ex nihilo ; non sic autem creatura cum producitur ex aliquo sui per generationem. Sic ergo potest distingui de esse potentiali reali [11], quod quoddam est secundum causas intrinsecas, quoddam solum secundum extrinsecas. Et sic rosa modo futura ante mundi constitutionem fuit rosa in potentia secundum causam extrinsecam, scilicet secundum virtutem Dei ; nunc autem est in potentia rosa etiam secundum causam intrinsecam, scilicet secundum materiam. Ponere ergo praeter esse cognitum et esse reale modo praedicto [12] quod quantum includit de essentia tantum includit | de esse, et e converso, aliquod tertium esse, scilicet quoddam esse absolutum, nihil est.

Immo si quaeratur de aliquo an habeat aliquo modo esse reale, oportet statim dicere quod, si aliquod esse reale habet, illud habet in actu vel potentia ; et in potentia, dicto modo, dupliciter. Neque [13] debet dici [14] quod

Cod V fol. 128 Rb

Cod. P fol. 136 Vb

Cod. C fol. 63 Vb

[1] ut *add.* P, *deinde del.* — [2] solius cognitionis dicitur respectu rei *add.* P, *deinde del.* — [3] *om.* C. — [4] diminutivum V. — [5] quia *corr.* 2a *m.* C. — [6] et sic P. — [7] sed C. — [8] extrinsecam VPC; intrinsecam *corr.* V — [9] hoc V. — [10] intrinsecum PC.— [11] *om.* P. — [12] *om* P. — [13] potest *add* P, *del.* P. — [14] debet dici] dici debet P.

Digitized by Google

simpliciter habeat aliquod esse essentiae nisi pro quanto etiam sic vel sic habet esse existentiae. Unde quia res, antequam sit in effectu, habet esse non solum in potentia, sed etiam in actu aliquo modo secundum essentiam suam, ideo etiam secundum esse existentiae est in actu et in potentia, tamen diversimode; quia in potentia est considerando ipsam secundum se, quia sic non est in actu sed solum in ordine ad suas causas, in actu autem sic quia iam in rerum natura et secundum se ipsas sunt causae ordinatae ad eius essentiam et existentiam in se ipsa.

Talia ergo dicuntur esse res praedicabiles et importare essentias de quibus potest esse scientia, non quia istae essentiae sint aliquid reale secundum se et in propria natura antequam existant in effectu, sed quia sunt semper vel in se vel in suis causis dicto modo. Unde habetur scientia de rosa illa non existente, non de chimaera; non quia rosa dicit aliquid reale cui conveniat esse essentiae [1] secundum se, sed quia dicit aliquid cui convenit nunc esse essentiae solum in causis suis, aliquando conveniet [2] ei in se ipsa; chimaera autem nullo modo; chimaera enim ab aeterno habuit tantum esse diminutum quod est esse cognitum et nullum esse reale, nec in se nec in aliqua sui causa; rosa autem nunc futura habuit esse cognitum ab aeterno et cum hoc | esse reale in potentia causae extrinsecae tantum, nunc autem non existens in actu habet tamen hoc esse potentiale vel in potentia in causa etiam [3] intrinseca, scilicet materiali, et extrinseca effectiva naturali. Chimaera autem nullum habens esse reale et quantum ad hoc purum [4] est nihil et de quo non est aliqua scientia, quae est alicuius entis vel in actu vel in potentia dictis modis; et ideo nec est res praedicamentalis, unde talis res potest dici res [5] realis habens non solum esse cognitum, sed [6] esse reale in potentia.

Cod. P fol. 137 Ra

Tamen [7] et ratione talis esse realis, quod solum est actu cognitum et in potentia, ens dicto modo dicitur esse res praedicamentalis respectu alterius quae est pure nihil. Sed esse sic rem praedicamentalem, hoc est esse rem praedicamentalem in potentia et non in actu realiter; quia ultra esse intellectum nullum esse habet nisi solum in potentia; id autem esse intellectum habet non per speciem et similitudinem propriam vel aliquo modo similem et ex alio conceptam, sed ex ipsa essentia divina quae ratione suae summae perfectionis habet ideas omnium possibilium ut quasdam mutabilitates; et quia, ut alias (1) dictum est, unumquodque praedicamentum dividitur per actum et | [8] potentiam, non sicut per materiam et formam, sed quantum ad id totum quod importat. Unde [9] dividitur substantia in substantiam in actu et

Cod. V fol. 128 Va

[1] existentiae PC. — [2] convenit C. — [3] autem V. — [4] purum est] est purum PC. — [5] *om.* C. — [6] secundum PC. — [7] *om.* C. — [8] *bis* V. — [9] dicitur *add.* C.

(1) Cfr. *Quodlibetum* IV, q. 2 (p. 236).

Digitized by Google

in [1] substantiam [2] in potentia ; et albedo in albedinem in actu et in albedinem in potentia ; et cetera.

Non potest autem dici de aliquo quod sit in aliquo praedicamento sive res alicuius praedicamenti, puta substantiae, nisi [3] aliquo modo sit substantia ; et sicut est substantia vel sicut convenit ei ratio [4] substantiae, sic est in praedicamento substantiae. Nunc autem constat quod rosa non existens est flos in potentia et sic etiam est rosa et etiam flos substantia [5] in potentia, non solum quantum ad esse [6] existentiae sed essentiae ; ideo rosa modo non est in praedicamento substantiae sive substantia simpliciter, sed cum tali determinatione, scilicet in potentia ; chimaera autem et nullo modo est. Similiter etiam [7], antequam mundus esset, rosa non fuit rosa nec substantia nisi in potentia agentis, quod est esse potentiale. Sicut ergo ab | aeterno esse non habuit nisi in virtute agentis, sic etiam [8] ab aeterno fuit res praedicamentalis in potentia ; non sic autem est de chimaera. Et hoc modo potest intelligi et exponi auctoritas Simplicii praeallegata. | Cod. P fol. 137 Rb Cod. C fol. 64 Ra

Quod autem ita sit, scilicet quod res, antequam existant, non habeant aliquod esse reale nec quantum ad esse essentiae sicut nec existentiae, nisi esse intellectum et in potentia sive potentiale, hoc videtur quia si ponatur quod res, quantum ad id quod est secundum essentiam sive quantum ad eius esse essentiae, est constituta ab aeterno a Deo secundum rationem formalem exemplarem, non autem quantum ad eius existentiam in esse existentiae ; sed sic constituitur ab eo in tempore secundum rationem efficientis et agentis ; sic videntur haec ad invicem separari, scilicet essentia et existentia vel esse [9] essentiae et esse existentiae ; et secundum aliquod eius esse creatura est aeterna, et secundum aliquod temporalis. Aut ergo esse essentiae et existentiae sunt diversae res et ab invicem separabiles ; et tunc videretur [10] hoc aliquo modo posse fingi, scilicet quod quantum ad unum diceretur constituta ab aeterno et quantum ad aliud ex tempore ; tamen implicarentur contradictoria, quia essentia creaturae, ut res quaedam essentialiter distincta a Deo, non potest poni separari ab esse existentiae et manere sic realiter et tamen non existere, nisi ponendo contradictoria. Si autem res inseparabiles sunt, magis patet propositum. Si autem sint unum et idem re, sed esse addit respectum ad Deum ut ad causam agentem, cum essentia prius diceret respectum ad ipsum ut ad formam exemplarem ; ergo, cum res producitur in effectu, nihil realitatis absolutae acquiritur ; ergo [11] non produceretur res nisi secundum relationem ; quod tamen est falsum, quia relatio nunquam est per se terminus actionis.

Si dicatur quod immo tota essentia primo constituitur modo praedicto

[1] potentia *add.* P, *del.* P. — [2] et potentia *add.* P, *del.* P. - [3] quin C. — [4] non PC ; nomen *corr.* 2a *m.* C. — [5] *om.* P. — [6] in potentia — esse] *om.* C ; *suppl. in marg.* 2a *m.* C. — [7] et C. — [8] et C. — [9] est *add.* PC. — [10] videtur C. — [11] cum res producitur in effectu *add.* P, *del. scriptor.*

Digitized by Google

Cod P fol. 137 Va quantum ad esse essentiae [1] et tota etiam alio modo constituitur quantum ad esse existentiae et sic acquiritur | realitas absoluta sub tali respectu, non valet ; quia, si esse essentiae et esse existentiae circa essentiam non dicunt nisi respectum et non fit variatio nisi secundum hos respectus [2], in quantum ergo cum primo respectu ponitur supervenire secundus, sequitur, ut prius, quod nullam entitatem realem acquirit. Quod patet ; quia, cum res existit, non ponitur quod ultra essentiam vel esse essentiae sit ibi nisi [3] respectus ad agens qui dicitur esse existentiae. Ergo, cum illud quod intelligitur sic [4] quantum ad esse existentiae constitutum, quod non addit nisi quendam respectum, respectu [5] isto circumscripto, fuerit secundum suam entitatem [6], licet sub alio respectu, constitutum ; sequitur idem quod prius. Praeterea quod illud quod dicitur primum [7] secundum unum genus causalitatis constitutum quantum ad totam eius essentiam, iterum [8] essentia illa non corrupta constituatur quantum ad eandem essentiam totam secundum aliud genus causalitatis, inconveniens videtur ; illud enim quod est constitutum secundum aliquid, non potest constitui secundum *aliud*. [9]

Hoc etiam arguitur alia ratione. Quia illud quod dicitur constitui de re secundum rationem causae formalis exemplaris et secundum rationem causae agentis aut est unum et idem et secundum idem, et sic res totaliter fuisset ab aeterno omni modo quo est ex tempore ; aut est aliud et aliud secundum rem et essentiam, et tunc poneretur res una esse plura secundum
Cod. V fol 128 Vb essentiam ab aeterno et ex | tempore ; aut est unum et idem secundum rem, diversimode tamen se habens, aut secundum diversas dispositiones absolutas aut secundum diversas relationes vel respectus ; si primo modo, tunc illud non diceretur variari sicut terminus variationis secundum essentiam sed secundum sua accidentia, scilicet ut subiectum ; ita etiam secundo modo non diceretur res variari secundum realitatem [10] essentialem sed respectivam quae minima est, et sic ut prius, praeter hoc quod etiam nec sit potest variari secundum relationes vel respectus, licet posset secundum dispositiones absolutas absque variatione reali secundum aliquid aliud absolutum.

Cod. P fol. 137 Vb Praeterea nullum esse reale et quidita | tivum potest attribui creaturae nisi sit productum ab aliquo et creatum. Sed ab aeterno, antequam res in propria naturae esse haberent vel in causis propriis extra Deum, nihil fuit a Deo constitutum vel productum secundum realitatem aliam quam sit [11] ipse Deus impor-
Cod. C fol. 64 Rb tans | nec secundum rationem causae formalis [12] exemplaris nec secundum rationem [13] causae efficientis, ut patet per auctoritatem Procli (1), trigesima

[1] essentia PV. — [2] *om.* PV. — [3] prius *add.* P ; *del. scriptor.* — [4] *om.* C. — [5] *om.* C.— [6] suam entitatem] entitatem suam P. — [7] prius PC. — [8] *om.* V. — [9] illud PV ; id C. — [10] realem *add.* P ; *del. scriptor.* — [11] sic V. — [12] vel *add.* C. — [13] causae — rationem] *om.* P.

(1) Proclus, *Institutio theologica*, XXXV (ed. Fr. Creuzer, p. 61. Francfort, 1822).

Digitized by Google

quinta propositione : Omne causatum [1] et manet in sua causa et procedit ab illa et convertitur ad ipsam. Si autem maneret solum, nihil differret [2] a causa indistincta existens ; distabit [3] enim processus ; si autem procedit solum, inconiunctum erit ad ipsam [4]. Antequam ergo res procederent ad esse, realitatem aliam non habebant quam suae causae.

Praeterea quod dicitur quod res secundum esse essentiae constituitur a Deo ab aeterno, non autem secundum esse existentiae, quia secundum aliud genus causae constituitur in esse essentiae ab aeterno, scilicet secundum rationem causae exemplaris formalis ; et secundum aliud genus causae constituitur in esse existentiae in tempore, scilicet secundum rationem causae efficientis ; hoc quidem non valet. Quicquid enim habet aliquam entitatem ab aliquo exemplariter, habet etiam illam ab illo effective, licet non e converso. In hoc enim non distinguitur causa exemplaris et efficiens quod una causet aliquid reale secundum rationem exemplarem et formalem solum, et [5] non secundum rationem efficientem, et alia secundum rationem efficientem non exemplarem formalem ; sed in hoc quod quoddam est efficiens per intellectum et cognitionem [6] ; et hoc dicitur causa secundum rationem exemplarem simul et efficientem, quoddam autem agens pure naturaliter absque cognitione, et tale est causa efficiens non exemplaris. Nam forma secundum quam aliquid agit aut est quaedam cognitio ad cuius similitudinem res exemplariter producitur aut res et formalis qualitas naturalis a qua agens habet tantum virtutem producendi. Unde cum non ponantur nisi quattuor causae, scilicet materialis, efficiens, formalis et finalis, sub formali autem [7] non comprehenditur causa exemplaris nisi pro quanto includitur in efficiente ; secundum hoc oportet quod extrinsecum secundum rationem | formae exemplaris non dividatur a principio effectivo ; et sic oportet ponere quod illud quod constituitur per aliquid ut per causam formalem exemplarem constituatur ab illo secundum rationem causalem efficientem, alioquin haberemus quinque causas et non solum quattuor. Propter quod hoc, scilicet esse causam exemplarem formalem et esse causam efficientem est omnino idem in tali causa agente, scilicet per cognitionem. Unde illud quod producitur vel constituitur ab aliquo secundum rationem formae exemplaris producitur secundum rationem [8] artis. Et ideo, quia emanatio personarum est secundum naturam, Verbum in divinis non procedit a Patre secundum aliquam formam exemplarem vel ideam, sed Ipsum Verbum [9] est ars in qua continentur omnes rationes formales et exemplares creaturarum, prout dicit Augustinus (1), sexto De Trinitate, capitulo *decimo :* [10]

Cod. P fol. 138 Ra

[1] creatum V. — [2] distingueret C. — [3] distabat P. — [4] ipsa PV. — [5] *om.* P. — [6] cognitum P. — [7] *om.* PCV ; *add. in marg.* V. — [8] formae — rationem] *om. 1a m.* C. — [9] ipsum verbum] *om.* C. — [10] vigesimo septimo.

(1) *De Trinitate*, l. VI, c. X 11 (Migne, P. L. t. 42, col. 931).

Digitized by Google

Verbum patris est ars quaedam omnipotentis atque sapientis Dei plena omnium rationum viventium incommutabilium, et cetera. Istae ergo ideae quae sunt exemplares rationes creaturarum non sunt constitutae in Deo per modum artis, id est secundum rationem formalem exemplarem ; immo naturali intellectu quo Deus concipit et dicit Se Ipsum, concipit et etiam dicit omnes creaturas in suis rationibus exemplaribus et sic etiam formalibus, prout dicit Anselmus (1),
Cod. V fol. 129 Ra Monologio, trigesimo tertio capitulo : Deus uno eodemque verbo dicit se et | quaecumque fecit. Sic [1] ergo istae ideae in Deo sunt rationes formales exemplares [2] creaturarum ; et quicquid circa creaturas constituitur, hoc etiam per eas efficitur. Unde sicut ex eis constituuntur rerum essentiae sive res ut sint id quod sunt secundum essentiam, sic etiam ab eis efficiuntur. Et hoc etiam est quod Augustinus (2) dicit loquens de ideis, quaestione quadragesima sexta [3] : ideas latine possumus species vel formas dicere. Sunt namque ideae principales quaedam formae vel rationes rerum stabiles quae formatae non sunt, ac per hoc aeternae et semper eodem modo se habentes, quae divina intelligentia continentur. Et tamen istae non oriuntur nec intereunt ; secundum
Cod P fol. 138 Rb eas tamen formari dicitur omne quod interire et oriri potest. | Unde omnia
Cod. C fol. 64 Va ratione condi | ta [4] sunt ; non eadem ratione homo qua equus. Has autem rationes ubi arbitrandum est esse nisi in illa mente creatoris ? Non enim extra se quicquid [5] intuebatur, ut secundum illud constitueret quod constituebat.

Ex his statim apparet [6] quod nihil ponitur in Deo habere rationem temporalis causae formalis [7] exemplaris ad constituendum aliquid, nisi ratio idealis quae est etiam ratio effectiva accedente [8] voluntate ; sicut in nobis ars medicinae et domus in mente et est causa formalis exemplaris et est causa effectiva accedente voluntate ; unde ratio idealis in Deo non potest aliquid constituere nec in esse essentiae nec in esse existentiae nisi efficiendo per voluntatem accedentem. Dicere ergo quod Deus constituit aliquid secundum aliquam entitatem realem differens realiter a Se Ipso secundum solam rationem formae exemplaris actu solius cognitionis intellectus, non accedente ratione causae effectiva cum actu voluntatis, hoc nihil est. Expresse enim dicit Augustinus (3) hic [9] quod non habet rationem causalitatis nisi respectu eius quod oriri et interire potest ; non ergo respectu essentiae modo quo isti intelligunt, quia illa est aeterna et incorruptibilis. Expresse etiam patet quod in divina scientia vel intelligentia nihil ponitur nisi istae ideae per quas intelligimus cognitionem quam Deus habet de rebus quantum ad totum id quod sunt vel natae sunt esse,

[1] si C. — [2] *om.* C. — [3] septima P. — [4] condicta P *et 1a m*, C. — [5] quicquam PC. — [6] statim apparet] *om.* PV. — [7] causae formalis] *om.* P. — [8] accendente V. — [9] hoc PC.

(1) Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. XXXIII (Migne, PL, t. 158, col. 187). — (2) Sanctus Augustinus, *De Diversis Quaestionibus 83*, q. 46,2 (Migne, PL.t. 40, col. 30). — (3) *De Diversis Quaestionibus 83*, q. XLVI, 2 (ibid., *loc. cit.*).

Digitized by Google

et sic de rebus antequam in se ipsis existant non ponitur nisi esse cognitum earum. Nunquam ergo posuit Augustinus vel alius doctor authenticus quem viderim, de rebus antequam existent, nisi ideae per quas intelligimus esse cognitum rerum et quicquid per eas constituitur sive in esse essentiae solum si hoc esset possibile sive in esse essentiae et existentiae non solum secundum rationem causae formalis exemplaris, sed agentis vel efficientis coustituitur. Non enim dicit Augustinus quod alia ratione formatur vel constituitur essentia equi et alia esse equi, et alia essentia hominis et alia esse hominis et cetera, quia nec talem modum constituendi videbat; sed secundum esse totale et quantum | ad essentiam et quantum ad existentiam. Unde non potest ab aliquo inveniri talis gradus, ut scilicet primo sit ipsa idea et mediante illa constituatur sola essentia rei, et accedente voluntate constituatur existentia; sed solum id quod dictum est. Nec essentia divina secundum rationes ideales est forma exemplaris qua essentiae creaturarum sunt id quod sunt realiter ut quaedam exemplata, ut quidam dicunt, ab aeterno antequam existant; sed tantummodo est forma exemplaris qua natae sunt creaturae esse et secundum esse essentiae et existentiae earum, simul accedente voluntate; alioquin creaturae non dicerentur fieri de nihilo, sive cum prius nihil essent quantum ad id quod ad ipsas intrinsece pertinet, quia vera essentia realis quiditativa et praedicabilis non debet dici nihil; nec ad hoc quod creaturae possent vere dici fieri de nihilo simpliciter; sufficeret dicere quod est nihil quantum ad esse existentiae non autem quantum ad esse essentiae, sit aliquid secundum esse existentiae, si esse essentiae dicit aliquid ultra esse cognitum et ultra esse principii causalis effectivi quae non sunt aliquid rei, quia per nihil omnino tollitur quicquid reale pertinet ad rem ipsam. Unde dicit Anselmus (1), Monologio, capitulo nono: priusquam fierent universa, erat in ratione facientis quae aut qualia aut quomodo facienda erant: unde non erant nihil quantum ad rationem facien | tis, sed quia non erant quod sunt nec erat ex quo fierent. Unde etiam pertractans plenius infra, capitulo trigesimo quarto, dicit (2), quemodmodum opus quod fit secundum aliquam artem, non solum quando fit, verum etiam antequam fiat, et postquam dissolvitur, semper est in ipsa arte non aliud quam quod est ars ipsa. Idcirco spiritus summus, cum dicit se, dicit etiam omnia quae facta sunt. Nam et antequam fierent et cum facta sunt et cum corrumpuntur semper in illa [1] sunt, non quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse. Etenim in se ipsis sunt mutabilia et secundum immutabilem rationem entia in illo [2] vero sunt ipsa prima essentia et prima existendi veritas sunt. Et capitulo trigesimo quinto (3): quicquid ergo factum est | sive vivat

Cod P fol. 138 Va

Cod. V fol. 129 Rb

Cod. P fol. 138 Vb

[1] illa PC. — [2] isto P, illa V.

(1) Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. IX (Migne, PL, t. 158, col. 157). — (2) Id. *ibid.*, c. XXXIV (Migne, PL., t. 58, col. 189). — (3) Id., *ibid.*, c. XXXV (Migne, PL., t. 158, col. 189).

Digitized by Google

sive non, aut quomodocumque sit in se, in illa est ista vita et veritas. Ecce quod omnes doctores authentici ponunt quod, cum res non sunt in se ipsis secundum essentias et existentias proprias, non ponuntur habere aliquod esse nisi esse cognitum | in Deo et esse potentiale modo supradicto.

Cod. C fol. 64 V°

Ex quo patet quod, sicut rationes ideales et exemplares per quas intelligimus esse cognitum rerum et ipsa perfectio divina et virtus activa per quam intelligimus [1] esse potentiale creaturarum per ipsam cognitionem et voluntatem Dei, non important aliquam relationem realem in Deo, sed solum secundum rationem ; ita non potest poni quod creaturae ad Deum sit aliqua relatio realis quamdiu creatura non habet aliam entitatem, quia nec potest poni res habens esse reale distinctum ab esse reali Dei cuius sit ista relatio et quae referri possit.

Item nihil potest actu referri relatione reali nisi illa relatio actu existat ; relatio autem actu non existit nisi suo fundamento actu existente. Si ergo essentia creaturae referatur ad Deum relatione reali, oportet ipsam existere in actu. Si dicatur quod sufficit quod existit secundum suum esse essentiae, non secundum esse existentiae, dicetur quod ista relatio secundum hoc etiam existit solum secundum esse essentiae ; et sic secundum eam non referretur essentia in actu.

Si autem propter hoc dicitur res cuius est referri secundum actum, cum etiam alia accidentia talis rei habeant existere secundum esse essentiae, secundum illa res cuius sunt denominabitur ; et sic sicut ignis, antequam sit, relatione reali refertur ad Deum et vere relatus dicitur, ita etiam suo calore dicetur calere et vere calidus esse ; et sic de aliis. Dicere etiam quod aliqua res existit secundum suum esse essentiae et non existit simpliciter, sive quod non existit secundum suum esse existentiae, videtur contradictoria implicare.

Et similiter dicendum est in proposito quod natura rationalis, antequam sit, non est capax gratiae vel alicuius alterius accidentis, sic scilicet quod ei possit inesse in [2] actu antequam actu existat. Sed sicut ipsa [3] natura rationalis est in potentia ad hoc ut sit | aliquid secundum se per essentiam et existentiam, ita etiam est in potentia ad hoc ut subsit suis accidentibus ; et cetera. Unde eo modo quo creatura est vera res antequam sit in actu, eo modo est accidentium realium susceptiva. Est autem res vera solum secundum esse intellectum et secundum esse potentiale et sic homo antequam esset in actu fuit beatus ut albus ut in Dei potentia et notitia.

Cod. P fol 139 R^a

Cum arguitur quod ideatum differt ab idea essentialiter et quod, antequam res sit, Deus veram quiditatem eius et ut differentem a se essentialiter intelligit ; — etenim intelligit plures secundum suas essentias plures differentes et inter se et a Deo ; nunc autem Deus non intelligit ideas suas sic realiter

[1] esse — intelligimus] *om.* C. — [2] *om.* C. — [3] propria P.

Digitized by Google

et essentialiter differentes a se vel inter se; ergo praeter hoc oportet ponere res intellectas importare essentias realiter sic differentes ; — dicendum est quod verum est quod idea non differt essentialiter a Deo nec ab alia idea ; per eam tamen intelligit veram quiditatem realem, id est per eam est in ipso cognitio verae quiditatis realis, non quidem per ipsam propriam [1] rationem realitatis et quiditatis cogniti cum nihil tale sit, sed per suam perfectam similitudinem, scilicet per essentiam divinam sub ratione ideae consideratam. Sed hoc non ponit, ut dictum | est, illam rem habere aliquid esse reale secundum se, sed tantum eius esse cognitionem [2] vel eius [3] realitatis esse cognitum [esse] [4] tantum et potentiale modo supradicto. Unde quiditas creaturae sic intellecta non differt realiter a Deo cognoscente nec a quocumque alio, quia nec est aliquod realiter nisi ipsa cognitio cognoscentis ; nec etiam differt realiter ab alia [5] quiditate quae etiam non habet aliquod esse nisi esse cognitum ; nec intelligit Deus creaturam ut sic ut quid realiter differens a se nec ab alio ; sed per hoc intelligit differentiam realem quae nata est esse inter ipsum Deum et inter aliam creaturam, sicut intelligit realitatem non quam habet, sed quam nata est habere. Essentia ergo asini intellecta a Deo nullum esse reale habet differens a quocumque realiter, sed habet esse cognitum ; et eius differentia essentialis et a Deo et ab aliis | etiam [6] habet esse intellectum, et in potentia habet esse reale et differentiam realem. Unde ideatum non est aliud ab idea nec a quocumque alio realiter nisi in potentia. Quia enim res ab aeterno realiter non erant nisi in actu quantum ad esse cognitum ; | hoc autem esse habeant in hoc quod in ipsis ideis erant cognitae et in quantum in divina omnipotentia virtualiter continebantur, ideo de ipsis solum secundum illa iudicandum est. Sicut enim supradictum est, Deus non solum intelligit essentiam creaturae secundum eius esse essentiae sed secundum esse existentiae, quomodocumque se habeat ad essentiam ; et intelligit essentiam creaturae differre a suo existere, et unum existere unius creaturae ab existere [7] alterius creaturae ; et tamen non ponitur [8] quod existere creaturae habeat aliquod esse antequam sit in effectu nisi esse cognitum [9] ; et propter illud esse cognitum non dicitur quod antequam res sit in effectu, tale existere sit aliquid secundum esse reale ; ergo similiter circa esse essentiae est dicendum. Et ita dicendum est etiam in proposito, scilicet cum arguitur : quod intelligitur a Deo vero non ficto intellectu est ens verum, et cetera ; dicendum est quod verum est quod est vera essentia vel in se et in actu vel in sua causa et in potentia ; et est sic ens quod est aliquid realiter in potentia et in causis suis in quibus etiam virtualiter continetur et per quas vere intelligitur.

Cod. V fol. 129 V[a]

Cod. P fol. 139 R[b]

Cod. C fol. 65 R[a]

Sicut enim non ens bene significatur eodem nomine quo ens, quia potest

[1] propria P. — [2] cognoscitivum PC. — [3] *om.* P. — [4] est P. — [5] aliqua C. — [6] *del.* V. — [7] unius — existere] *om.* 1[a] *m.* C. — [8] ponit C. — [9] [va] et propter illud esse cognitum non dicitur quod antequam res sit in effectu nisi esse cognitum [cat] *add.* V.

Digitized by Google

aliquid concipi sub ratione entis et non entis ; sicut Socrates ens et non ens, nomine Socratis, et referendo vocem ad per se et primo significatum, scilicet ad ipsum conceptum mentis, unum et idem est aliquo modo significatum, quia illius eiusdem, cuius erat conceptus sub ratione entis, est etiam cum non est sub ratione non entis ; ipsum tamen significatum principale licet secundarium, id est res significata non est eadem ; unde talium quid nominis est idem, sed non quid rei. Propter quod propositio in qua non attenderetur nisi ad quid nominis dicens: Socrates est Socrates, esset vera; sed si attendatur
Cod. P fol. 139 Va ad quid | rei, non. Unde, quia quod significatur nomine Socratis quod est quid nominis, non est realiter id quod est rei, ideo forte ista est falsa secundum hoc : Socrates est Socrates. [1] Consimiliter etiam eundem conceptum habet Deus de rebus existentibus in effectu [2] et non existentibus, et eandem habet cognitionem. Propter hoc tamen non oportet quod res aliquod esse realiter secundum se habeant antequam existant in effectu [3], cum ipsis non existentibus possit eorum esse intellectus. Immo etiam intellectus noster potest habere intellectum de re non existente per aliquam eius similitudinem in memoria remanentem et intellectus divinus per suam essentiam omnia perfecte intelligit antequam sint. Et sic ad hoc quod aliquid sit obiectum cognitum non requiritur ipsius existentia actualis, sed sufficit quod sit quid possibile ; sic enim potest cognosci per illud per quod et in quo est possibile.

Per praedicta patet quod non videtur conveniens responsio ad hanc quaestionem : utrum essentia creaturae vel creatura antequam sit in actu sit vera res, quando dicitur quod res antequam sit in actu et [4] in sua natura est in Dei scientia dupliciter : uno modo enim Deus intelligit res ut sunt in eius essentia ut essentia, et alio modo ut sunt in eius essentia ut potentia ; et primo modo intelligere creaturas est intelligere eas [5] ut non distinguuntur
Cod. V fol. 129 Vb a Deo, secundo autem modo est | intelligere eas ut sunt aliae et distinctae ab Eo ; si ergo accipitur creatura ut non est a Deo distincta, sic est res vera simpliciter, quia est illa divina essentia ; si vero accipiatur creatura ut est a Deo distincta, sic est res aliqua non simpliciter sed cum determinatione, scilicet ut obiectum cognitum ; si enim Deus cognoscit creaturas antequam sint et ut sunt ab illo aliae et distinctae, id autem quod intelligitur est obiectum cognitum, quod quidem oportet aliquid esse ; quod enim nullo modo est, non intelligitur ; manifestum est ergo quod creatura antequam sit in effectu est aliquid ut obiectum cognitum aliud a Deo cognoscente, quia ut sic
Cod. P fol 139 Vb cognoscitur a Deo | per suam essentiam ut scilicet essentia [6] causa est ipsius creaturae [7] ; semper autem id quod est ratio cognoscendi alicuius sicut causa exigit aliquid aliud cognitum, quia sicut nihil est causa sui ipsius, sic nihil est ratio cognoscendi se ipsum sicut causa. Ergo creatura antequam sit in effectu

[1] similiter *add.* P, *del. scriptor.* — [2] effectum P. — [3] effectum C. — [4] *om.* C. — [5] *om.* C. — [6] scilicet essentia] *om.* PCV ; *supra scripsit alia m.* V. — [7] *om.* C.

Digitized by Google

est realis res aliqua ut obiectum ; prout etiam ab aliquibus dicitur quod creaturae antequam sint in effectu sunt verae res ut exemplatae, quia [1] oportet [2] ideam et ideatum, exemplar et exemplatum esse distincta cum dicantur [3] relate.

Quod autem iste modus dicendi non valeat, videtur primo : quia distinctio assignata non valet ; quod enim Deus intelligat creaturas in sua essentia ut | essentia, et tamen non intelligat eas ut distinctas a sua essentia in qua et per quam eas intelligit, hoc potest intelligi dupliciter ; uno modo sic quod quando creaturae non habent esse in actu, cum sic non sint aliquid realiter distinctum in actu a Deo nec a quocumque alio, sic potest esse verum quod Deus res non existentes, possibiles tamen existere, et res existentes antequam existerent intelligit non ut distinctas actu a sua essentia, cum extra [4] illam nullum esse reale habeant ; sed cum habeant esse in potentia et sint res potentiales, hanc [5] autem realitatem potentialem secundum quam potentiae [6] sunt realiter distinguibiles a Deo et ab invicem actu intelligit ; secundum hoc est dicendum quod intelligit creaturas ut alias a se et distinctas non quidem in actu, sed in potentia ; et secundum hoc non videtur circa scientiam qua Deus scit creaturas sic esse distinguendum ; immo simpliciter est dicendum quod Deus cognoscit creaturas quas cognoscit et distinctas [7] a se et ab invicem modo iam dicto, etiam si dicatur eas cognoscere in sua essentia ut essentia est, id est ut Deus se intelligendo intelligit suas perfectiones, quia non potest salvari quod per hoc Deus intelligit creaturas nisi in quantum intelligit huiusmodi suas perfectiones sub ratione quarundam imitabilitatum [8] secundum quas imitabilis [9] est diversimode a creaturis. Sic ergo [10] oportet | ponere quod intelligatur distinctio creaturarum dicto modo.

Cod. C fol. 65 Rb

Cod. P fol. 140 Ra

Immo [11] dicere quod Deus cognoscit creaturas et tamen non cognoscit illas aliquo modo ut alias et distinctas a se est ponere contradictoria simul ; de ratione enim creaturae est quod aliquo modo sit distincta a Deo, et sicut est sic et distincta est. Cum ergo Deus actu cognoscat creaturas, antequam sint actu, cognoscit illas sub alietate et distinctione quam natae sunt habere in actu et quam habent secundum esse potentiale ; qui ergo ponit quod Deus cognoscit creaturas ut nullo modo alias et distinctas [12] a se, ponit quod illas nullo modo cognoscit actu et formaliter et distincte, sed tantum virtualiter vel universaliter [13] in potentia et confuse [14].

Per praedicta etiam patet quod dicere quod creatura antequam sit in actu est res aliqua a Deo distincta, quia est aliquid ut obiectum cognitum quod est aliquid aliud a divina essentia, non videtur bene dictum ; quia

[1] ergo *add.* C. — [2] eam *add.* P, *del. scriptor.* — [3] est *add.* P, *del scriptor.* — [4] nullam *add.* P, *del. scriptor.* — [5] esse — hanc] *om. 1a m.* C. — [6] potentia P. — [7] distincta P. — [8] immutabilitatum PC. — [9] immutabilis PC. — [10] autem PC — [11] *om. 1a m.* C. — [12] distincta P *et 1a m.* C — [13] vel universaliter] *om.* C. — [14] et *add. 2a m.* C, universaliter C

Digitized by Google

ipsas esse cognitas a Deo nullam entitatem vel realitatem ponit in actu nisi ipsam cognitionem Dei et sic ipsae creaturae solum habent entitatem
Cod. V fol. 130 Rb in potentia ; et sic [1] creatura antequam sit non cognoscitur | a Deo ut [2] aliqua res distincta ab ipso nisi solum in potentia. Non oportet etiam quod, licet sit aliquid ut cognitum, quod propter hoc sit aliquid aliud realiter a cognoscente [3] nisi etiam in potentia ; quia licet quod omnino non est non intelligatur, tamen sufficit quod illud quod a Deo intelligitur ut aliud ab Ipso sit aliud solum in potentia. Similiter etiam ad hoc quod Deus intelligat aliquid per suam essentiam ut est illi causa, sufficit quod illius sit causa in potentia et quod etiam sit aliquid aliud a sua causa in potentia. Verum est ergo quod idea et ideatum, cum est in actu, differunt realiter ut res simpliciter distinctae ; sed cum [4] ideatum non est in actu sed tantum in potentia, non differt etiam nisi in potentia, quia sicut alicui convenit entitas, sic differentia et identitas. Male ergo dicitur quod creatura antequam sit in actu est aliud a Deo, cum tunc [5] non habeat entitatem et sic nec alietatem realem nisi
Cod. P fol. 140 Rb solum in potentia, sicut non est aliquid alio a Deo | nisi in potentia. Similiter etiam licet inter Deum cognoscentem creaturam antequam sit sub ratione ideae et inter ipsam creaturam sic cognitam sit mutua relatio, tamen [6] huiusmodi relatio ex utraque parte est [7] relatio secundum rationem ; et ideo sufficitquod [8] creatura ut sic solum habeat esse in potentia ; et secundum hoc res antequam sit in actu non est aliquid secundum essentiam exemplatum et ideatum, sed magis exemplabile et ideabile.

[1] *om.* C. — [2] nisi P *et 1a m.* C — [3] in etiam *add.* P, *del. scriptor.* — [4] tamen PC. — [5] *om.* PC. — [6] cum PC. — [7] sit *2a m.* C. — [8] *om. 1a m.* C.

Digitized by Google

QUAESTIO IV

Utrum in expulsione culpae sive originalis sive actualis sint simul culpa quae expellitur et gratia quae expellit.

Deinde circa naturam rationalem, scilicet humanam existentem quaerebantur quaedam pertinentia ad homines communiter, quaedam pertinentia ad quosdam specialiter. Circa primum quaerebantur quaedam pertinentia ad statum meriti et gratiae, quaedam pertinentia ad statum [1] praemii et gloriae. Circa primum quaerebatur unum pertinens ad modum quo culpa expellitur per gratiam et unum pertinens ad modum merendi. Primum erat utrum in expulsione culpae sive originalis sive actualis sint simul culpa quae expellitur et gratia quae expellit. Secundum | erat utrum homo absque omni gratia per solum liberum arbitrium possit facere opus meritorium vitae aeternae vel per se et ex condigno vel saltem dispositive et de congruo. Cod. C fol. 65 Va

Ad primum arguitur quod in expulsione culpae simul sunt [2] culpa et gratia, quia quod non est non expellitur sed potest esse iam expulsum ; similiter etiam quod non est non expellit ; ergo oportet illud quod expellit et expellitur simul esse in eodem instanti.

Contra. Forma quaelibet denominat suum subiectum ; si ergo contraria possunt simul esse in eodem, illud denominaretur ab utroque ; sed hoc est impossibile, quia illud quod est album non potest dici nigrum, quia quod dicitur nigrum [3] non est album ; quare et cetera.

Ad veritatem huius quaestionis habendam est intelligendum quod sicut contradictoria non possunt simul esse in eodem secundum idem, ita etiam nec contraria vel privative opposita, quia in illis etiam contradictio invenitur.

Unde sicut aliquid non potest esse simul album et non album, quia sic esset simul ens et non ens | secundum idem, ita nec album et nigrum. Cod. P fol. 140 Va
Cum ergo oppositio sit inter peccatum originale et mortale et gratiam, sicut impossibile est habere aliquem peccatum tale simul [4] et non habere, et habere gratiam et non habere, ita etiam impossibile est simul in eodem instanti habere gratiam et tale peccatum. Cum autem hoc contingat propter formalem repugnantiam quae tanta est in instanti quanta in infinito tempore, sicut non possunt esse simul longa duratione, ita nec instantanea existentia.

[1] meriti — statum] *om.* C. — [2] et *add.* VPC, *del.* V — [3] quia — nigrum] *om* P. — [4] habere - simul] aliquem habere simul peccatum tale. PC.

Digitized by Google

Sed quia ab aliquibus distinguitur quod [1], cum quaedam sint quae habent esse in transitu, quaedam autem in permanentia, quantum ad ea quae opponuntur et habent esse in permanentia dicunt quod verum est quod non possunt simul esse ; hoc [2] enim esset [3] contraria simul esse simpliciter et perfecte ; sed quantum ad ea quae habent esse in fieri et in transitu, unum quod habet esse in permanentia bene [4] potest simul esse cum eo quod habet
Cod. V fol. 130 Rb esse in transitu. Et hoc non videtur inconveniens | , quia hoc non est talia simpliciter et perfecte simul esse. Ita autem videtur esse non solum in proposito, sed in qualibet vera transmutatione naturali. Unde cum de calido fit frigidum, et in instanti quo introducitur frigiditas et habet [5] in facto esse et permanentia, oportet quod aliquo modo habeat esse caliditas quae tunc corrumpitur ; si enim nullo modo haberet esse sed iam corrupta esset, non diceretur corrumpi ; et [6] ideo oportet ponere quod tunc [7] habeat esse solum ut in transitu. Et sic etiam in iustificatione impii simul poneretur gratia et peccatum mortale. Cum etiam prius natura sit infusio gratiae quam expulsio culpae quae per gratiam expellitur, non potest autem poni prius gratia expulsione culpae praecedentis nisi aliquo modo sit ante expulsionem et sit simul cum expulso ; ideo et cetera. Et ita etiam in purgatione peccati [8] originalis ponetur simul gratia ipsa et originale. Unde etiam si beata virgo
Cod. P fol. 140 Vb fuit sanctificata per aliquod tempus post concep | tionem, tamen oportet ponere quod in ista sanctificatione simul in eodem instanti fuit originale et gratia dicto modo. Cum ergo possibile, immo necessarium sit quod gratia stet simul cum originali, quod per ipsam habet purgari, in eodem instanti ; in primo autem instanti conceptionis sive animationis beatae Mariae contraxit originale, non est impossibile quod in eodem instanti infusa fuerit gratia expellens illud originale simul etiam habens esse cum isto [9] dicto modo. Hoc etiam nituntur ostendere in motu locali ; nam cum faba obviat lapidi descendenti motu proprio, est in illo ubi in quo fit iste concursus et simul motu proprio accedit ad illud ubi et motu lationis lapidis recedit ab isto ; hoc autem oportet ponere esse in eodem instanti, cum tamen contraria videantur ; ergo et cetera.

Sed ulterius distinguitur circa ipsum instans, scilicet quod, licet sit indivisibile in plura instantia, est tamen divisibile in plura signa, ut sic possit dici quod in primo signo, A scilicet, fuit peccatum originale ; in secundo, scilicet B, fuit infusio gratiae ; in tertio autem, scilicet in C, fiat expulsio culpae [10] ; vel sic quod in secundo fiat expulsio culpae, in tertio vero infusio
Cod. C fol. 65 Vb gratiae. Prout enim | haec possunt referri ad efficiens gratiam, sic prius est infusio gratiae expulsione culpae ; prout vero referuntur ad ipsum a quo fit expulsio, sic prius expellitur ab eo culpa quam habeat gratiam ; et sic, licet

[1] quia PC. — [2] haec PC. — [3] essent PC *et 1e m.* V. — [4] unde PC. — [5] esse *add.* PC. — [6] *ras.* C. — [7] cum P. — [8] mortalis *add.* C — [9] illo P. — [10] in tertio *add.* P ; *del. scriptor.*

Digitized by Google

inconveniens sit contraria simul esse in eodem instanti secundum idem signum, non est tamen hoc inconveniens secundum diversa signa.

Sed istud [1] videtur impossibile, quia per esse in transitu potest intelligi esse secundum successionem vel esse in instanti indivisibili post quod [2] non remanet esse. Primo modo esse successivorum est in tempore in quo pars motus succedit alteri parti ; immo esse eius non est nisi transitus quidam successivus tempore mensuratus. Entia etiam quae sunt contraria mediata sic quidem habent esse in transitu ut etiam aliquo modo ratione talis esse [3] in transitu simul | sint contraria, puta : nigrum et album, non quidem secundum formas distinctas actu completo vel perfecto simul manentes, sed in quodam medio commixtionis ; quando enim aliquod talium movetur de contrario in contrarium, non est sub quocumque contrariorum formaliter in actu, sed medio modo secundum actum permixtum potentiae. Et hoc contingit, ut dictum est, in omnibus talibus contrariis, quia talia fiunt transmutationibus propriis ; in aliis autem quae habent esse [4] in termino aliarum transmutationum sicut in privative oppositis sive in contrariis immediatis, non sic habet esse aliquid in transitu sed solum in facto esse, ut patet in generatione substantiali et illuminatione medii et cetera. Similiter etiam est de [5] his quae a Deo fiunt immediate per creationem, ut gratia et huiusmodi. Si ergo sic habuit esse originale in beata Maria, scilicet in transitu intellecto isto [6] modo, non habuit esse solum in uno instanti, et gratia si fuit cum isto secundum totam eius durationem non solum in instanti sed in tempore simul esse habuerunt. Hoc autem, scilicet quod originale habuerit sic esse solum in | transitu in beata virgine est manifestum inconveniens, quia nunquam proprie contraxisset originale nec fuisset actu sub originali, sed semper fuisset in contrahendo illud successive. Cum tamen non contrahatur successive, sed secundum esse perfectum perfectione quam nata est culpa habere, contrahitur in termino generationis vel instanti unionis animae ad corpus secundum rationem seminalem propagatum. Culpa ergo et gratia non habent sic esse in transitu. Unde quaelibet harum habet esse simpliciter et totum simul et in actu. Ista enim sunt talia quod, cum esse habent in aliquo, est signare duo instantia in quibus ista se habent eodem modo. Quod non contingit de his quae vere et proprie sunt successive et actus entis non in actu simpliciter sed in potentia.

Cod. P fol. 141 Ra

Cod. V fol. 130 Va

Si autem dicatur aliquid habere esse in transitu et non permanens, quia licet habeat esse in actu, tamen habet solum esse [7] in instanti non manente, non videtur hoc esse possibile ; quia cum tale ens sit non successivum modo praedicto, sola autem succes | siva sunt quae aliquo modo [8] possunt dici habere esse in instanti, quod quidem esse in instanti non est esse in actu

Cod. P fol. 141 Rb

[1] illud PC. — [2] quia P. — [3] in — esse] *om.* C : ut etiam — esse *suppl. 2a m.* C. — [4] *om.* P. — [5] de *add.* P. — [6] primo P ; intellectu primo] *del. 2a m.* C *et* isto *correxit.* — [7] solum esse] esse solum PC. — [8] sunt *add.* P, *del. scriptor.*

Digitized by Google

simpliciter sed in actu permixto potentiae, nullum aliorum entium quorum esse est simplex et totum simul potest poni habere esse in actu solum in instanti. Sicut enim movere vel esse in fieri et transitu proprie est quando non est signare duo instantia in quibus ita se habeat nunc ut prius, ita esse non in successione, quod dicitur per oppositum ad moveri, est quando contingit signare duo instantia in quibus ita se habeat nunc ut prius, et quia hoc sine tempore esse non potest, ideo si aliquid ponatur esse in aliquo solum secundum instans, ibi non est nisi solum secundum quid et in potentia, ut patet in motu illud. Tamen esse quod sic alicui contingit oportet continuari ad praecedens et ad subsequens quia tale esse in potentia est entis successivi [1] quod necessario consistit in continua successione partium, scilicet prioris ad posteriorem per mediam ; et ideo etiam est in tempore, ut dictum est ; dum enim mobile continue movetur, in toto motu semper est [2] in spatio sibi aequali solum in instanti et in potentia tantum. Cum ergo gratia et culpa habeant esse non in
Cod. C fol. 66 Ra fieri et in transitu | modo supradicto, habent esse sic quod eis in suo esse et duratione tempus correspondet ; ergo oportet ponere originale fuisse in beata virgine et durasse secundum tempus aliquod in quo impossibile fuisset ipsam fuisse sub gratia, quia tunc duo contraria simul fuissent in eodem tempore actu perfecto et simpliciter ; quare et cetera.

Unde universaliter hoc est tenendum tam de successivis quorum esse est in potentia, quia in fieri et transitu, quam de permanentibus quorum esse est in actu quia in facto esse : quod in rerum natura nihil habet esse post non esse et non esse [3] post esse in actu, quin in suo esse intermedio intercipiatur duratio vel quae mensuratur tempore vel quae ipsi [4] coexistit. Unde non potest Deus
Cod. P fol. 141 Va dare alicui naturae vel substantiali vel accidentali esse in actu post | non esse et deinde non esse post esse, sic quod solum inter istos duos terminos habeat esse in instanti, alioquin esset dare instans indivisibile proximum [5] instanti, et inter quaelibet duo instantia non interciperetur mora cui tempus responderet [6] vel cui coexisteret. Nec etiam potest incipere habere esse successivum et desinere habere tale esse, quin inter istos terminos incidat tempus medium, ut per se patet. Nunquam ergo potest poni de peccato quocumque vel gratia quod possit dici esse solum in instanti. Et sic nullo modo potest poni quod, supposito quod beata virgo concepta fuit in originali, quod in primo instanti suae animationis in quo contraxit originale habuit gratiam purgantem et sanctificantem.

Sed extendendo quaestionem remanet alius articulus, an scilicet culpa quae non solum in instanti, sed per tempus aliquod habet esse vitiosum in aliquo, sic purgetur per gratiam quod [7] in instanti huius purgationis sint simul gratia et
Cod. V fol. 130 Vb cul | pa, sicut communis opinio ponit quod beata Maria habuit originale per

[1] accessivi P. — [2] semper est] est semper C. — [3] est PC. — [4] tempori P. — [5] in *add.* PC. — [6] respondet PC. — [7] que C.

Digitized by Google

tempus aliquod et gratia superveniente fuit actu sanctificata ; et sicut ponitur in qualibet alia mutatione naturali. Et dicendum quod minus inconvenienter posset poni gratia fuisse in beata Maria cum originali in ultimo instanti, si [1] illud per tempus aliquod praehabuit, quam sic quod non habuerit [2] illud nisi in instanti, quia non tot incompossibilia includerentur.

Est tamen circa hoc dicendum quod hoc impeditur propter oppositionem formalem quam talia habent inter se et ratione cuius unum excludit aliud. Nunc autem tanta est repugnantia istorum in uno solo instanti quanta est in quantocumque tempore, quia illud quod stat cum aliquo [3] quantumcumque [4] modicum non obstante contrarietate, sicut non expellit illud cum quo est in isto modico, ita etiam nec in quantocumque tempore ; sicut si una cavilla stat cum | alia in eodem situ quantumcumque modica duratione, nunquam illam expellet [5] ; et similiter lux quae potest quantumcumque modicum stare cum tenebra, illam nunquam expellet ; et sic de [6] aliis ; quia lux non expellit tenebram [7] efficiendo, sed formaliter ; nunc autem ponuntur simul lux et tenebra informando ; ergo et cetera. Unde circa talia cum non ponantur non esse simul nisi propter repugnantiam eorum [8] inter se, si ponantur aliquo modo simul, qua in [9] ratione unum dicitur aliud expellere, ita dicetur de alio ; quia qua ratione unum repugnat alteri, et e converso ; praecipue cum talis expulsio, ut accipitur pro termino, sit instantanea. Cod. P fol. 141 Vb

Quod autem dicitur de distinctione signorum figmentum videtur ; quia aut per hoc intelligitur aliqua diversitas secundum rationem solum [10] circa omnino indivisibile secundum rem, prout dicitur instans habere rationem principii et finis in continuando praeteritum futuro, et punctus continuando partem primam lineae cum posteriori. Et hoc quidem nihil facit ad hoc quod ea quae secundum rem sunt diversa et contraria possint simul esse realiter. Aut intelligitur aliqua diversitas realis, et sic instans non est indivisibile secundum rem, quod est inconveniens. Tunc quaeritur de tali uno signo : aut est ulterius divisibile aut non ; si sic, erit processus in infinitum ; si non, aut ergo tale indivisibile dicitur instans aut non ; si sit instans et non est divisibile in signa, negatur propositum ; si autem non sit instans sed ponatur | quod sit quid indivisibile in instanti, non poterit magis probari quod illud sit indivisibile quam ipsum instans secundum se, quia illud et solum tale quod realiter est indivisibile et in quod terminatur divisio possibilis in tempore est dicendum esse instans. Videtur etiam superfluere altera distinctio ; nam si distinctio de signis valet, sufficeret dicere quod contraria non possunt esse simul in eodem instanti secundum idem signum ; secundum diversa tamen possunt. Aut si valet alia, sufficeret dicere : contraria non possunt esse simul in eodem instanti, verum Cod. C fol. 66 Rb

[1] sed P. — [2] habuit PC. — [3] quia illud — aliquo] *om. 1a m.* C, *suppl. 2a m.* C. — [4] *om.* C. — [5] expelleret PC. — [6] quia l. *add.* P ; *del. scriptor.* — [7] *om.* C. — [8] repugnantiam eorum] eorum repugnantiam C. — [9] *rasura* C. — [10] secundum — solum] solum — rationem C.

Digitized by Google

Cod. P fol. 142 Ra est quorum utrumque habet esse in esse perfecto et permanenti ; sed cum | alterum est in transitu, potest. Tunc [1] quod dicitur quod non in alio instanti, sed in alio signo fuit culpae contractio et in alio expulsio sine tempore medio, hoc est impossibile in quocumque ente, scilicet quod inter primum esse eius et primum [2] non esse eius non sit tempus medium, ut dictum est.

Cum ergo arguitur quod sic, quia quod corrumpitur, et cetera ; si intelligatur quod illud quod corrumpitur vere est, quia quod non est non potest corrumpi corruptione proprie accepta, quae est via vel transmutatio ad non esse, sicut illud quod generatur dicitur non esse quia quod est iam generatum est, veritatem habet ; sed si accipiatur hoc pro fine transmutationis, scilicet pro generato esse et pro corrupto esse, tunc sicut quod generatur, id est quod habet esse primo per generationem, simpliciter est, ita illud quod corrumpitur, id est quod primo habet non esse per corruptionem, habet simpliciter non esse. Sic ergo vult Philosophus (1), octavo Physicorum, quod in primo Cod. V fol. 131 Ra instanti temporis | mensurantis posteriorem passionem, ipsa habet primo esse et prior primo non esse ; nec est dare instans in quo ultimo habet esse ; sed totum tempus praecedens in hoc ei respondet ; et sic nullo modo possunt esse simul generatum et corruptum, quocumque modo accipiatur generatio vel simpliciter vel secundum substantiam vel secundum quid vel secundum accidens. Unde sicut cum introducitur forma substantialis ignis in materiam aquae in fine transmutationis simpliciter et totaliter est ignis et nullo modo aqua nec in actu nec in transitu, ita etiam in aliis. Et hoc docet simpliciter et absolute Philosophus (2) absque aliqua distinctione signorum diversorum.

Sed videtur quod etiam istis non debeat sufficere dividere mensuram sive instans in plura signa, sed etiam debet dividi subiectum, ut scilicet secundum unam rationem vel [3] secundum unum signum sit susceptivum culpae et secundum aliud susceptivum gratiae ; et sic etiam ponetur in aliis oppositis, scilicet quod unum subiectum secundum unam rationem vel signum sit album et secundum aliud nigrum, sicut etiam distinguitur circa voluntatem simplicem et secundum rem quod secundum unam rationem est in potentia receptiva actus volitionis et secundum aliam est activa eiusdem. Et poterunt talibus distinctionibus adaptari nomina signorum diversorum vel quomodocumque Cod. P fol. 142 Rb alia quantum | cumque inconvenientia ; et sic facile erit ponere et sustinere multa, quantumcumque impossibilia videantur.

Quod dicitur de priori et posteriori solutum est, quia expulsio unius et introductio alterius et e converso sunt simul ; immo sunt unum realiter. Sed

[1] esse *corr.* 2a *m.* C. — [2] esse — primum] *om* 1a *m.* C. — [3] secundum unum signum — rationem vel] *om.* P.

(1) Aristotelis *Physica*, l. VIII, c. 3 (Bekker, vol. I, p. 253-254). — (2) Id. *ibid.* (loc. cit.)

Digitized by Google

ista diversitas sumitur in ordine ad activum et passivum; ex parte enim passivi prius est abici [1] contrarium sub quo fuit quam introduci aliud; ex parte vero agentis est e converso.

Et cum arguitur quod simul in instanti possunt esse contraria in eodem, scilicet accessus ad aliquem terminum sive ad aliquod ubi et recessus ab eodem, ut patet in proiectione fabae contra lapidem descendentem; quia si non obviaret lapidi, quiesceret antequam descenderet et sic in alio instanti accederet ad illud ubi et in altero [2] descenderet ab illo et non essent contraria simul; nunc autem propter motum lapidis contrarium non permittitur quiescere; ergo oportet praedicta contingere non in diversis instantibus, sed in uno, potest dici quod faba attingens lapidem descendentem quiescit per se in ista | coniunctione lapidis et non debet dici accedens ad ipsum et recedens ab eo in eodem instanti dum est coniunctus illi in actu, ut patet; maxime si faba esset viscosa et visco suo illi lapidi in toto motu descensus inhaereret, in habitudine ad ipsum lapidem a quo non discederet, quiesceret, — quiescere enim dicitur quod se habet in aliquo tempore eodem modo; sed quia lapis continue movetur, oportet etiam cum hoc fabam continue moveri motu lapidis; et sicut lapis in isto instanti in quo sibi faba coniungitur non habet esse in actu in tali situ, ita etiam quantum ad hoc nec ipsa faba; et tunc istis duobus sic concurrentibus potest dici quod faba quiescit per se in coniunctione eius ad lapidem cui per aliquantulam horam adhaeret, moretur autem in illa coniunctione motu illius qui est sibi quasi pro loco quietis et hoc respectu loci naturalis vel | communis secundum sursum et deorsum vel huiusmodi; nec hoc est inconveniens, sicut patet de quiescente in navi qui tamen movetur motu navis. Nec tamen propter hoc debet concedi quod sive per se sive per accidens contraria possunt esse simul. Unde in proposito cum dicitur ascendere sursum per se sive motu proprio et recedere a sursum per accidens sive motu lapidis, sunt contraria et sunt in eodem instanti; dicendum est quod ista duo non sunt contraria nisi secundum quod accipiuntur in actu simpliciter et perfecto, non in actu permixto potentiae. Cum ergo faba non accedat illuc in actu, nec recedat inde in actu, sed in actu permixto potentiae, | sicut etiam in quocumque situ secundum spatium sibi aequale motum continue accedit ad illud spatium et recedit ab illo non in actu, sed in potentia; quia nec ibi est nisi in instanti non quidem in actu et signato, sed ut continuans est prius posteriori; ideo ex hoc nullo modo [3] ponentur contraria simul. Sed non sic potest poni de culpa originali, tum quia non est aliquid de genere successivorum, scilicet quod possit habere esse sic in transitu et in instanti non quidem in actu simpliciter sed permixto potentiae, tum quia etiam si sic posset habere esse, tamen illud esse potentiale in instanti requireret esse secundum durationem temporis. Unde mobile non potest habere esse solum in instanti

Cod. C fol. 66 Va

Cod. P fol. 142 Va

Cod. V fol. 131 Rb

[1] habiti C — [2] alto PC. - [3] *om.* PV.

Digitized by Google

secundum rationem transitus vel quietis. De quiete manifestum est. Quod etiam ita sit de transitu hoc patet, quia habere esse in transitu non est nisi esse alicuius habentis esse sic successive sive secundum successionem, quod est ens habens aliquo modo esse et a parte [1] ante et a parte [2] post; unde non potest poni mobile habere esse in spatio sibi aequali quin vel illud esse mensuretur, tempore scilicet, si sit esse in actu, vel quin illud esse, si sit in potentia sive in actu permixto potentiae, mensuretur instanti continuante tempus
Cod. P fol. 142 Vb mensurans totum esse illius in aliquo totali spa | tio. Unde talia sunt sic impossibilia quod nullo agente nata sunt esse sic, scilicet nec in transitu nec in permanentia, in solo instanti. Unde loquendo in proposito : cum ista repugnent naturae rei habere simul in eodem instanti peccatum originale et gratiam infusam, nullo modo attribuendum est beatae virgini quod tali modo fuerit sanctificata.

Ponentes autem id quod circa praedicta tactum est de sanctificatione virginis quod simul cum originali inficiente potuit infundi gratia sanctificans, videntes quod hoc non erat bene dictum et quod communiter reprobabatur illud, aliqualiter correxerunt et mutaverunt dicentes, quod beata virgo in eodem instanti quo concepta est mundo in utero matris et peccato originali infecta, non potuit esse sanctificata per gratiam in ea a Deo infusam, quia originalis culpa et sanctificationis gratia sunt contraria nec possunt simul esse in eodem subiecto. Quod tamen quoquo modo simul esse habeant in eodem
Cod. C fol. 66 Vb instanti et si non in eodem | subiecto pro illo instanti, non est impossibile. Considerando namque formam aliquam alteri contrariam et esse eius in ordine ad producentem illam, forma posterior habet esse prius natura quam corrumpatur prior, quia forma prior non corrumpitur nisi per actionem agentis formam posteriorem et introducentis in idem subiectum; nihil autem agit nisi habeat esse; ergo forma corrumpens prius habet esse natura quam per ipsam forma [3] contraria ei corrumpatur; ipsa autem forma corrumpenda, antequam corrumpatur, habet esse in duratione praecedente suam corruptionem; ergo in ista [4] duratione simul habent esse illae formae contrariae licet diversimode [5], puta : forma corrumpens in ordine ad agentem, forma corrumpenda in ordine ad subiectum, licet non habeant esse simul in subiecto sive considerando ambas in ordine ad subiectum [6]; immo oportet corrumpendam prius expelli ab subiecto quam generanda in illo recipiatur; et sic corruptio vel non esse in
Cod. P fol. 143 Ra subiecto unius formae praece | dit esse alterius in quantum habet esse in subiecto illo; sequitur autem esse illius in quantum est ab efficiente. Et tunc dicitur ulterius quod quia, ut dictum est, culpa et gratia non possunt in eodem instanti esse in eodem subiecto, si beata virgo gratiam recepit statim in tempore continuato instanti illi in quo concepta fuit in peccato originali, sic

[1] aperte PC. — [2] aperte PC. — [3] formam P; m *del. scriptor.* — [4] illa P. — [5] id est in comparatione ad diversa *suprascripsit alia m.* V. — [6] sive — subiectum] *del.* 2a *m.* C.

Digitized by Google

bene celebranda est conceptio virginis ratione ipsius conceptionis, quia in instanti conceptionis in culpa, ut ab agente et in ordine ad ipsum, habebant esse gratia et actus sanctificationis recipiendi in virgine ut in subiecto statim post illud instans ; et est celebranda conceptio secundum hoc in die illo in quo facta fuit ratione illius instantis, non per se ratione qua erat instans conceptionis, quia non erat miraculosa | sed naturalis, sed ratione qua erat instans sanctificationis ut facta est in isto in ordine ad ipsum agentem, licet non in ordine ad ipsum subiectum. Cod. V fol. 131 Va

Quod autem sit possibile secundum naturam virginem peccatum originale contraxisse et in illo non nisi per instans remansisse, nituntur ostendere per hoc quod continue motum in quolibet instanti est in spatio sibi aequali, sic quod in fine partis praecedentis ipsius motus mutatum est in illud et in principio partis sequentis mutatum est ab illo ; et est mutatio una secundum rem et in uno instanti secundum rem differenti solum secundum esse et rationem.

Item, hoc nituntur ostendere per hoc quod faba proiecta sursum obvians graviori corpori descendenti in eodem instanti mutata est in spatium sibi aequale per motum suum violentum sursum, et mutatur ab illo spatio per motum lapidis deorsum. Et secundum hoc dicitur quod beata virgo non nisi in instanti et in transitu fuit in peccato originali et in isto instanti peccatum originale habuit esse primo et ultimo.

Sed illud dictum omnino destruit se ipsum et est inopinabile. Cum enim quaeritur utrum beata virgo potuit sic esse sancti | ficata in hora suae conceptionis quod de ista [1] celebret Ecclesia, intelligitur sic : an scilicet gratia sanctificationis habuerit [2] esse non quocumque modo vel in comparatione ad quodcumque, sed subiective in anima beatae virginis et in comparatione ad subiectum per ipsam sanctificandum ; non autem si habuerit [3] aliquod esse in rerum natura vel in ordine ad quodcumque aliud, nisi includatur comparatio ad subiectum per eam formaliter sanctificandum. Cum etiam dicitur quod prius habet esse originale quam corrumpatur, verum est ; quia oportet quod esse habeat in aliqua duratione praecedente instans suae corruptionis in quo non habet ultimo esse ; demonstrat enim Aristoteles (1), octavo Physicorum, quod non est dare instans in quo ultimo mobile habeat esse sub termino a quo, sed quod est dare primum instans in quo primo habet non esse sub eo et primo esse sub termino ad quem [4] ; sed in illo habet primo esse forma corrumpens et ipsum originale non esse. Cum autem dicitur quod forma corrumpens prius natura | habet esse in comparatione ad agens quam forma Cod. P fol. 143 Rb Cod. C fol. 67 Ra

[1] illa PC. — [2] habuit P. — [3] habuit P. — [4] demonstrat — ad quem] *om.* VPC ; *add. in marg. alia m.* V.

(1) Aristotelis *Physica*, l. VIII, c. 3 *(ibid.*, loc. cit).

Digitized by Google

corrumpenda corrumpatur, verum est, sed non prius duratione ; immo generatio illius est corruptio alterius. Et tunc etiam oportet ponere in subiecto formam corrumpentem, cum sine subiecto non habeat esse. Sed forma corrumpens nullo modo potest dici simul esse in duratione cum forma corrumpenda, sed solum cum eius corruptione, hoc est cum primo eius non esse ; si enim poneretur habere esse aliquod in comparatione ad agens in duratione qua forma corrumpenda haberet esse in subiecto, et non poneretur secundum hoc vera forma corrumpens in illo subiecto, forma corrumpens haberet aliquod esse reale extra subiectum. Si ergo formetur sic ratio : forma corrumpenda prius habet esse quam corrumpatur, et forma corrumpens prius habet esse quam corrumpenda corrumpitur ; ergo cum ambae formae praecedant huiusmodi [1] corruptionem, habent simul esse ; non valet ; quia, ut dictum est, forma corrumpens non habet sic prius esse quam corrumpenda corrumpatur quod in duratione praecedat illam corruptionem sicut eam praecedit forma corrumpenda, sed sic quod, cum simul sint duratione, immo sunt unum et idem secundum rem ; sicut dicitur de motu in comparatione ad agens et patiens. Sic dicitur prior in comparatione ad | agens forma aliqua expellens, sed dicitur posterior in comparatione ad subiectum recipiens, quia praecedentem oportet intelligi prius natura non esse in subiecto quam aliam recipi in eodem ; contrarium enim bene agit in contrarium [2] sed non recipitur in contrario. Per supradicta patet responsio ad ea quae in [3] contrarium replicata sunt.

Cod. P fol. 143 Va

[1] huius V. — [2] enim – contrarium] *om. 1a m.* C. — [3] *om.* C.

Digitized by Google

QUAESTIO V

Utrum homo absque omni gratia per solum liberum arbitrium possit facere opus meritorium vitae aeternae.

| Post hoc secundo quaerebatur utrum homo absque omni gratia per solum liberum arbitrium possit facere opus meritorium vitae aeternae. Cod. C fol. 67 Rb

Et arguitur quod sic. Quia actus procedentes [1] ex libero arbitrio ex deliberatione rationis sunt meritorii vel demeritorii. Nunc autem u | na et eadem est [2] potentia respectu contrariorum [3]. Sed liberum arbitrium sine gratia potest facere actum demeritorium vitae aeternae. Ergo etiam poterit facere actum meritorium. Cod. V fol. 131 Vb

Contra. Homo si [4] ex virtute propria [5] posset mereri vitam aeternam vel gratiam per quam ulterius ipsam vitam aeternam mereretur [6], tunc gratia non esset gratia, quia ex merito operum deberetur.

Circa hanc quaestionem est considerandum quod actus perducentes ad finem oportet fini esse proportionatos ; actus autem non potest excedere proportionem principii activi ; vita autem aeterna est finis excedens proportionem naturae humanae, quia excedit cognitionem et desiderium eius, secundum illud primae Corinthiorum (1), secundo : nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se ; ideo in natura hominis non est sufficiens principium actus meritorii vitae aeternae, nisi superaddatur aliquod donum divinum supernaturale quod dicitur gratia.

Sed si quaeratur utrum per solum liberum arbitrium possit homo dispositive mereri vitam aeternam vel gratiam per quam contingit vitam aeternam de condigno promereri, est dicendum quod non.

Quia supponendum est quod Deus res modo congruentissimo et in se ipsis et in ordine ad fines suos disposuit quae ad hoc congruunt, providendo et disponendo ; secundum autem ordinem agentium sive motionum est ordo finium ; ad ulti | mum finem autem converti habet homo per motionem primi agentis vel moventis, ad finem autem proximum per motionem alicuius Cod. P fol. 143 Vb

[1] praecedentes P. — [2] *o n.* C. — [3] est *add. 2a m.* C. — [4] homo si] si homo P. — [5] virtute propria] propria virtute P. — [6] meretur PC.

(1) *Cor. II, 9.*

Digitized by Google

inferiorum moventium ; cum ergo Deus sit primum movens simpliciter, ex eius motione est quod omnia in ipsum convertuntur secundum communem intentionem boni, per quam unumquodque intendit assimilari Deo secundum suum modnm. Sed quia homines ordinantur ad ipsum ut ad specialem finem, sive modo specialiori et eminentiori, cui cupiunt adhaerere sicut proprio bono, secundum illud Psaltis (1) : mihi ad | haerere Deo bonum est ; ideo quod homo sic convertatur ad Deum non contingit nisi Deo ipsum ad se movente vel convertente. Ista autem motio fit per aliquem interiorem instinctum, vel per interiorem admonitionem, vel etiam aliquando per exteriorem per quam interior excitatur. Si autem homo per liberum arbitrium huic admonitioni assentiat vel ei [1] obicem non ponat, sic disponit se vel praeparat ad consequendam gratiam per quam vitam aeternam mereatur ; et sic cum meritum hominis dependeat ex ordinatione divina et ordo divinae providentiae constituit sic regulariter procedere habentes usum liberi arbitrii ad merendum vitam aeternam de condigno per gratiam, et ad [2] merendum gratiam de congruo per usum liberi arbitrii, constituit procedere sic motos vel adiutos a Deo sive a divina motione, quae potest dici gratia, quia desuper data, non tamen proprie habitualis ; patet quod non procedit hoc meritum ex solo libero arbitrio sine dicto adiutorio divino. Sed quantum ad huius adiutorium satis apparere potest quod Deus unicuique talem gratiam quantum est in se dat ; et sic etiam absque personarum acceptione unumquemque [3] acceptat, quia sicut convenienter providet circa naturalia modo quo ab ipso habent esse, quia quaedam producit mediate ut corporalia, quaedam immediate ut animas rationales, ita etiam circa spiritualia sic providit unicuique secundum proportionem et condicionem naturae suae quod hominibus potentibus operari, scilicet habentibus usum liberi arbitrii sic providet quod | unumquemque habentem usum liberi arbitrii Deus, tali gratia praevenit nisi obicem ponat, quod per illam meretur, si ista [4] bene utatur dispositive et de congruo ; quia nullum meritum de condigno potest esse sine gratia gratum faciente. Unde dicit Augustinus (2), super psalmum quinquagesimum octavum : misericordia eius praeveniet me ; non prior ad te surrexi [5], sed tu ad me excitandum venisti ; nam misericordia eius praeveniet me antequam boni aliquid faciam. Iustificat conversum et | ipse admovet ut convertatur [6] adversus.

Cod. C fol. 67 Va

Cod. P fol. 144 Ra

Cod. V fol. 132 Ra

Sed non obstante quod Deus sic ordinavit, ut dictum est, creaturam rationalem movere sic aliquo modo, si tamen Deus immediate aliquem sic

[1] vel *add.* P, *del. scriptor.* — [2] *om.* C. — [3] unumquodque V. — [4] illa P. — [5] ad te surrexi] surrexi ad te C. — [6] convertar V.

(1) *Ps. LXXII, 28.* — (2) Sanctus Augustinus, *Enarratio in Ps. LVIII* (Migne, PL t. 36, col. 703, 19).

Digitized by Google

speciali motione non moveret et haberet usum liberi arbitrii rectum, quantum est possibile ex naturalibus, et illo bene uteretur faciendo opera bona [1] de genere [2] virtutum in ordine ad Deum modo sibi [3] possibili, supposita solum generali influentia Dei, quamvis ex hoc nihil proprie etiam [4] de condigno meretur, tamen videtur quod posset dici mereri de congruo aliquo modo; quia sic faciendo quod in se est, etiam sine alio adiutorio paratus plus facere si perfectius adiutorium haberet, congruit sive congruum videtur, ut scilicet Deus sua liberalitate illud ad quod talis attingere non potest ex se illi daret, et ipsum ad perfectiora consequenda promoveret et ad hoc convenientia adiutoria daret. Et secundum hoc dicitur quod homo ex se potest se disponere ad gratiam dispositione remota. Cum enim Deus nulli deneget gratiam gratis datam, quae est aliquid a Deo liberaliter influxum per quod proprie potest aliquis mereri de congruo gratiam gratum [5] facientem, et per auxilium huius gratiae gratis datae potest se disponere sufficienter etiam dispositione propinqua ad ipsam gratiam gratum facientem assumendam; et qui dicto modo utens naturalibus facit bonum prout potest, non ponit obicem Deo moventi nec suam motionem impedit, talis convenienter potest dici mereri dicto modo.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod facilius est deficere quam | proficere; et plura requiruntur ad proficiendum quam ad deficiendum; et sic patet quod non est conveniens adaptatio in argumento. Cod. P fol. 144 Rb

[1] opera bona] bona opera C. — [2] ordine V. — [3] simili V — [4] et C. — [5] gratis PC.

Digitized by Google

QUAESTIO VI

Utrum homo posset beatificari si potentiae animae essent aliquid realiter ab ipsa essentia differens.

Deinde circa pertinentia ad statum praemii vel gloriae quaerebatur unum, scilicet utrum homo posset beatificari si potentiae animae essent aliquid realiter ab ipsa essentia differens. Et arguitur quod non, quia beatitudo consistit in actibus animae secundum quod [1] immediate ipsam nudam essentiam divinam attingit, cognoscendo scilicet et amando ; sed si intellectus et voluntas essent res a substantia animae differentes, anima per suam substantiam immediate Deum non attingeret, sed mediante re aliqua ; quare et cetera.

Contra. Si, positione praedicta stante, non posset homo beatificari, ista positio non esset positio [2], sed error ; sed hoc est falsum, cum a doctoribus catholicis praeteritis et praesentibus teneatur ; ergo et cetera.

Ad huius investigationem est intelligendum quod aliquibus (1) videtur quod, quia homo beatificatur formaliter per actus nobilissimos eius [3], hoc erit per aliquid quod est nobilissimum in homine et mediante quo potest exercere nobilissimas operationes, attingendo Deum sub ratione obiecti immediate per cognitionem et amorem. Operationes [4] autem hae sunt hominis secundum aliquam potentiam. Inconveniens autem videtur quod aliquod accidens sit id quod nobilissimum est in homine, et quo differimus a natura brutorum, et quo operationes nobiles exercemus. Ideo inconveniens est ponere intellectum esse aliquod accidens. Et hoc quidem videtur maius inconveniens quam ponere illum esse substantiam unam [5] in numero in omnibus, ut posuit Commentator (2). Sive ergo ponatur quod intellectus, uti [6] dicit potentiam animae, sit accidens absolutum animae immediate fundatum in ipsa substantia animae, sive dicat solum respectum, iste tamen respectus fundetur in quodam accidente nomine mentis intellecto, inconveniens videtur : tum quia nobilis-

[1] vel quos *suprascrip. in marg. alia m.* V. — [2] oppositio PCV ; positio *corr.* V. — [3] nobilissimos eius] eius nobilissimos C. — [4] attingendo operationes] *om. 1ª m.* C. — [5] *om. 1ª m.* C. — [6] ut PC.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum XIII*, q. XII (t. II, fol. 541 et 542 R.) — (2) Averroès Cordubensis, *De Anima*, l. III, c. 2, com. (Venetiis, 1562, vol. 10, fol. 146 Vª).

Digitized by Google

simum in nobis esset accidens vel fundatum in accidente, tum quia nunquam erimus] beati. Et ideo videtur ali | quibus (1) quod intellectus non dicit ultra substantiam animae nisi respectum ad operationem ; quia anima rationalis est substantia incorporea et ideo ad se conversiva, sed non nisi per operationem suam ; ergo, cum ex hoc | quod incorporea est, quod pertinet ad ipsam secundum substantiam sit ad se ipsam conversiva per suam operationem, sua operatio non videtur sibi convenire nisi ratione suae substantiae, non ergo ratione alicuius [1] accidentis habentis rationem potentiae.

Cod. P fol. 144 Va

Cod. V fol. 132 Rb

Et quia de hac materia alias (2) est tractatum, ideo nunc brevius [2] dico quod non video quomodo unum et idem simplex [3] secundum rem sit immediatum principium sive activum sive passivum tot et tam diversarum operationum sicut sunt animae operationes. Nec ad hoc videtur sufficere diversitas respectuum quos aliqui (3) volunt intelligi per ipsas potentias animae ; quia respectus nullius operationis est principium, nec principale et primum, nec instrumentale et proximum. Unde potentia non dicitur proprie relatio vel respectus praecise, sed dicitur res absoluta quam ratione ordinis ad actum et obiectum consequitur respectus. Et ideo diversitas respectuum aliquo modo ad potentias pertinentium includit [4] etiam diversas res vel proprietates absolutas in quibus fundentur. Dicere enim quod ista diversitas respectuum bene convenit in uno simplici secundum rem, ex ordine tamen ad diversa, non valet in proposito. Posset enim hoc in aliis relativis secundum primum modum poni ; nam secundum unam albedinem est aliquid simile et dissimile ad diversa, et duplum et dimidium, et magnum et parvum ; et cetera. Sed in secundo modo relativorum, qui est secundum activum et passivum, hoc sufficere non videtur, quia istae relationes, ut dictum est, includunt per se in subiecto diversitatem realem absolutam ; nam hoc convenit subiecto ex aliqua natura reali absoluta quod sit activum vel passivum secundum talem operationem ; impossibile autem est quod unum et idem secundum rem ens creatum per se et immediate sit principium causale diversarum operationum.

Propter quod materia nuda et omnino prima, actione naturae | nullius determinatae formae est susceptiva, quia ad nullam est per aliquid reale absolutum determinata. In illa enim ut sic nec [5] possunt fundari relationes vel respectus reales ad diversas formas, qui respectus secundum aliquos (4) dicuntur potentiae ; nec in ea | ut sic sunt aliquae absolutae dispositiones reales quae sunt vere potentiae ; sed est indifferens ad omnes ut primum et remotum subiectum ; et ideo tot ponuntur potentiae realiter re absoluta

Cod. P fol. 145 Ra

Cod. C fol. 67 Vb

[1] hoc *add.* P, *del. scriptor.* — [2] unius P. — [3] simpliciter V. — [4] includunt. — [5] non C.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodl. III*, q. XIV (t. I, fol. LXXI, responsio). — (2) Cfr. *Quodlibetum II*, q. V (p. 84); *Quodl. VI*, q. IV (p. 120). — (3) Henricus de Gandavo, *Quodl. III*, q. XIV (t. I, fol. LXXI, responsio). — (4) Henricus de Gandavo, *ibid.* (loc. cit.).

Digitized by Google

etiam [1] differentes, vel super res absolutas fundatae in materia, quot sunt formae materiales secundum speciem ; nec quodlibet [2] fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato. Consimiliter etiam si consideretur pura substantia animae, non est in ea accipere unde determinetur ad talem et ad talem operationem, non quidem per tales respectus, quia respectus realis [3] non videtur posse intelligi fundari in [4] essentia animae, nisi mediante aliqua reali dispositione absoluta ; quia etiam illi respectus magis sequuntur ipsam essentiam animae, ut talium et talium operationum est principium, quam dent ei quod sit talium principium. Unde, propter hoc et propter alia circa hoc alias (1) tacta, videtur mihi quod ponendum sit potentias animae importare aliquas proprietates reales absolutas quae ad naturam accidentis reducuntur. Ex hoc autem, scilicet quod aliquod accidens dicto modo est principium operationis quae dicitur intelligere, non sequitur inconveniens superius inductum.

Intelligendum ergo quod intellectus frequenter sumitur pro substantia animae, aliquando pro potentia. Secundum quod pro substantia sic est id quod secundum se nobilius est in homine simpliciter ; et sic etiam est ut subiectum principale unionis animae ad Deum per actus dilectionis et visionis animae. Si autem pro potentia, sic est in genere potentiarum nobilius, quia est id quod est in anima ratio eliciendi nobiliorem operationem ; et sic, cum operationes sint suppositorum ut agentium, et potentiarum ut sunt rationes agendi, ponere animam sic | videre Deum per aliquod accidens non est ponere videre Deum per medium quod excludit beatitudinem, quae consistit in visione immediata Dei, scilicet secundum rationem immediati obiecti, exclu | dendo et aliud obiectum et [5] rationem vel speciem aliam quae sit [6] ratio videndi [7] ex parte obiecti, quia ponitur quod ipsa anima, sive homo secundum animam, ut illud quod est subiectum vel suppositum videns, videt Deum [8] ut per se obiectum immediate, non mediante [9] aliquo alio, nec obiecto viso, nec etiam ratione vel specie media videndi. Sicut enim in naturalibus potentia activa est aliquid realiter differens a substantia, quia tamen non est agens principale sed ratio agendi in virtute principalis, immo ipsum totum compositum est agens per se ; unde dicitur quod ignis, importans scilicet substantiam calidam, calefacit, non tamen nisi per calorem ; eodem modo in anima potentia est aliquid realiter differens ab ipsa. Tamen, quia potentia est ratio agendi, anima cum tali potentia elicit talem operationem.

Cod. V fol 132 Va

Cod. P fol. 145 Ra

Quantum ad hoc autem quod haec videntur inducta contra quandam positionem quae videtur dicere potentias animae, quae sunt memoria,

[1] et C. — [2] quilibet V ; quaelibet PC. — [3] realiter C. — [4] *om.* C. — [5] *om* C. — [6] sic. — [7] videnti PC. — [8] et *add.* V. — [9] non mediante] *om.* C

(1) Cfr *Quodl. II*, q. V (p 84).

Digitized by Google

intelligentia et voluntas, non immediate radicari in substantia animae, sed in quadam re addita quae mens dicitur, et per illam, quae non potest poni nisi accidens, dicimur differre a brutis et illa excellere ; et secundum hoc in anima sunt istae tres potentiae sola ratione vel respectu differentes ; licet haec videantur in pluribus sonare verba Augustini (1), tamen videtur convenientius poni quod immediate radicentur in ipsa substantia animae, prout communiter ponitur. Et quamvis isto modo ponendo possent evitari inconvenientia contra hoc inducta, scilicet quod his non obstantibus homo vere secundum animam beatificaretur et cetera, quia quae dicta sunt de ipsis ut radicantur immediate in substantia dicerentur de ipsis radicatis in tali natura, ut istae potentiae cum illa natura sunt aliquid ipsius animae ad naturam eius intrinsece pertinens [1], non aliquid extrinsecum dicto modo ; planius tamen excluduntur ponendo potentias animae esse res additas secundum communem modum ponendi qui est rationabilior, quia quae inducuntur contra positionem dicentem potentias dicere solos respectus possunt etiam induci contra istam, cum secundum hanc positionem dicatur anima per unam rem simplicem, quae mens dicitur, habere tot diversas operationes respectu quarum potentiae animae | distinctae important solum quosdam respectus. Sed de hoc nihil ad praesens. Cod. P fol. 145 Rb

Cum etiam arguitur quod, quia incorporea, ideo est ad se ipsam conversiva per suam operationem, ergo est suae operationis principium secundum quod incorporea ; sed esse incorporeum ad substantiam pertinet ; ergo et cetera ; patet solutio per praedicta : quia conceditur quod, secundum quod est incorporea et a materia separata, est et conversiva ad se ipsam ; | sed quia, ut dictum est, talis naturae est ipsa anima quod non est ipsa sua operatio per quam ens incorporeum ad se convertitur, sed est in potentia ad plures operationes et diversas et habet proprietatem sive potentiam incorpoream ut rationem agendi ; unde per hoc quod incorporea est secundum substantiam habens talem proprietatem naturalem, est elicitiva actus et separati et incorporei per qu*em* [2] ad se ipsam convertitur, quomodocumque talis conversio intelligitur. Quamvis autem haec de Proclo (2) accipiantur, intelligendum tamen est quod secundum intentionem eius non possunt applicari sicut isti nituntur, sed magis ad oppositum ; quia intentio Procli (3) est, ut patet propositione quadragesima prima, quadragesima secunda, quadragesima quarta, quod cum esse conversivum sit dupliciter, scilicet secundum substantiam et secundum operationem, omne illud quod est ad se Cod. C fol. 68 Ra

[1] pertinentia VPC. — [2] quae VPC.

(1) Alluditur *De Trinitate*, l. XI, c. XI, 18 (Migne, PL, t. 42, col. 983). — (2) Cfr. Proclus, *Institutio theologica*, XLI, XLII, XLIII, XLIV (ed. Fr. Creuzer, Francfort, 1822). — (3) Ibid., *loc. cit.*

Digitized by Google

ipsum conversivum secundum operationem est etiam conversivum secundum substantiam ad se et e converso ; et omne tale est ens a se ipso sive non ab alio ; et in tali sunt idem realiter substantia, operatio et obiectum ; in talibus autem substantiis planum est quod illud quod est principium talis operationis non est res aliqua substantiae addita, quia nec aliquo modo est in potentia ad tales plures operationes ; immo operatio cum [1] potentia est ipsa rei substantia ; ergo cum contrarium de anima teneatur, ex hoc magis debemus arguere contrarium quam propositum. |

Cod. V fol. 132 Vb

[1] substantia *add.* P, *del. scriptor.*

Digitized by Google

QUAESTIO VII

Utrum in quolibet fideli sit aliquod lumen infusum aliud a lumine fidei.

Deinde circa pertinentia ad quosdam homines specialiter quaerebantur quaedam pertinentia ad fideles in generali, quaedam pertinentia ad malos in generali, et quaedam pertinentia ad [1] bonos in speciali.

Circa primum quaerebatur unum pertinens ad fideles respectu scientiae credibilium, et | unum pertinens ad usum cuiusdam scientiae saecularis quae pertinet ad hominem secundum animam, et unum pertinens ad sepulturam corporis humani. Cod. P fol. 145 Va

Horum autem primum erat utrum in quolibet fideli sit aliquod lumen infusum aliud a lumine [2] fidei per quod possit acquiri de ipsis credibilibus ultra notitiam fidei, notitia quae vere et proprie scientia dici possit.

Et arguitur quod sic; quoniam si talis notitia non esset possibilis, tunc magister theologicae facultatis, ultra notitiam fidei quam habent simplices, nullam notitiam specialem haberet, quod est inconveniens. Sed ad actus genere differentes requiruntur diversa principia; actus autem quo creduntur credibilia genere differt ab actu quo eadem sciuntur. Ergo in fideli est aliquod principium ad credendum; et hoc dicitur lumine fidei, et aliud ad [3] sciendum et hoc erit etiam aliquid aliud a lumine fidei [4].

Contra. In fidelibus communiter non infunduntur nisi quae sunt necessaria ad salutem. Sed sola notitia quae de credibilibus per fidem habetur est necessaria ad salutem. Ergo cum lumine fidei non infunditur communiter in fidelibus dictum lumen.

Respondeo [5]: circa hoc est intelligendum quod non videtur quod de his, quae proprie et simpliciter sunt credibilia, possit simul cum fide baberi habitus scientificus proprie dictus; et ex consequenti sequitur quod ad habendum talem habitum non requiritur aliquod lumen speciale, et ideo nec in baptismo infunditur. Sed si ponatur talis habitus et tale lumen, videtur rationabile quod in baptismo infunderetur.

Primum potest a posteriori declarari et signo, et a priori rationis medio. Si enim hoc esset possibile, verisimile esset quod multi fideles hoc haberent.

[1] ad *add.* P, *del. scriptor* — [2] infusum — lumine] *om.* C. — [3] aliud ad | aliud *corr.* V. — [4] *del.* P. — [5] responsio V.

Digitized by Google

Cum ergo quantumcumque perfectus eis quae verae fidei sunt magis inhaereat ex auctoritate dicentis sive ex auctoritate Scripturae quam ex quacumque superinducta ratione, ut patet cum sacramentum corporis Christi portatur infirmis, et quaeritur ab illitterato utrum circa hoc credat | hoc et hoc, respondet simpliciter : credo ; hoc etiam respondet doctor litteratissimus. Et si quaeratur specialius : tenes, tu, ita esse quia ratione intelligis et capis ista, vel quia hoc tenet Ecclesia catholica et docet sacra Scriptura, diceret uterque quod propter secundum. Sed doctor bene adderet : in quantum sciens sacram Scripturam hoc vel hoc teneo, quia sacra Scriptura cuius veritati tanquam infallibili firmiter fide inhaereo hoc docet ibi et ibi ; et quia intelligo | sacram Scripturam, ideo non solum credo, quia scilicet solum credo sacram Scripturam docere hoc, sed scio quia scio hoc sacram Scripturam docere ; non quidem quod ego intellectu capiam [1] ea quae in Scriptura dicuntur, sed capio quia talia in illa docentur. Simplex [2] autem diceret : quantum ad hoc solum credo, quia Scripturam et intelligentiam eius novit. Cum ergo radicalis et formalis ratio principalis assentiendi eis quae fidei sunt eadem videatur esse in docto et in indocto, scilicet auctoritas sacrae Scripturae, licet sit dicto modo diversificata, videtur quod nullus habet habitum scientificum proprie dictum de his quae fidei sunt.

Cod. P fol. 145 V^b

Cod. C fol. 68 R^b

Et sic patet propositum ex signo [3]. Ex quo potest formari talis ratio : quandocumque aliquis assentit alicui magis propter auctoritatem dicentis quam propter quamcumque rationem ad hoc inductam, ita quod ratione cessante nihilominus firmiter assentit ; sed si fide cessante, maneret qualiscumque ratio, vel illi non assentiret propter rationes forte probabiliores ad oppositum, vel non firmiter adhaereret propter inevidentiam rationum, talis non dicetur habere habitum proprie scientificum, cum iste habitus importet adhaesionem principaliter propter evidentiam rationis. Sed ita suppono et firmiter credo esse in omnibus quantumcumque perfectis in vita ista vitam communem ducentibus et non raptis vel aliquo modo singulariter elevatis. Ergo nullus habens fidem de credibilibus habet [4] scientiam proprie dictam. |

Cod. V fol. 133 R^a

Item, non videmus quod aliquis possit ostendere, non dico | lumen intrinsecus informans, sed nec etiam habitum scientiae per illud acquisitum actu exteriori, cum tamen scientis sit posse docere. Quamvis enim ipsa [5] essentia luminis et habitus in se non ostendatur, ostenditur tamen in effectu et per actum. Unde non quaeritur ab illis qui multa ponunt sed pauca declarant de hoc lumine, ut lumen tale ostendant vel scientiam talem secundum se ut est in mente ; sed quaeritur ut hoc ostendant actu exteriori. Sicut enim fidei duplex est actus, scilicet intrinsecus qui credere dicitur et alius extrinsecus qui dicitur ore confiteri, et quicumque habet fidem in utrumque

Cod. P fol. 146 R^a

[1] cupiam V. — [2] simpliciter VPC ; simplex *corr. alia m.* V. — [3] ergo *add.* P. — [4] haberet PC. — [5] scientia *add.* P. *del. scriptor.*

Digitized by Google

potest, ita etiam habitus scientifici duplex est actus : intrinsecus qui est scire vel considerare [1] per se ipsum, et extrinsecus qui est docere alium ; et qui habet habitum scientiae etiam potest in utrumque. Cum ergo officium habentium talem scientiam sit minores instruere, quomodo sic generaliter deficiunt quod non possunt manifestare se habere talem habitum. Sicut enim cum aliquis ore confitetur aliquid quod est inevidens et supra rationem, et dicit [2] se illi firmiter assentire, in hoc ostendit se aliquo modo fidem habere, et utique fidem habet si assentiat, licet ipsam essentiam habitus fidei per hoc non ostendat ; ita etiam si aliquis ore proferat aliquid evidens secundum rationem et dicat se illi assentire firmiter ex evidentia talis rationis ; si, inquam, ita sit qnod ista ratio evidentiam de se facit et diceret se assentire tali conclusioni propter evidentiam talis rationis, in hoc ostenderet se scientiam talis conclusionis habere ; et si utique veritatem talis rationis comprehenderet, scientiam haberet, licet ipsam essentiam habitus per se propter hoc non ostenderet. Et sicut aliqui sciunt se habere habitum fidei sive infusum a Deo sive acquisitum vel ex consuetudine vel quocumque modo, sicut iudaei et aliqui haeretici, ex hoc quod sciunt se firmiter inhaerere his quae nec secundum se nec ratione evidenti eis apparent, ita etiam qui habet [3] rationem facientem evidentiam de aliqua conclusione, | scit se habere scientiam et illam utique poterit manifestare. Cod P fol. 146 Rb

Quod autem dicitur quod hoc, scilicet quod non inveniuntur sic perfecte habentes habitum scientificum de his quae fidei sunt, provenit ex universali indispositione in auditoribus aliis qui hoc lumen negant, et ideo non immerito lumine carent et non sunt doctibiles [4] Dei, non videtur tolerabile. Quantum enim ipsi qui in dicto lumine gloriantur excedunt aliquos in habendo habitum sic vere scientificum de his quae fidei sunt et quomodo clare docent veritatem sacrae doctrinae evidentem | prae aliis qui non ponunt nec habent tale lumen, non solum Deus novit, sed est apud homines manifestum. Unde paucis mutatis, possunt alii dicere istis [5] quod dicit Augustinus (1), Contra Epistolam Fundamenti manichaeis qui promittebant evidenti ratione se manifestaturos veritatem eorum quae credenda suadebant. Enumeratis enim illis quibus suasus erat assentire Ecclesiae catholicae, dicit illa : Ergo tot et tanta nominis christiani clarissima vincula recte hominem tenent credentem in Ecclesia catholica, etiamsi propter nostrae intelligentiae tarditatem vel vitae meritum veritas nondum [6] apertissime se ostendit. Apud vos autem personat pollicitatio [7] veritatis ; quae quidem si manifestetur, acceptanda est ; Cod. C fol 68 Va

[1] considare V. — [2] dixit C. — [3] habent V. — [4] docibiles *corr.* 2a *m.* C. — [5] illis V. — [6] mundum C. — [7] politicatio PC.

(1) *Contra Epistolam Manichaei quem vocant Fundamenti liber unus,* c. IV, 5 (Migne, PL, t. 42, col. 175).

Digitized by Google

si autem tantummodo promittatur et non exhibetur, nemo me movebit ab ea fide quae animum tot et tantis nexibus christianae religionis astringit. Non tamen intelligo istos, absit, aliquo errore notandos sicut erant manichaei qui talem evidentiae notitiam promittebant, quam tamen exhibere non poterant; sed de hoc videntur notandi quod ita vehementer asserunt et
Cod. V fol. 133 Rb affirmant esse possibile illud a quo ipsi sicut et alii penitus deficiunt. Et | ideo talia cum illis non affirmo, sed in habitu imperfectae notitiae fundatae in firma fide persisto.

Cod. P fol. 146 Va Et potest | poni exemplum ad reprobandum dictum istorum, sicut etiam reprobatur ratio Commentatoris [1] (1) ponentis quod substantiae separatae secundum se ipsas possunt apprehendi ab intellectu nostro. Arguit enim in principio secundi Metaphysicae (2), quod sic, quia si impossibile esset nobis illas substantias intelligere, natura egisset otiose, quia [2] fecit illud quod est in se naturaliter intellectum aliis non esse intellectum ab aliquo sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. Sed eodem modo potest argui contra. Cum natura ab eo quod est possibile non deficit in omnibus generaliter in quibus est operatio ad consequendum ea quae sunt naturaliter possibilia, sed potius in paucioribus, praecipue quantum ad tales; ergo non debet dici aliquid esse hominibus possibile naturaliter nisi ab aliquibus attingatur. Sed quantumcumque perfecti viatores non pervenerunt ad hoc quod substantias separatas sic secundum se intelligerent; ergo otiose natura egisset talem possibilitatem quae numquam reduceretur ad actum. Ergo cum non sunt [3] inventi qui de talibus talem habuerunt intellectum, supponendum est ex hoc quod hoc non est possibile secundum naturam; sed bene est possibile alio modo; et ideo natura non egit otiose; et cetera.

Et valet hoc exemplum ad propositum, quia eodem modo potest dici ex parte ista : quia si possibile esset ad talem scientiam pervenire, supponendum est quod Deus sufficienter provideret homini in his quae ad hoc requiruntur per quae diligentiam et studium circa hoc apponentes ut [4] ad huiusmodi scientiam pervenirent. Cum ergo quantumcumque diligentes ad talem scientiam non attingant, videtur non esse possibile quod circa hoc dicitur a praedictis. Sic ergo ostensum est propositum a posteriori et signo.

Nunc restat illud ostendere a priori et rationis medio. Et ostendo hoc ratione communi; quia opposita non possunt simul esse [5] in eodem. Sed ita [6] est de ratione credibilis, vel fidei verae et scibilis, vel scientiae propriae.
Cod. P fol 146 Vb Nam suppono quod scientia dicit notitiam alicuius conclusionis | certam

[1] ratio commentatoris] commentatoris ratio C. — [2] *om.* C. — [3] sint PC. — [4] *om.* PC. — [5] simul esse] esse simul C. — [6] illa P.

(1) Alluditur Averrois *Metaphysica*, l. II, c. 1, com. 1. (Venetiis 1562, vol. 8, fol. 29 Ra) — (2) Idem, *ibidem*. (loc. cit.).

Digitized by Google

certitudine evidentiae ex certitudine evidentiae [1] principiorum ex quibus elicitur ; et hoc semper includit certitudinem adhaesionis. Opinio autem dicit notitiam aliquam debilem et quantum ad evidentiam et quantum adhaesionem, quia innititur rationi debili quae rem non facit evidentem et ideo nec etiam inducit firmam ad illam adhaesionem. Fides autem, secundum Hugonem (1), libro primo, parte [2] decima [3], capitulo primo [4], dicit medium inter ista. Dicit enim notitiam debilem vel imperfectam quantum ad evidentiam, sed firmam quantum ad adhaesionem, quia innititur auctoritati solum et non rei in se [5] vel ostensae | per rationem evidentem ; et ideo facit debilem notitiam quantum ad evidentiam. Sed quia talis auctoritas est infallibilis, ideo ad faciendum adhaesionem certam non est debilis. Cum ergo de ratione scientiae sit inhaerere alicui ex evidentia rei in se [6] sicut contingit in his quae non ratiocinando, sed per se et immediate noscuntur, vel in ratione de illa evidentiam efficiente, sicut contingit in illis quae ratione discursiva noscuntur ; et sic ratio scientiae includit adhaesionem ratione evidentiae talis ; de ratione autem fidei sit [7] inhaerere rei inevidenti in se et etiam in ratione de ista evidentiam faciente, unde fides ut de non apparentibus, sicut dicit eius descriptio, Hebraeorum (2) undecimo : fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium ; dicitur autem quod est argumentum non apparentium, sicut exponitur a Hugone (3), quod quae ratione humana non apprehendimus simplici fide nobis credibilia esse et vera persuadentur ; evidens autem et non evidens repugnant ; ex hoc videtur quod simul stare non possunt.

Cod. C fol. 68 Vb

Sicut etiam de scientia et opinione dicitur [8], immo etiam nec fides stat cum opinione ; unde cum, ut dictum est, de ratione fidei sit adhaerere alicui solum ex auctoritate dicentis, de ratione scientiae autem ex evidentia rationis et inter ista est repugnantia sicut inter scientiam | et opinionem, sicut [9] illa non simul stant, ita nec ista.

Cod. V fol. 133 Va

Item, hoc idem sic ostendendo : philosophus certitudinaliter | scit Deum esse, sed nec hoc opinatur nec aestimat nec credit ; ergo cum iste convertetur non efficietur hoc sibi creditum proprie loquendo. Sed ipsi exponunt illud Isaiae (4), septimo : nisi credideritis non intelligetis, quod ea quae de credibilibus nata sunt sciri oportet credere antequam sciantur ; unde non [10] potest esse aliquid prius scitum et postea creditum, sed e converso secundum eos. Si ergo fidem habens [11], per studium philosophiae venerit in scientiam huius

Cod P fol. 147 Ra

[1] ex — evidentiae] *om.* PC. — [2] postilla PC ; pa *in textu* ; . p . *in marg.* V. — [3] decima quinta *corr.* 2ı *m.* C — [4] quinto PC. — [5] in se] visae V. — [6] in se] visae V. — [7] sic PC. — [8] de scientia — dicitur] dicitur — opinione PC. — [9] sic. V. — [10] *om.* C. — [11] habent P. —

(1) Alluditur Hugo de S. Victore, *De Sacramentis,* l. I. P. X, c. 2 (Migne, PL. t. 176, col. 331.) — (2) *Hebr.* XI. 1. — (3) Hugo de S. Victore, *De Sacramentis,* l. I, P. X, c. 2 (P. L, t. 176, col. 327). Fere verbotenus. — (4) *Isaias,* VII, 9

Digitized by Google

quod Deus est, quomodo adhuc remanebit sibi de hoc fides? Item aliqua eclipsis scibilis naturali intelligentia quae futura est potest alicui nescienti mathematica revelari, et fidem habebit de ista; si postea acquirat certam scientiam de eadem, quomodo fides de hoc remanebit? notitia enim intellectuali non est hoc natum sciri certius quam per certam demonstrationem. His igitur visis, non videtur quod de credibili, quod credibile manet, scientia sit.

Verumtamen circa hoc quod dictum est de philosopho sciente demonstrative Deum esse, qui post eius conversionem non acquirit fidem de hoc, quia fides non stat cum scientia, hoc sic est intelligendum quod de isto sub propria forma et in actu fidem non acquireret sed implicite et in virtute, in quantum scilicet per fidem inniteretur auctoritati Ecclesiae et veritati sacrae Scripturae tanquam infallibili, licet non evidenti; et quia auctoritate Ecclesiae et Scripturae sacrae tenendum est Deum esse, etiam si ad hoc alia ratio non adesset, ideo cum philosophus assequeretur fidem de hoc quod auctoritati Ecclesiae et veritati Scripturae est firmiter adhaerendum, in hoc etiam implicite et in veritate diceretur habere fidem de hoc quod est Deum esse et de omnibus aliis ad quae auctoritas Ecclesiae et veritas Scripturae se extendit.

Nec valet quod distinguitur de credere et intelligere et videre, ut scilicet credere sit inhaerere alicui solum innitendo dicto alterius, sicut cum doctor dicit discipulo: luna eclipsatur, et [1] si hoc discipulus non intelligat nec videat, credit tamen; intelligere autem est | cognoscere rem ex aliquo per discursum rationis vel [2] diffinitivum vel syllogisticum; unde intelligere videtur cognoscere aliquid sub specie alterius; unde intelligere est quasi intus speciem alterius legere; et ita intelligere est sub quodam velamine cognoscere, qualiter doctor astrologus intelligit per demonstrationem solem eclipsari cum eclipsatur, nec tamen hoc videt; videre autem intellectualiter est oculo mentis rem ex nuda praesentia conspicere, quemadmodum quis videt eclipsim praesentem oculo corporali. Et secundum hoc dicitur quod, quia cognitio media, quae intellectiva et scientifica dici potest, non habet plenam claritatem sicut notitia visionis, ideo non sic | repugnat obscuritati fidei quin possit stare cum illa.

Cod. P fol. 147 R[b]

Cod. C fol. 69 R[a]

Nec est simile, ut dicunt, de opinione respectu scientiae et de fide respectu huiusmodi [3] intelligentiae et scientiae; quia in opinione duo sunt: scilicet obscura notitia et formido de opposito; in fide autem unum solum. Nunc autem scientia habet repugnantiam secundum contrarietatem ad fidem et opinionem secundum clarum et obscurum quantum ad id quod est in utraque notitia obscuritatis et in scientia claritatis. Sed quia cum [4] hoc est in opinione aestimatio quod opinatum possibile est aliter se habere, in scientia autem

[1] hoc *add.* C. — [2] rem — vel] *om. 1[a] m.* C — [3] huius PC. — [4] tamen PC.

Digitized by Google

aestimatio quod impossibile sit scitum aliter se habere [1], haec autem opponuntur contradictorie, ideo scientia et opinio non possunt simul esse. Sed quia in fide non est talis aestimatio ad aestimationem scientiae contradictorie se habens, sed tantum obscura notitia contrarie se habens, ideo possunt simul esse quia sunt contraria, sicut clarum et obscurum, quae possunt constituere medium recedendo a suis excellentiis.

Sed hoc non valet, quia loquendo de his quae cognoscuntur intellectu et sunt entia | transmutabilia materialia, non est eorum secundum virtutem luminis naturalis alia notitia intellectiva vel certa et evidens nisi diffinitiva et syllogistica ; unde talis eorum notitia est notitia visionis secundum intellectum, nec differt videre sic et intelligere. Quia eorum intelligere sive videre est | per abstractionem virtute intellectus agentis et per processum rationis circa talia negociantis diffiniendo et syllogizando, talia cognoscere, pro statu etiam viae, non est notitia intellectiva perfectior separatorum quam eorum notitia ex analogia et proportione quam habent ad alia, et e converso. Et cum habeatur notitia talium ex proportione convenienti et ordinata [2] ex apparentibus et manifestis accepta ex quibus formatur processus rationis quasi via diffinitiva et syllogistica, secundum hoc de talibus dicitur haberi certa et evidens notitia quantum ad ea quae sic de ipsis cognoscuntur ; ita certa enim et evidens est haec notitia qua scitur Deum esse tantum unum, sicut qua scitur aliquam speciem animalis esse unam, licet unum sciatur ex propriis eius, aliud autem ex attributione. Hic [3] est enim modus cognoscendi cuiusque et illud etiam intelligere est videre ipsius intellectus, sicut primum tamen verum est quod intelligere istorum separatorum in se potest dici quodam speciali modo visio respectu praecedentium. Isto ergo excluso, quia bene conceditur quod non stat cum fide, potest etiam hoc concludi de isto modo cognoscendi quem dicunt intelligere vel scrire ; nam inter istum et fidem est oppositio [4] ratione [5] cuius non stant simul, sicut non stat scientia cum opinione, tum quia est oppositio contradictionem includens, tum quia etiam falsum supponitur, scilicet quod quasi medium constituunt notitia talis scientiae et fidei et a suis excellentiis recedunt.

Cod. V fol. 133 Vb

Cod. P fol. 147 Va

Primum patet, quia evidens et apparens simpliciter, non evidens et non apparens simpliciter sunt contradictoria vel contradictionem includunt, sicut formidare et non formidare [6]. Sicut ergo certitudo sine [7] formidine non stat [8] cum certitudine [9] cum [10] formidine, ita etiam evidentia et apparentia non stant cum non evidentia et non apparentia [11] ; et inhaerere alicui solum [12] propter testimonium alterius, et inhaerere illi propter evidentiam ratio | nis, cum haec

Cod. P fol. 147 Vb

[1] in scientia — habere] *om.* P. — [2] et *add.* C. — [3] hoc P. — [4] oppositione *in* oppositio *corr.* V. — [5] respectu V ; *del. et* ratione *in marg. scrips. alia m.* V. — [6] et formidare] *om. 1a m.* C. — [7] cum C. — [8] stant PC. — [9] certitudine — formidine] *om. 1a m.* C. — [10] sine C. — [11] non stant — apparentia] *om.* C ; non stant cum eorum oppositis] *suppl. 2a m.* C. — [12] solus P.

Digitized by Google

contradictionem includant formaliter, scilicet inniti alicui solum propter auctoritatem alicuius et inniti illi propter evidentiam ipsius, sive ista auctoritas sit fallibilis sive infallibilis. Quod enim additur quod auctoritas est infallibilis, hoc non tollit contradictionem praecedentem ratione evidentiae et inevidentiae, quae per se est ex eo quod per unum apprehenditur res ut praesens, per aliud ut absens. Sed hoc quod additur, quod auctoritas talis est infallibilis, tollit rationem formidinis quae consequitur notitiam inevidentem ex nuda auctoritate eius qui potest falli et fallere. Sicut ergo contradictio est : hic assentio huic [1] ut possibile est aliter se habere secundum auctoritatem fallibilem et ut impossibile est aliter se habere secundum rationem infallibilem, ita hic assentio [2] huic [3] ut non est evidens secundum auctoritatem infallibilem rem ipsam non | ostendentem et ut est evidens secundum rationem rem ipsam facientem evidentem. Et sicut fides non stat simul cum aestimatione vel opinione ratione oppositionis inter fallibile et non fallibile, ita non stat fides cum scientia ratione evidentiae et inevidentiae quae est ratione auctoritatis occultantis et rationis manifestantis. Sic ergo patet primum, scilicet quod non stant simul ratione contradictionis.

Cod. C fol. 69 R[b]

Patet etiam secundum, scilicet quod inconveniens est dicere quod stent simul sicut contraria commixta citra [4] suas excellentias ; quia ubi hoc contingit, commixtum est quoddam aliud essentialiter ab extremis, sicut patet in mixto ex elementis substantialiter et accidentaliter, quia in nulla parte mixti est ponere plures contrarias formas substantiales vel accidentales distinctas ; similiter etiam cum contrarii colores miscentur ; ergo in proposito haec similiter miscentur ut obscurum et clarum fiat quoddam medium quod nec erit fides nec scientia ; | nec dicetur habens talem notitiam habere fidem nec scientiam ; quod videtur inconveniens. Et praeterea conveniat quod habitus sic non permiscentur, sed bene stat unus habitus perfectus et clarus cum alio minus perfecto, prout de uno potest haberi secundum diversas eius rationes [5] perfectior et minus perfecta scientia, secundum se tamen erit una ab alia distincta | et impermixta ; et ideo si simul sunt fides et scientia, oportet quod secundum suas formas et actus completos et perfectos essentialiter et actualiter distincta maneant ; et redit inconveniens evidens quod prius, scilicet quod contraria etiam non admixta simul sunt ; ergo et cetera.

Cod. V fol. 134 R[a]

Cod. P fol. 148 R[a]

Quid ergo ? estne [6] de credibilibus [7] aliqua notitia quae possit dici habitus scientificus ultra habitum fidei ? Distinguendum est de notitia in generali, sic scilicet quod respectu credibilium quidam habent notitiam necessariam ad salutem simpliciter et absolute, quidam autem ultra hoc de credibilibus habent notitiam modo quo [8] revelata est et in Scriptura [9] tradita, et modo quo amplius perficitur intellectus in hac vita quam requirit

[1] haec C. — [2] huic — ita hic assentio] *om* P. — [3] haec PC. — [4] circa PC. — [5] et *add.* C. — [6] *om.* C. — [7] estne *add* C. 2[a] *m.* — [8] modo quo] quo modo C. — [9] praescriptum P.

Digitized by Google

sola fides ut est ad salutem necessaria, et modo quo etiam talia sic cognoscentes possint per hoc alios minus perfectos in his quae fidei sunt instruere, et non credentes ad credendum quoquo modo inducere, et illa quae fidei sunt contra impugnantes aliqualiter defendere. Prima [1] notitia dicitur fides simpliciter ; secunda vero dicitur scientia, prout Augustinus (1) distinguit hoc, decimo quarto De Trinitate, capitulo primo [2] : illud huic scientiae tribuendum est quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur et roboratur ; qua scientia non pollent fideles plurimi, quamvis pollent ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam aeternam, aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum et piis opituletur et contra impios defendatur. Ad scientiam ergo isto modo potest dici pertinere non evidens notitia credibilium ex evidenti ratione, scilicet [3] scire quomodo haec in Scriptura sacra, cuius veritas et auctoritas infallibilis est, continentur. Puta : simplex et illiteratus credit Deum esse unum in substantia et trinum in personis ; sed quare et quomodo hoc credendum est, ignorat ; sed credit, quia hoc tenet Ecclesia et Scriptura quam tamen ignorat. Theologus autem ultra hoc scit [4] quod ex dictis in Scriptura sacra et [5] in veteri et in novo | Testamento concluduntur haec, et scit quo modo et ex quibus haec concluduntur, et scit dissolvere contraria quae ex aliquibus locis Scripturae forte inducerentur, quia scit [6] intellectum eius ; puta : quod plura dicta in Scriptura non possunt recte exponi nisi ad distinctionem suppositorum divinorum referantur ; hoc autem simplex et illiteratus nesciret, quia Scripturam ignoraret. Scit ergo talis quomodo Scriptura est fidelibus defendenda [7], rationes aliqualiter persuadere potentes ad veritatem inducendo et rationes ad oppositum dissolvendo. Et ideo etiam nunquam est efficax disputatio | theologi, in quantum theologus, quantumcumque sit sciens, nisi cum his qui etiam sacram Scripturam recipiunt ut veram, quia quae circa ea, quae fidei pure sunt, ratiocinando inducuntur. Praeterea, quae ex auctoritate sacrae Scripturae sumuntur solum sunt probabilia. Et quod theologia est solum sic scientia, conveniens est excellentiae et dignitati materiae vel obiecti respectu infirmitatis intellectus in praesenti, quod scilicet non aequa certitudine evidentiae apprehenduntur scibilia istius scientiae sicut in scientiis philosophicis. Auctoritates ergo dicentes quod non solum credibilia creduntur, sed etiam intelliguntur et sciuntur, exponendae sunt de tali modo sciendi.

Cod. P fol. 148 R[b]

Cod. C fol. 69 V[a]

His visis, ulterius est dicendum quod ad scientiam huiusmodi habendam

[1] praeterea PC. — [2] quarto PC *et 1ª m.* V. — [3] sed PC. — [4] sit C. — [5] *om.* C — [6] sit C. — [7] defendendae C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XIV, c. I, 3 (PL., t. 42, col. 1037). Fere litteraliter, paucis omissis vel mutatis.

Digitized by Google

non est necessarium lumen aliquod speciale ultra lumen fidei et naturalis intellectus, quia non acquiritur notitia tam diversa nec tam clara ad quam haec non sufficiant [1]. Supponitur etiam quod Deus communiter providet hominibus
Cod. V fol. 134 Rb in vita ista | de his quae tendunt ad eorum perfectionem communem consequendam secundum esse spirituale. Unde supponendum est quod adiutorium, quo quis proficere potest in addiscendo scientiam credibilium, simpliciter et absolute non denegat alicui fideli, sed de isto providet [2] unicuique secundum quod expedit. Unde non supponitur quod sit aliquod
Cod. P fol. 148 Va speciale donum Spiritus Sancti, quod scilicet non datur | communiter omnibus fidelibus, de quibus prima Corinthiorum (1), duodecimo, ubi dicitur : « alii datur per spiritum » sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetia. Quia enim talia dona non dantur principaliter propter eos quibus dantur, sed propter utilitatem aliorum, nec etiam omnibus nec semper, sed secundum diversas condiciones in divino beneplacito constitutas, unde ibidem (2) dicitur : unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem aliorum, videtur quod praeter hoc fideli homini cuilibet sit provisum unde ipse possit acquirere notitiam de credibilibus, quae scientia dici potest, licet etiam Deus sine acquisitione dono gratis dato possit eam conferre, non est etiam donum Spiritus Sancti, in quo scilicet datur Spiritus Sanctus quod datur omnibus fidelibus non habentibus peccatum mortale de quibus Isaias (3), undecimo : requiescet super eum spiritus sapientiae et intellectus ; quia talis scientia sicut et fides informis potest esse in peccatoribus, et ideo non videtur esse aliud donum a lumine fidei quod sufficit cum adiutorio luminis naturalis et diligentia studii et influentia divina communi ; licet cum hoc etiam Deus aliquos super alios in profectu ad talem scientiam speciali motione et influentia promoveat sicut placet. Sed pro quanto tale lumen importat habitum mansivum communem sic non videtur esse aliud a fide, licet quaedam motiones actuales et speciales possunt fieri a Deo diversimode et in diversis per quas etiam unus alio perfectius proficere potest. Ex hoc etiam quod fideles lumini fidei innitentes et studio per naturale ingenium intendentes alii aliis amplius proficiunt, dicuntur alii aliis amplius illuminari non quidem alio lumine essentialiter distincto quorum unum respondeat fidei, aliud scientiae, sed eodem, illud perfectius percipiendo et in actum applicando, dicuntur etiam aliqui specialiter spirituales capaces, scilicet sapientiae vel
Cod. P fol. 148 Vb scientiae perfectioris non habentes lu | men tale speciale et essentialiter distinctum sed habentes meliorem dispositionem et aptitudinem per usum fidei habitae et naturalis ingenii et habilitatem virtutum et desiderii circa

[1] sufficiunt C. — [2] *om.* P.

(1) *I Cor.* XII, 8-10. — (2) *Ibidem*, 7. — (3) Isaias, XI, 2.

Digitized by Google

talia respectu aliorum magis rudium qui propter carnalia [1] etiam dicuntur carnales, tamen verum est quod lumen sapientiae vel prophetiae ut sunt dona gratis data bene stant cum fide, quia nullum talium donorum importat notitiam evidentem evidentia quam requirit habitus proprie scientificus. Ideo in vita ista non est aliquis habitus scientificus proprie de credibilibus, sed habetur tantum notitia qua scitur intellectus Scripturae, id est quid voluit Scriptura significare in hoc vel in hoc, non autem qua in se sciuntur ea quae traduntur | in Scriptura. Talem autem intellectum vel notitiam videtur Christus tradidisse discipulis suis ; Lucae, (1) vigesimo quarto, ubi dicitur : interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de illo erant ; ubi dicit Chrysostomus : quasi vos estis tardi, sed ego vos promptos reddam mysteria scripturarum vobis exponendo, nam sacrificium Abrahae, cum Isaac dimisso immolatus est aries, hoc praesignavit [2]; sed etiam [3] in aliis scripturis propheticis sparsim iacent crucis et resurrectionis mysteria. Beda (2) etiam ibi dicit : si autem Moyses et prophetae de Christo locuti sunt, quomodo gloriatur se esse christianum qui nec [4] qualiter scripturae ad Christum pertinent investigat. Secundum hoc igitur dicitur aliquis habere scientiam theologiae quia novit intelligentiam illorum quae in sacra Scriptura nobis proponuntur non quidem secundum se et evidentia [5] rei vel infallibilis rationis, sed in quantum auctoritati infallibili | innituntur. Unde secundum hoc intelligenda sunt dicta Augustini (3) super Johannem, (4) primo : vita erat lux hominum, non quidem sic quod dicta sua referenda sint ad lumina essentialiter differentia, sed ad modos diversos participationis eorundem luminum et diversas dispositiones participantium. Dicens : erat Johannes de montibus illis de quibus dicitur in Psalmis (5) : suscipiant mon | tes pacem populo et colles iustitiam, intelligit per pacem sapientiam qua maiores illuminantur post fidem ; iustitiam autem appellat fidem qua illuminantur minores ; non autem acciperent minores fidem nisi maiores ab ista sapientia illuminarentur ut possent parvulum traicere quod possent capere. Et similiter etiam intelligendum est illud quod dicit (6) Contra Epistolam Fundamenti : ego catholicam fidem profiteor et per illam me ad perfectam scientiam pervenire praesumo, non iam hominibus sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram illuminante atque firmante. Per talia enim non intelligitur nisi quod, existente lumine fidei et naturalis ingenii cum diligentia studii et proprio desiderio proficiendi, Deus motione communi

Cod. C fol. 69 Vb

Cod. V fol. 134 Va

Cod. P fol. 149 Ra

[1] contraria VP *et 1a m.* C. — [2] praesignat C. — [3] et P; *om.* C. — [4] neque V. — [5] exemplo P.

(1) *Evangelium Lucae*, XXIV, 27. — (2) Beda Venerabilis, *In Lucae evangelium expositio* l. VI. (Migne, PL. t. 92, col. 626) Sententialiter. — (3) Locum non inveni. — (4) *Evangelium Iohannis*, I. 4. — (5) *Psal.* LXXI, 3. — (6) Cfr. Sanctus Augustinus, *Contra Epistolam Manichaei quem vocant Fundamenti liber unus*, c. XIV, (Migne, PL., t. 42, col 183).

Digitized by Google

movet intrinsecus unumquemque, licet aliquando unum specialius et plenius sicut placet et expedit. Quod autem dicit quod ad certam scientiam vel ad intellectum credibilium aestimat se posse perventurum, non est intelligendum secundum modum reprobatum supra, sed secundum modum nunc concessum, quia bene certior et plenior notitia potest acquiri de his quae fidei sunt quam sit illa quae ab habentibus fidem habetur ; puta : ultra hoc quod creditur Verbum incarnatum simpliciter et implicite vel confuse, potest explicite sciri modus incarnandi, scilicet quod Verbum est tertia persona in divinis et quod ipsa, non alia, incarnata est, et quod unio facta est in supposito uno, et quod Deitas non est ibi loco animae ; et cetera talia quae ex Scriptura sacra cum adiutorio luminis naturalis et studio vel divina motione possunt explicari [1]. Talis autem notitia explicita respectu confusae notitiae dicitur scientia et intelligentia ultra fidem, quae dicit notitiam confusam et simplicem. Dicitur autem talis scientia certa certitudine qua et certa fides est [2], scilicet lumine fidei et manifestatione Scripturae talia continentis, ad cuius evidentiorem intelligentiam inducuntur etiam ex re | bus naturalibus aliquando a sanctis quaedam adminiculantia [3].

Cod. P fol. 149 R[b]

Praedictis etiam est addendum quod dicere : quod [4] scientia theologiae, ut est scientia a studentibus acquirenda, est de credibilibus ut fiant intellecta et scita scientia proprie dicta, videtur inductivum desperationis profectus [5] in hac scientia, cum secundum cursum communem ad huius notitiam nullus videatur [6] pervenire.

De specialibus enim et privilegiatis illustrationibus quas Deus facit vel facere potest privatis personis non loquor. Et hoc patet per simile, quia si illa de quibus esset philosophia naturalis essent talia, vel omnia vel ut in [7] pluribus, quod [8] sciens illam scientiam ad eorum notitiam scientificam non posset pervenire nisi eo modo quo videtur ponere Commentator (1) de cognitione nuda substantiarum separatarum, | ut dictum est, cum studentes in philosophia non perveniant ad illam notitiam substantiarum separatarum, retraherentur [9] a studio quia, ut dicitur quarto Metaphysicae, volatilia persequi esset veritatem circa talia inquirere et ideo quia, prout dicitur primo Ethicorum (2), scientia vel veritas uniuscuiusque entis sufficienter discitur vel docetur si secundum subiectam materiam manifestetur, et disciplinati est dictam certitudinem inquirere secundum unumquodque genus in quantum natura [10] rei recipit ; proximum enim videtur et mathematicum persuadentem

Cod. C fol. 70 R[a]

[1] *om.* C. — [2] fides est] est fides PC. — [3] adminicularicia V. — [4] est P. — [5] perfectio V. — [6] videtur P. — [7] *om.* V. — [8] quia PV. — [9] retrahetur P *et 1ª m.* C; retraherentur *corr 2ª m* C; retrahentur V. — [10] natura *add.* P.

(1) Averroes, *Metaphysica*, l. II, c 1, com. 1 (*ibid.*, vol. 8, fol. 29 R[a]). — (2) Aristotelis *Ethica Nicomachea* l. I, c. I [al. III] (ed Bekker, vol. II, p. 1094, b).

Digitized by Google

acceptare et rhetoricum demonstrationes expetere. Ita videtur in proposito, scilicet quod secundum condicionem materiae subiectae est veritas scibilium in theologia inquirenda. Cum ergo ista non propter imperfectionem suam secundum se, sed propter eorum excellentiam | et nostram imbecillitatem pro toto statu vitae praesentis oportet manere credibilia, certitudo vel evidentia respectu illorum est quaerenda quae tali materiae secundum dictam proportionem ad scientem congruit. Haec autem non potest esse quae per rationem perfectam scientificam evidentiam faciat, ut alias expositum est (1). Et hoc quidem potest patere per effectum; quia enim rationes contra veritatem articulorum inducibiles sunt adeo apparentes pro | babiles quod vix et cum magna difficultate etiam a multum peritis dissolvuntur [1], propter quod potest dici illud Commentatoris (2) super principium tertii Physicorum : fortior est fides vulgi quam fides [2] philosophorum, quia illi in credendo modicam difficultatem patiuntur quia efficaciam rationum, quibus videtur fides impugnari, non percipiunt.

Cod. V fol. 134 Vb

Cod. P fol. 149 Va

His ergo sic determinatis patet solutio ad illud quod quaeritur, scilicet utrum in baptismo lumen aliud a lumine fidei infundatur ; et cetera. Et est dicendum quod, supposito, sicut dictum est, quod non sit aliud lumen a lumine fidei et naturalis rationis ad dictam scientiam acquirendam, non infunditur aliud ; sed si esset aliud, videretur dicendum quod tunc infunderetur quia, sicut in naturali generatione dantur principia quae ad naturalem perfectionem sufficiunt quibus utens adultus suam perfectionem potest adipisci, ita videtur quod in generatione spirituali Deus det homini ea quae ad suam perfectionem communem spiritualem et supernaturalem sufficiunt et quibus utens adultus potest suam perfectionem secundum suum statum convenienter adipisci ; cum ergo perfectio eius pro vita ista sit scientia theologiae ; ideo et cetera. Et sic intelligi videtur illud Iohannis (3), primo : illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Cum arguitur quod oportet aliquod lumen aliud a lumine fidei a Deo infundi, dicendum quod non est verum ; quia licet magistri in theologia non studeant frustra, quia, ultra notitiam simplicem fidei etiam quam habent fideles communiter, acquirunt notitiam evidentiorem, quae tamen non attingit ad tantam evidentiam quantam requirit notitia quae scientia proprie dici debet ; et illa est alterius rationis quam notitia humanitus ex solis naturalibus acquisita in quantum includit notitiam fidei et quantum ad eam adipiscendam

[1] dissolvitur PC. — [2] *om.* V.

(1) Cfr. *Quodlibetum* IV, q. 10 (p. 261 sq.). — (2) *In Prologo IIIi Physicorum.* Cfr. *Tabula Zimarae in dictis Aristotelis et Averroïs* (Venetiis, 1562, *Index*, fol. 136 Va.). — (3) *Evangelium Iohannis*, I, 9.

Digitized by Google

requiritur aliqua dispositio ex dono superiori, scilicet ipsum lumen fidei ; non autem est alterius rationis quantum ad ulteriorem notitiam evidentem per studium acquisitam | sic quod ad hoc lumen alterius rationis ultra lumen naturale et ultra lumen fidei requiratur.

Cod. P fol. 149 Vb

Cum arguitur ad oppositum quod in baptismo non dantur nisi necessaria ad salutem, verum est in actu. Unde quia ipsa scientia theologiae non est necessaria nec etiam iste habitus fidei, ut dicit habitum continentem credibilia explicata, sed tantum donum aliquod habituale divinae gratiae animam elevantis ut eius adiutorio homo possit, aliis adiutoriis concurrentibus, acquirere notitiam credibilium in quantum patitur status [1] vitae praesentis, ideo iste habitus secundum se et formaliter in actu completo non infunditur in baptismo, sed in virtute vel radice. |

Cod. C fol. 70 Rb

[1] statum V.

Digitized by Google

QUAESTIO VIII

Utrum fidelis possit uti divinatione quae fit per astronomiam ex inspectione astrorum et corporum superiorum.

Postea quaerebatur utrum fidelis possit uti divinatione quae fit per astronomiam ex inspectione astrorum et corporum superiorum. Et arguitur quod sic, quia iudicium quod sumitur de effectu aliquo ex causis ad illum ordinatis est licitum. Sed ita est hic, quia superiora habent causalitatem et influentiam super inferiora ; ergo et cetera.

Contra. Dicit Augustinus, (1) quarto Confessionum, capitulo secundo : illos planetarios quos mathematicos vocant consulere non desistebam, quos tamen christiana et vera pietas expellit et damnat.

Respondeo : circa hoc intelligendum est quod illicitum est attentare quod solius Dei est. Quia igitur effectus futuri qui antequam sint in propria forma non habent esse in causis ordinatis | et determinatis ad aliquod esse eorum, sic quod ex illis illos necesse sit evenire, ita quod non poterint impediri a quocumque simpliciter et absolute; sed vel sic sunt ordinatae huiusmodi [1] causae ad esse illorum magis quam ad non esse, quod a nullo potest impediri quin contingant [2] nisi a solo Deo ; vel sic quod non potest impediri quin eveniant ut in pluribus, ut in paucioribus autem et raro potest contingere quod non eveniant [3]; vel sic quod non magis sunt determinatae ad esse quam ad non esse illorum ; talia antem sunt futura contin | gentia ad utrumlibet ; de re autem non potest haberi certum iudicium nisi vel secundum [4] esse quod habet vel in se vel in suis causis ; de nullo autem futuro omnino simpliciter et absolute potest quis certitudinaliter iudicare nisi solus Deus ; et ideo, qui omnino certitudinaliter attentaret iudicare de aliquo, peccaret, quia illud quod divinum est usurparet.

Cod. V fol. 135 Ra

Cod. P fol. 150 Ra

Sed quia futura primo modo dicta sic sunt determinata in suis causis quod nullo modo possunt impediri nisi solo Deo immediate agente, quod etiam non contingit nisi miraculose et ratione alicuius magni significandi, ideo iudicare de talibus simpliciter et absolute ex relatione ad suas tales causas non est illicitum, quia in omnibus iudiciis respectu quorumcumque effectuum semper supponitur quod communis divina influentia non subtrahatur secundum

[1] huius V. — [2] contingat C. — [3] eveniat VP. — [4] iudicium *add.* P, *del. scriptor.*

(1) Sanctus Augustinus. *Confessionum* l. IV, C. III. (Migne P. L. t. 32 col. 694).

Digitized by Google

cursum naturae communem et secundum modum uniuscuiusque causae respectu sui effectus, sicut de continuo motu caeli, cum tamen sol aliquando inveniatur stetisse et aliquando retrocessisse et de eclipsibus, cum tamen in passione Christi dicatur fuisse eclipsis contra communem ordinem motus orbium ; et cetera.

Similiter etiam iudicare de futuris secundo modo simpliciter et absolute et omnino certitudinaliter per causas naturales esset temerarium. Sed quia talia habent causas ex quibus ut in pluribus eveniunt et secundum modum suarum causarum contingit dare de illis iudicium, ideo debet intelligi iudicium quo dicitur : hoc eveniet sic, id est : ex suis causis ordinatum est ut evenia[n]t sic, quod tanem non est omnino certum, sed poterit impederi alique impedimento quod tamen non apparet sicut iudicatum fuit de morte Ezechiae, sic autem iudicare non est temerarium nec usurpare aliquid divinum, quia Deus omnino certitudinaliter iudicat.

Iudicare autem de futuris tertio modo quae sunt futura contingentia non est tutum, sed temerarium. Sed sciendum quod talia contingentia sunt
Cod. P fol. 150 Rb duplicia : quaedam enim sunt effectus per accidens contin | gentes sive in rebus humanis sive in rebus naturalibus, qui, ut probatur sexto Metaphysicae, (1) non habent causam, quia quod per accidens fit neque est ens per se neque unum, sicut quod lapide cadente fiat terrae motus vel quod homine fodiente sepulcrum inveniatur thesaurus. Alii autem sunt effectus a libero arbitrio
Cod. C fol 70 Va procedentes, quod non est determinatum | ad unum, sed indifferens ex ratione suae libertatis potens [1] diversimode determinari, quia habet ex sua abstractione qua est ens immateriale non contractum ad aliquid determinatum, propter quod etiam nec secundum se subditur motui et actioni causarum naturalium, puta : motui caelestium corporum ; unde impossibile est quod corpora caelestia per se et directe imprimant in intellectum et voluntatem, et quod eorum indifferentiam per se determinent et quod per se sint causa actuum liberi arbitrii. Possunt tamen ad hoc dispositive inclinare in quantum imprimunt in corpus humanum et per consequens in virtutes sensitivas quae inclinant ad humanos actus. Quia tamen vires sensitivae obediunt rationi, nulla necessitas ex hoc libero arbitrio imponitur ; sed contra inclinationem corporum caelestium homo potest per rationem operari ;
Cod. V fol. 135 Rb unde dicit Ptolomeus [2] in Centilogio, quod | sapiens dominatur astris. Si quis ergo ex consideratione astrorum velit iudicare de futuris eventibus casualibus vel fortuitis qui eveniunt ex causis indeterminatis et infinitis, quarum concursus sic est infinitus et indeterminatus quod non potest ab

[1] potentis C. potest P. — [2] tholomeus PVC.

(1) Cfr. Aristotelis *Metaphysica* l. V, c. 2 (Bekker, vol. II, fol. 1026-1027). Vide etiam l. VI, c. 6 (*Ibid.* p. 1031).

Digitized by Google

aliquo intellectu creato comprehendi, vel de futuris operibus hominum, usurpabit quod divinum est, secundum illud Isaiae (1), quadragesimo primo : Annuntiate quae ventura sunt in futurum et scimus quia Dii estis vos ; et est hoc temerarium ex falsa et vana aestimatione procedens. In [1] tali iudicio etiam spiritus malignus aliquando se immiscet, secundum quod dicit Augustinus (2), secundo super Genesim, capitulo vigesimo quinto, quod aliquando nefandi spiritus quae facienda sunt velut divinan | do praedicunt. Quapropter mathematici sive quilibet impie divinantium et maxime dicentes vera, cavendi sunt, ne consortio daemoniorum animam deceptam quodam pacto societatis irretiant. Cod. P fol. 150 Va

Sed quia homines ut in pluribus sequuntur passiones quae tenent se ex parte corporis sive virtutum corporalium, et sic ut in pluribus disponuntur eorum actus secundum [2] inclinationem caelestium corporum, pauci autem sunt qui ratione huius [3] inclinationis moderentur ; ideo quantum ad actus hominum, perfecti astrologi multa vera possunt praenuntiare et praecipue in communibus eventibus qui dependent ex multitudine. Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] et C. — [2] sed P. — [3] huiusmodi P.

(1) Isaias, XLI, 23 — (2) Sanctus Augustinus, *Super Genesim*, l. II, c. XVII, 37 (Migne, PL., t. 34, col. 279).

Digitized by Google

QUAESTIO IX

Utrum conveniens sit consulere quod corpus sepeliendum dividatur ad hoc quod in pluribus locis secundum partes sepeliatur.

Deinde tertio quaerebatur unum circa sepulturam quod pertinet ad corpus fidelium et quaerebatur utrum conveniens sit consulere quod corpus sepeliendum dividatur ad hoc quod in pluribus locis secundum partes sepeliatur. Et arguitur quod non, quia illud non est bonum quod est inductivum novitatis in Ecclesia et occasio scandali in populo. Sed hoc facit divisio, quia non fuit hoc consuetum apud patres sanctos antiquitus nec etiam sit nunc nisi de corporibus divitum et [1] in locis religionum pauperum. Quare ; et cetera.

Contra. Illud videtur esse bonum ex quo cultus divinus augetur et suffragia pro liberatione defuncti a poenis multiplicantur. Sed ita est hic [2]. Ergo ; et cetera.

Respondeo. Circa hoc est intelligendum quod facere quod secundum se est determinatum ad bonum in moribus, consonum iuri communi [3] et communi consuetudini est bonum simpliciter et honestum et ad bonos mores simpliciter pertinens, licet secundum magis et minus haec in diversis reperiantur ; et facere contrarium non est bonum simpliciter et regulariter, licet possit esse aliquando bonum in casu. Et ideo in proposito est considerandum an sepelire corpus humanum integrum secundum se sit aliquid indifferens in genere moris vel sit determinatum ad bonum vel malum. Et videtur esse tenendum quod nec est indif | ferens simpliciter nec determinatum ad malum, sed determinatum ad bonum. Intelligendo tamen [4] hanc determinationem non cum omnimoda immutabilitate, sed cum possibilitate ad mutationem in aliquo casu, secundum quod ea quae sunt in moribus, non ut prima principia immutabilia, sed ut deducta ex illis secundum quod congruit materiae morali, quae scilicet ut in pluribus sic observata bona sunt, et contrarium ut in pluribus [5] est malum ; potest tamen contingere casus in quo aliquid tale non expedit observari. Hoc modo enim ea quae ad sepulturam corporum humanorum pertinent bona sunt. Non est enim dicendum quod in genere moris illud sit simpliciter indifferens | quod potest bene et male fieri, nisi sit tale quod ad hoc quod habeat bonitatem

Cod. P fol. 150 Vb

Cod. C fol. 70 Vb

[1] *om.* P. — [2] hoc P. — [3] dici P. — [4] inde V. — [5] sic — pluribus] *om.* P.

Digitized by Google

vel malitiam moris oporteat aliquam condicionem vel circumstantiam extrinsecus addere ; puta : levare festucam de terra vel aliud huiusmodi. Occidere enim hominem est sic indifferens quod potest fieri bene et male ; et tamen dicitur esse malum in genere moris et malum ex genere, quia nullo addito est malum simpliciter, secundum quod in moribus dicitur aliquid malum quod est malum non per omnem modum | et universaliter, sed in pluribus ; in casu autem potest [1] esse bonum. Ita etiam est intelligendum in proposito. Et ad huiusmodi evidentiam est intelligendum quod circa sepulturam est considerare aliquid respectu loci, aliquid respectu corporis et aliquid respectu exterioris ritus vel apparatus. Sicut enim [2] corpus humanum sepelire non est indifferens in genere moris, sed est determinatum quod sit [3] sepeliendum ; item, ipsum sepeliri in loco quocumque non est indifferens, sed determinatum est ad locum sacrum ; in casu tamen necessitatis potest non sepeliri et etiam [4] in casu potest sepeliri in [5] non sacro loco ; et possunt ad hoc aliqua exempla [6] inveniri ; ita etiam non potest dici quod respectu ipsius corporis sit indifferens sepeliri quocumque modo vel integrum vel per [7] partes ; quare [8] ad alterum est determinatum secundum esse moris, non autem nisi ad hoc quod integre sepeliatur, unde et hoc de more et consuetudine communi | circa sepulturas corporum fidelium observandum est. Hactenus *est* reputatum ut quanto integrius fieri possit bono modo simul et cum integritate sepeliantur, nisi casus occurrat propter quem hoc non possit fieri bono modo. De ritu autem et apparatu nihil ad praesens.

Cod. V fol. 135 V[a]

Cod. P fol. 151 R[a]

Et hoc quidem, scilicet quod integrius quo possit [9] sepeliantur corpora, videtur esse rationabile. Et primo ex ratione sumpta ex fine sepeliendorum ; et secundo ex naturali et ordinato appetitu naturae ; et tertio ex communi Ecclesiae consuetudine.

Ex ratione quidem sumpta ex fine sepeliendorum [10] sic : quia Apostolus (1) ad Romanos, duodecimo, diversis membris in corpore comparat diversas personas in Ecclesia, in hoc scilicet quod sicut in id ipsum pro invicem sollicita sunt membra in corpore ex natura vel naturali appetitu, quem scilicet appetitum naturalem gratia non destruit sed magis perficit, sic debent esse personae pro invicem sollicitae in Ecclesia ex voluntate caritate informata. Ergo cum rationale sit desiderium voluntatis quod personae naturali propagine et affectione coniunctae simul sepeliantur, ut patet exemplo antiquorum patrum qui volebant sepeliri simul propter fidem resurrectionis

[1] autem potest] potest autem PV. — [2] autem C *et 1[a] man.* V. — [3] sic PC. — [4] *om* PC. — [5] et C. — [6] aliqua exempla] exempla aliqua PC. — [7] *om.* P. — [8] quia P. — [9] possint P. — [10] spoliendorum V.

(1) *Rom.*, XII, 4-5.

Digitized by Google

corporum, propter cuius spem etiam non sunt corpora fidelium quorumcumque dissipanda, sed quanto convenientius potest simul reservanda ; boni ergo, quia desiderabant ex amore mutuo simul resurgere, volebant etiam tunc simul sepeliri. Unde dicitur decimo tertio, quaestione secunda, capitulo : Ebron [1] (1) : Ioseph moriens in Ægypto rogavit fratres suos, ut in tempore visitationis suae ossa sua secum deferrent, et in sepultura patrum suorum ea collocarent. Quia ignominiosum erat tunc quod aliquis non sepeliretur in sepulcro patrum suorum, licet modo propter alias causas rationales non sit ita ignominiosum. Multo magis etiam [2] naturale desiderium et rationi consentaneum est in membris unius corporis, ut insimul et quanto magis coniuncti fieri potest sepeliantur, simul expectantia ut unum ens naturale, scilicet partes [3] u | nius totius, unam resurrectionem, licet absoluta potentia Dei quantumcumque divisa et dispersa Deus possit reparare et reunire. Et hoc videtur esse intentio Augustini (2), De Cura pro mortuis agenda ; qui dicit quod auctoritates Scripturae commendantes illos qui de corporibus quibusdam iustorum sepeliendis [4] diligentiam habuerunt, non hoc admonent, quod scilicet hoc fieri deberet [5] quia insit ullus cadaveribus sensus, sed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia officia, corporaque mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendam ; unde in ordine ad resurrectionem futuram sanctorum corpora reservantur per sepulturam. Sicut ergo integra resurgent, ita congruum est ea etiam integra sepeliri. Est ergo simpliciter et [6] regulariter bonum et conveniens iudicandum et [7] unicuique non solum suadendum, sed tanquam debitum regulare denuntiandum quantum | | ad corpus sepeliendum, ut eligens sepulturam corporis sui in loco quocumque convenienti eligat illud ibidem sepeliri quanto integrius potest fieri bono modo. Et si eligat aliquam partem alibi remanere, hoc debet ex aliqua causa sufficienti et evidenti provenire. Et hoc modo leguntur sancti patres sepulturam corporum [8] suorum elegisse. Iacob enim tenens quod per potentiam Ioseph, qui dominabatur in Ægypto, sine gravamine magno posset totum corpus suum transferri in Ægyptum, sepeliendum in sepulcro patrum suorum, praecepit filiis suis de sepultura corporis, non determinando aliquas partes nec etiam aliquas excludendo, sed simpliciter et absolute, quasi hoc de toto intelligendum esset. Unde etiam non supponitur quod aliquid ipsius relictum fuerit, cum dicitur Genesi (3), quinquagesimo, quod mortuo Iacob, Ioseph praecepit medicis ut ipsum aromatibus condirent

Cod. P fol. 151 Rb

Cod. C fol. 71 Ra
Cod. V fol. 135 Vb

[1] ebno PC. — [2] et C. — [3] parte P. — [4] sepeliendum PC. — [5] debent P, debet C. — [6] *om.* C. — [7] est *1a m* C. — [8] corporis V

(1) *Decretum Gratiani*, c. 1, C. XIII, q. 2 (Æ. Friedberg, *Corpus Iuris Canonici*, Lipsiae, 1879, P. I, col. 721). — (2) Sanctus Augustinus, *De Cura pro mortuis gerenda*, c. III (Migne, PL., t. 40, col. 595). — (3) *Gen.*, L., 2.

Digitized by Google

quibus posset integrum usque ad sepulturam conservari. Sed in eodem (1) legitur quod Ioseph | praecipiens fratribus suis de sepultura corporis sui in sepulcro patrum suorum, videns forte quod [1] grave esset integrum deferri, praecipue propter longam moram quam habebant adhuc facere antequam ad terram illam possent venire, non praecepit nisi de ossibus dicens : cum Deus visitabit vos, asportate [2] vobiscum ossa mea de loco isto. Quo tamen mortuo, conditus est aromatibus et repositus in loculo in Ægypto, ut scilicet cum offerret se facultas [3] illum, quanto integrius possent, deferrent. Sic igitur patet propositum ex fine sepeliendorum. Cod. P fol. 151 Va

Idem etiam patet ex naturali et ordinato appetitu naturae. Denique contra [4] naturale desiderium etiam [5] est et horribile videtur et inhumanum quod circa corpus humanum maxime recenter mortuum et integritatem ac figuram suam retinens fiat aliqua divisio violenta, nisi ex aliqua causa necessaria ; sed debet relinqui [6] actioni naturae. Sicut enim inhumanum est facere corruptionem violentam hominis vivi per separationem principalium partium, scilicet animae et corporis, sed debet permitti cursui naturae et praeservari quanto diutius potest, ita etiam inhumanum videtur facere corruptionem violentam in illo corpore mortuo per divisionem partium et membrorum ; immo vel debet permitti cursui naturae sive naturalis corruptionis ; vel etiam convenientius videretur illud per aliqua naturalia condimenta retardare, si commode fieri posset et aliud non obstaret, sicut antiquitus corpora mortuorum condiri consueverunt. Unde super illud Iohannis (2), decimo nono : sepelierunt [7] eum, sicut mos est Iudaeis sepelire ; dicit Augustinus (3) [super Johannem] quod per hoc admonuit in huiusmodi officiis quae mortuis exhibentur morem cuiuscumque gentis esse servandum. Illi autem secundum morem suum corpora mortuorum condiebant diversis aromatibus ut diutius conservarentur incorrupta ; et cetera. Verum | est tamen quod nunc non est consuetudo nec multum expediens, quia conservatio corporis non multum prodest. Erat tamen talis consuetudo aliquantulum consona rationi quae concordat appetitui naturali, qui refugit omnem corruptionem quantum potest. Et hoc quidem observatum fuit in corpore Christi, scilicet quod integrum sepeliebatur nec facta fuit separatio partium, quia hoc fuisset multum contrarium consuetudini et rationi. Corpora enim brutorum, quae sunt omnino corruptibilia et ratione sui et ratione suae formae, quia scilicet non sunt pars alicuius perpetui compositi, sed sunt in cibum hominum, rationabiliter occiduntur et dividuntur et consu- Cod. P fol. 151 Vb

[1] et C. — [2] asportare P. — [3] facilitas C. — [4] qua C. — [5] *om.* P. — [6] reliqui V. — [7] sepelirent C.

(1) Cfr. *Gen.*, L, 24-25 — (2) *Evangelium Iohannis*, XIX, 40. — (3) Sanctus Augustinus, *In Iohannis Evangelium tractatus*, CXX (Migne, PL., t. 35, col. 1954, 4).

Digitized by Google

muntur per esum ; sed corpora humana, quia ordinem habent ad perpetuitatem et corruptio est in eis per accidens, scilicet propter peccatum per quod intravit mors in mundum, | remanet tamen ordinabilitas ad perpetuitatem recuperandam. Ideo, licet necessitate naturae corruptae per peccatum corrumpantur corpora et incinerentur, et hoc in poenam [1] peccati fiat, non cadit tamen hoc sub electione et | rationabili voluntate ; et ideo nec via ad hoc quae est per divisionem et separationem, immo potius contrarium debet appeti. Cum enim homo sit ens cuius natura constituitur ex anima et corpore et contra naturalem eius inclinationem et etiam primam institutionem est separatio unius partis ab alia per corruptionem, sed hoc [2] introductum est per peccatum in poenam et eius malum, illud est fugiendum et detestandum secundum quod est possibile. Et sicut anima separata reservatur in ordine ad unionem iteratam ad corpus integrum, ita etiam corpus reservari debet ut in sua integritate reuniendum nec plures partes fieri debent in via corruptionis quam necessitate naturae corrumpentis natae sunt fieri, quia hoc totum etiam involuntarium debet esse, quia naturali appetitui et per consequens rectae rationi contrarium.

Cod. V fol. 136 Ra

Cod. C fol. 71 Rb

Cod. P fol. 152 Ra

Item, hoc idem patet ex communi consuetudine, quia | nova etiam quae secundum se non essent mala, sed etiam quandam bonitatem secundum aliquam condicionem possent importare, si tamen sunt contra communem consuetudinem praecipue etiam rationalem [3] et naturae ac [4] rectae rationi congruentem, non videntur esse facienda nec suadenda. Quia ergo est contra consuetudinem non solum unius ecclesiae, sed quasi communem, ideo ubi non est consuetudo de contrario, etiam si ad hoc aliqua ratio non esset, tamen ratione novitatis videtur non esse faciendum vel suadendum, ut patet per principium illius auctoritatis Augustini, Iohannis (1), decimo nono, ubi supra. Admonuit enim, ut Augustinus (2) dicit, in huius officiis quae mortuis exhibentur morem cuiusque gentis esse servandum [5]. Unde dicendum videtur esse in proposito, scilicet quod regulariter non sunt corpora aliqua dividenda. Cum autem aliqua quae regulariter et simpliciter non sunt facienda, sint [6] facienda aliquando et in casu, restat videndum utrum in casu possit hoc eligi vel suaderi et in quolibet facere.

Circa hoc autem intelligendum est quod, cum aliquid debet fieri praeter id quod ut in pluribus vel simpliciter est conveniens et rationi consentaneum, debet fieri ex causa aliqua [7] speciali vel necessitatis vel utilitatis. Causa ergo, propter quam potest eligi talis divisio [8] quae est necessitatis, una consueta est, cum scilicet aliquis eligit sepulturam in loco convenienti ad quem commode

[1] poena PC. — [2] modo *add.* P. — [3] rationabilem *corr.* 2a *m.* C. — [4] *om.* C ; et 2a *m.* C. — [5] servandam P. — [6] sunt C. — [7] causa aliqua] aliqua causa PC. — [8] non *add.* C.

(1) Sanctus Augustinus, *(loc. cit.)* — (2) Ibid., *(loc. cit.)*

Digitized by Google

non potest deferri [1] cum integritate, tunc honestum est quod partes quae deferri possunt coniunctim [2] sepeliantur in loco ad quem transferri [3] debent ; et aliae quae separantur propter hanc necessitatem in alio loco convenienti coniunctim etiam sepeliantur. Nec tamen deberet propter hoc talis dici ibi sepultus esse nisi secundum quid, quia non debet esse unius proprie [4] nisi una sepultura simpliciter. Item, alia causa necessitatis et consueta divisionis corporis sepeliendi est, cum aliquis magnus moritur tempore quo exequiae mortuorum non possunt fieri, nec consueverunt corpora talium sepeliri sine exequiis vel etiam si possent fieri exequiae, con- | sueverunt tamen magni ad sepulturam talium convocari et expectari ; tunc quidem potest fieri divisio, ita tamen quod interiora [5] sepeliantur in loco illo in quo postea est corpus principale sepeliendum. Causa autem utilitatis potest esse duplex ; vel personae sepeliendae vel aliorum [6] in quorum loco est corpus per partes sepeliendum vel utilitas communis, scilicet Ecclesiae universalis vel plurium. Cod. P fol. 152 Rb

Quantum ad primum patet quod tali non potest valere nisi vel ad maius meritum essentialis | praemii ; quod quidem non potest esse, quia tale meritum radicatur in opere virtuoso informato caritate ordinata, quia actus virtuosus est velle quod est naturae et rationi magis consonum. Hoc autem quod dictum est, scilicet extra casus praedictos dividi, est contrarium rationi [7] et ideo respuendum. Unde ista divisio secundum se non est virtuosum aliquid, immo potius vitiosum, nisi in casu vel ad citiorem liberationem | a poena debita per suffragiorum multiplicationem. Et videtur quod propter hoc non est eligendum, tum quia illud non est id propter quod fit principaliter sepultura sive ad quod principaliter ordinatur, tum [8] quia non debet quis propter citiorem liberationem a poena eligere aliquid [9] quod secundum se repugnat inclinationi naturae et ordinatae rationi [10], sicut videtur esse divisio corporis tali modo nisi in casu ; et praecipue quia velle citius liberari a poena non est actus per se virtuosus ad quem voluntas inclinatur secundum affectionem iusti, sed reducitur ad velle commodum ; et ideo [11] propter se non debet eligi, sed propter aliud ex quo rationem virtuositatis habere potest. Si autem dicatur quod vult citius propter hoc [12] liberari a poena, ut citius veniat ad visionem beatam Dei ratione dilectionis quam habet ad ipsum, adhuc non videtur hoc valere. Quia, si habeat bona temporalia per quae sibi intercessores multiplicet et quae ad hoc bene et directe ordinantur, per hoc sibi debet [13] huiusmodi suffragia procurare. Si autem hoc non habet, debet supponere se non habere | aliquam rem temporalem [14] unde hoc inten- Cod. V fol. 136 Rb Cod. C fol. 71 Va Cod. P fol. 152 Va

[1] referri PC. — [2] coniunctum C. — [3] deferri P. — [4] *om.* P. — [5] interia C. — [6] illorum C. — [7] contrarium rationi] rationi contrarium PC. — [8] *om.* C. — [9] aliquod C. — [10] ordinatae rationi] rationi ordinatae PC. — [11] ratio PC. — [12] citius — hoc] propter hoc citius PC. — [13] sibi debet] debet sibi C. — [14] aliquam — temporalem] *om. 1a m.* C.

Digitized by Google

tum, scilicet pleniorem participationem suffragiorum, possit adipisci ; sicut et pauper qui carens divitiis non habet quantum ad hoc unde multiplicet intercessores, debet etiam supponere quod orationes pauciores, ordinabilius tamen factae, erunt ei utiliores, scilicet ut sine divisione corporis impetrare vel procurare, quam plures procurare sic cum divisione corporis. Pecunia enim est res distribuenda et dividenda diversis pro suffragiis impetrandis ; corpus autem non est res dividenda vel distribuenda pro talibus. Si enim hoc esset per se bonum et laudabile, ergo quanto magis divideretur et in pluribus locis sepeliretur — quod quidem posset fieri quasi in [1] infinitum — tanto melius esset, sicut suadetur decedentibus quibuscumque ut largas eleemosynas secundum suas facultates faciant elargiri in pluribus locis pro multiplicandis suffragiis, ita etiam deberet unicuique suaderi divisio corporis sui in tot partes in quot dividi posset secundum diversa et multa loca religiosa quae posset invenire [2] in quibus sepeliretur. Et sic videtur Ecclesia [3] hactenus multum ignorans fuisse quae hoc non suasit. Si enim hoc est bonum simpliciter, et suadendum. Ergo sicut a religiosis communiter suadetur hominibus quod faciant se sepeliri [4] in locis magis religiosis, quia propter multiplicationem suffragiorum citius a poena liberantur qui [5] in talibus locis sepeliuntur, ita etiam quod dictum est deberet communiter Ecclesia persuadere, si hoc est melius.

Si autem hoc fiat pro utilitate aliorum temporali, ut scilicet amici eius qui sepelitur maiorem amorem concipiant ad illos in quorum loco iacebit secundum aliquam sui partem et ex hoc eis [6] plura bona faciant, cum iste finis multum accidentaliter se habeat ad finem principalem propter quem
Cod. P fol. 152 Vb corpora | sunt sepelienda ; item [7], cum talia bona secundaria et [8] quasi accidentalia non sint per se et simpliciter bona in genere moris, propter talia bona aliquibus personis determinatis utilia non debet fieri recessus ab his quae secundum se et regulariter sunt bona ; et cetera.

Cod. V fol. 136 Va Si autem talis utilitas sit communis et praecipue spiritualis, potest fieri divisio ; puta in divisione | reliquiarum sanctorum ; non quidem statim cum recenter mortui sint et habent corpora integra, immo cum corporis integritate sunt tradenda ecclesiasticae sepulturae sicut et alia ; sed cum sunt huiusmodi corpora quantum ad carnem incinerata et quando compago et connexio membrorum et ossium est dissoluta, ad gloriam Dei et reverentiam sanctorum et ad cultum divinum ampliandum et ad devotionem fidelium excitandum, sanctorum corpora rationabiliter consue-
Cod. C fol. 71 Vb verunt dividi. Et si ipsi sancti non elegerunt | quod dividerentur, tamen hoc consuevit etiam fieri pro huiusmodi utilitate spirituali communi.

[1] *om.* PC. — [2] inveniri PC. — [3] verum P. — [4] sepelire C. — [5] quae P. — [6] his C. — [7] Cum iste — item] *om.* C. — [8] non P.

Digitized by Google

Sancti enim canonisati sunt quasi supra ecclesiam militantem constituti, ut principales coadiutores interpellandi et adorandi ; unde sunt quasi personae publicae ad omnes in Ecclesia existentes aliquo modo pertinentes, et cetera ; et ideo, si per diversas ecclesias membra eorum dividantur, nullum accidit inconveniens.

Ex parte etiam exhortantium [1] hoc [2] patet quod, cum huiusmodi [3] factum simpliciter et secundum se non sit rationale, non licet exhortari ad hoc vel inducere, sed supposito facto secundum se bono et honesto circa corporum sepulturam, religiosi possunt suadere intentione utilitatis propriae etiam spiritualis sive propter emolumentum temporale, puta quia licitum est quod pauper eligat sepulcrum [4] sui corporis sicut dives in loco religiosorum, possunt religiosi suadere diviti magis quam pauperi, ut eligat in domo ipsorum sepulturam propter dicta bona quibus indigent ; sed quia aeque inconveniens in divite sicut in paupere est quod corpus eius modo supra- | dicto dividatur, sicut non debet hoc suaderi pauperibus, ita etiam nec divitibus [5]. Cod. P fol. 153 Ra

Si autem absque suasione aliquis ex se sic eligat sepeliri, videtur talis electio ex simplicitate processisse ; nec post eius mortem videretur eius voluntas in hoc implenda ; sed omnes partes viderentur relinquendae ubi eligit principaliorem sepulturam.

Ad quaestionem ergo dico quod non video causam rationabilem propter quam aliquis possit eligere et velle ut corpus suum sic dividatur ; et ideo nec est hoc suadendum. Si autem hoc de facto elegerit aliquis sic sepeliri, non videtur esse electio recta ; et ideo non [6] videtur exequenda ; immo deberet de corpore suo fieri id quod secundum ius rationalem et communem consuetudinem est faciendum. Unde, Extra (1), De Sepulturis, Fraternitatem : Si persona contra quamcumque rationalem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit, hoc non praeiudicat iuri, sed viribus debet carere. Glossa (2) : quia minus legitima [7] voluntas defuncti defendi non debet.

Vel saltem videtur dicendum quod [8], etsi liceat fieri divisionem aliquorum corporum sepeliendorum, sicut nunc fit quantum ad quosdam divites qui in domibus pauperum religiosorum sepeliuntur, hoc non est ut maius bonum suadendum, sed ut minus bonum et permittendum. Nec contra hoc rationes efficaces induci possunt nec exempla nisi pauca et nova et non magnorum a quibus possint [9] sumi exempla consimilia [10] faciendi [11] tanquam

[1] Exhortantium] exortam tantum P. — [2] hoc] ad hoc PC. — [3] huius P. — [4] sicut *add.* P. — [5] ita — divitibus] *om.* C. ; ita nec divitibus *suppl. in marg.* 2a *m.* C. — [6] nec P. — [7] legutiam *(sic)* C. — [8] *om.* C. — [9] possunt P. — [10] *om.* C. — [11] consimilia *suppl.* 2a *m.* C.

(1) c. 3, X, *De Sepulturis*, III, 28 (Friedberg, *ibid.*, II, col. 550). — (2) *Decretales Gregorii noni cum Glossis*, c. 3, *De Sepulturis*, III, 28 (Lugduni 1558, p. 712, col. b).

Digitized by Google

de aliquo meliori. Immo exempla contraria sunt et multa et antiqua et magnorum, puta sanctorum patrum, patriarcharum, prophetarum et apostolorum et etiam aliorum sanctorum praelatorum in veteri et novo testamento. Et specialiter videtur hoc esse reprobatum in testamento Iudae (1), ubi dicit: nullus me sepeliat in pretiosa veste vel ventrem meum rescindat, quoniam haec foeda facturi [1] sunt regnantes. Constat enim quod hoc dicit reprobando vel saltem dissuadendo ut non faciendum; quia etiam videtur esse factum
Cod. P fol. 153 R[b] saeculare; et ideo quasi prohiben | do hoc dicit facturos homines saeculares et [2] in mundo regnantes. Dicitur etiam de domino episcopo Lincolniensi [3]
Cod. V fol. 136 V[b] Roberto Grosseteste, qui fuit homo magnus in sanctitate vitae [4], | claritate sapientiae, quod plane [5] et districte inhibuit talem divisionem faciendam circa corpus suum. Immo valde est mirabile quod sic dividere corpus sepeliendum sit tantum [6] bonum, sicut ab aliquibus religi | osis nostri temporis dicitur. Et hoc a saeculis exstitit ignoratum [7], cum nusquam in Scriptura aliqua inveniatur commendatio talis facti. Mirabile etiam est quare hoc non faciant, qui hoc in tantum commendant, de propriis corporibus. Immo etiam omnes qui hoc facere possunt, et praelati Ecclesiae et viri perfecti et in scientia eminentes prae aliis hoc facere deberent, cum tamen adhuc non recitetur quod illud fecerint, nisi valde paucae personae et ut plurimum illiteratae [8] saeculares et idiotae mulieres aliquae et viri pauci. Quod enim de uno sancto viro, scilicet de sancto Edmundo de Pontigniaco, dicitur quod propter quasdam causas speciales, quarum quaedam exprimuntur ab aliquibus et forte aliquae erant occultae, sibi a spiritu sancto revelatae [9], voluit cor suum in uno loco sepeliri et corpus in alio, non multum cogit ut alii consimiliter faciant; cum inveniatur innumerabilis caterva sanctorum, etiam salva reverentia huius sancti, maiorum et magis perfectorum, qui hoc facere noluerunt. Nam et illi [10] qui nunc talia facta suadent et defendunt, non minores reputant beatos Dominicum et Franciscum, qui hoc non fecerunt, quam praedictum Edmundum. Ergo videtur supponendum exemplo plurium et maiorum contrarium, scilicet quod non sit faciendum simpliciter absolute; et ex facto singulari huius sancti singularis non est arguendum quod simpliciter sit faciendum, sed in casu; et quod propter causam propter quam fecit non fuit malum sed bonum; potuit enim esse quod speciali consilio Sancti Spiritus hoc fecit ex causa non omnibus nota et quae in | aliis non sic forte
Cod. C fol. 72 R[a]
Cod. P fol. 153 V[a] locum haberet; sicut etiam legimus quod aliqui fecerunt aliqua opera instinctu

[1] futuri V. — [2] etiam C. — [3] Liconiensi V. — [4] et *add.* C. — [5] plene P. — [6] unum P. — [7] ignotum C. — [8] et ut plurimum illiteratae] ut plurimum et illiteratae C., et illiteratae ut plurimum V. — [9] revelare C. — [10] isti P.

(1) Cfr. *Testamenta duodecim patriarcharum filiorum Iacob ad filios suos, interprete* Roberto Lincolniensi episcopo. c. IV (Apud Migne, PG., t. 2, col. 1083-1086, XXVI).

Digitized by Google

Sancti Spiritus quae secundum se erant mala, ut patet in Samsone (1), sed ob aliquam causam occultam quam Spiritus Sanctus intendebat, in casu poterunt esse bona. Sed talia non sunt trahenda in exemplum; nec ex eis est arguendum quod talia simpliciter sint [1] bona et facienda.

Verumtamen quia in materia morali, praecipue quantum ad agibilia particularia, sicut est in proposito, non possunt induci rationes ita efficaces ad unam partem, etiam si sit vera [2], quin ad illas inveniantur solutiones aliquales et rationes ad oppositum, credo tamen circa hanc materiam esse tenendum sicut dictum est.

Unde quod dicitur ad oppositum quod licitum est hoc, quia homo est liber et sui iuris et ideo potest libere de rebus suis et corpore ordinare, verum est, licito tamen modo. Unde si ordinet aliquid de pecunia sua contra rationem, non valet ordinatio; sed quia multis modis potest de sua pecunia licite ordinare, ideo relinquitur hoc suae potestati. Ita etiam, quia de corpore suo sepeliendo est aliquid determinatum ut rectae rationi consonum, scilicet quod in terra consecrata sepeliatur, non est iuris sui quod possit ordinare quod in terra communi sepeliatur; sed quia non est determinatum in qua terra consecrata, relinquitur sibi quod illam eligat, ita tamen quod etiam non contra rectam rationem, quia si eligat sepeliri extra parochiam suam, hoc non videtur rationabile nisi ratione religiosioris loci alterius. Ideo si elegerit sepeliri in loco minus [3] religioso, licet consecrato, esset reprobandum, ut patet, Extra (2), De Sepulturis, Fraternitatem; non [4] autem si eligat transferri ad ecclesiam episcopalem; decim*a* [5] tert*ia* [6], quaestione secunda: *Ub*icumque [7] (3); vel si velit sepeliri in sepulcro patrum suorum, ut patet, decima tertia, quaestione: Placuit (4); et per illud Decret*i* [8] (5), ibidem: Ebron [9]. Et per consimilem modum videtur dicendum esse in proposito, scilicet quod quilibet est sui iuris ut ordinet de corpore suo | quod sibi placet, dum tamen rationi | et iuri sit consonum, alioquin non valet. Et per hoc patet ad illud quod dicitur quod etiam ultima volun | tas defuncti est servanda, verum est rationabilis; et cetera. Quod dicitur quod licitum est ob causam rationabilem, puta ob multiplicationem suffragiorum, dico, sicut supradictum est, quod illud bonum non est de per se bonis virtuosis et honestis, sed magis respicit commodum quam honestum. Aliquando autem melius est facere actum honestum magnae virtutis,

Cod. P fol. 153 Vb
Cod. V fol. 137 Ra
Cod. C fol. 72 Rb

[1] sunt P. — [2] etiam *add.* CV. — [3] om. C. — [4] hoc C. — [5] decimo. — [6] tertio. — [7] quicumque. — [8] decretum. — [9] eb'n P.

(1) Cfr. *Reg.* XVI, 27-31. — (2) c. 3, Fraternitatem, X, De Sepulturis, III, 28 (Friedberg, *Corpus Iuris Can.*, vol. II, col. 549). — (3) c. 6, Ubicumque, C. XIII, q. 2 (Ibid., vol. I, col. 722). — (4) c. 7, Placuit, C. XIII, q. 2 (Ibid., vol. I, col. 721)

Digitized by Google

per quem [1] quis mereatur multum de praemio essentiali, quam illo omisso facere aliquid [2] per quod consequatur [3] magnum commodum, etiam si possit hoc fieri modo licito, puta : dare pecuniam in aliquos pios usus pro magna utilitate [4] rei publicae et Ecclesiae, quam pro voto crucis, in quantum per hoc habetur remissio omnis poenae ; et cetera.

Et hoc etiam videtur per id quod dicunt, contrarium determinantes. Dicunt enim quod, licet aliquis homo potens et dives ex huiusmodi [5] divisione corporis sui in magnam multitudinem partium posset consequi abundantius bonum tale secundum [6] multiplicationem suffragiorum et citiorem liberationem a poena, non est tamen hoc faciendum, propter nimiam indecentiam talis divisionis in partes minutas, et quia forte per hoc [7], suffragia Ecclesiae in minori reverentia haberentur ; et sic talis melius faceret, eligendo aliquid per quod tamen non consequeretur bonum illud praedictum, quam id faciendo, etiam si aliquo modo licitum esset. Et potest hoc ad propositum applicari.

Si ergo melius sit et ordinatius sic se communitati et communi consuetudini rationabili conformare, videtur quod [8] melius est sepeliri integre, quam sic dividi et per divisionem citius liberari a poena ; praecipue quia talis divisio propter praedicta non videtur esse res ad hoc ordinata. Immo pecunia et alia bona temporalia sunt distribuenda et dividenda locis pluribus et ad talia suffragia ordinantur, non autem partes cor | poris quae debent esse unum essentialiter.

Cod. P fol. 154 Ra

Quod etiam dicitur quod haec consuetudo, licet sit nova, non est tamen [9] irrationabilis, non enim novitas est irrationabilis semper, quia tunc regulae sanctorum et speciales modi vivendi diversorum religiosorum essent irrationabiles, non valet. Quia consuetudo nova, sic quod bonum praecedens supponit et perficit vel saltem non excludit nec impedit, adiciendo quaedam ad maiorem perfectionem est laudabilis. Tales autem sunt novitates ab Ecclesia approbatae vel approbandae, sicut patet in exemplis praedictis. Similiter etiam consuetudo de sepeliendis corporibus in loco magis religioso est laudabilis, si supponat id quod est conveniens et rationabile ex parte corporis, ut dictum est. Ita etiam in aliis est intelligendum. Sed quia novitas de separatione tam horrenda, licet videatur ordinari aliquo modo ad aliquale bonum, quia tamen illud bonum non supponit id quod secundum se et regulariter est bonum, ideo non est simile. Praeterea dividere, si sit licitum, non videtur ratio quare non sit licitum unicuique habenti eandem causam ; et praecipue cum nulli hoc interdicatur nec alicui specialiter concedatur. Item, si propter hanc causam finalem est divisibile et ad hunc finem ordinatur divisio in quotcumque partes, ergo non debet determi-

[1] quam C. — [2] aliqua P. — [3] consequetur C. — [4] et *add.* C. — [5] huius C. — [6] scilicet C. — [7] forte per hoc] per hoc forte PC. — [8] videtur quod] *om.* C. — [9] *om.* C.

Digitized by Google

nari in quot. Si dicatur quod immo, etiam non obstante carentia talis boni, quia istae partes in quas conceditur fieri divisio sunt nobiliores et magis sensibus et virtutibus naturalibus animae deputatae, sicut patet de corde et capite, ergo eadem ratione, immo multo convenientiori dicetur [1] quod etiam propter hoc nullo | modo esset dividendum corpus in has [2], immo secundum has partes maxime debet esse unitum. Cod. C fol. 72 Va

His igitur visis, apparet veritas quaestionis, scilicet quod divisio corporum non est facienda vel suadenda. Ex quo enim secundum Augustinum (1), De Cura pro mortuis agenda, iustis per se non prodest sepultura nulla vel vilis, non videtur conveniens circa se | pulturam corporum tantam sollicitudinem adhibere, quod nova et insolita et indecentiam magnam importantia circa hoc inducantur; sed modus magis communis et consuetus videtur | circa hoc observandus. Propter quod Augustinus (2) commendat matrem suam de hoc, quod non curavit in morte nisi quod sepeliretur modo simplicissimo et communissimo, ut patet in libro Confessionum (3) nono, capitulo undecimo. Dixit enim mater filiis: ponite corpus ubicumque, nihil [3] vos eius cura [4] conturbet, tantum illud vos rogo, ut ad divinum altare memineritis mei ubi fueritis. Cod. P fol. 154 Rb Cod. V fol. 137 Rb

Per praedicta patet responsio ad obiectum [5] in contrarium. Et ad ea quae ab aliquibus inducuntur ad ostendendum quod sic dividere sit licitum, quia illud non est contra honorem Dei nec contra praecepta eius; quia tunc nunquam licite fieri posset, licet in multis casibus licite possit dividi corpus humanum vivum et mortuum, ut patet cum aliqua pars corporis abscinditur propter sanitatem totius; et patet in reliquiis sanctorum per partes divisorum; potest dici quod immo contra honorem Dei videtur esse quod illa quae ipse ad constitutionem unius totius perfecti coniunxit et univit, per violentiam separentur in casibus rectae rationi non [6] congruentibus, qualis videtur esse [7] divisio de qua nunc loquimur, sic patet ex dictis, sed [8] in quibusdam aliis casibus corpus dividi, potest esse bonum et licitum et ad honorem Dei.

Ulterius arguitur sic: corpus vivum dividitur propter sanitatem; ergo corpus mortuum poterit dividi propter suffragia acquirenda vel multiplicanda, quia meliora sunt sanitate corporali. Dicendum quod ex [9] eo quod in hoc argumento supponitur, patet quod non est facienda separatio alicuius par-

[1] diceretur *corr. 2a m. C.* — [2] his C. — [3] *om.* C. — [4] nihil *2a m.* C — [5] obiecta P. — [6] *om.* C. — [7] *om.* C — [8] si P. — [9] in V.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Cura pro mortuis gerenda*, c. II (Migne, PL., t. 40, col. 594, 4). — (2) Sanctus Augustinus, *Confessionum* l. IX, c. XI, 28 (Migne, PL., t 32, col. 775). — (3) Ibid. 27 *(loc. cit.)*.

Digitized by Google

tis a corpore, nisi hoc cedat ad bonum totius corporis ; unde intentio naturae est quod corpus, quantum est possibile, in sua integritate servetur ; et si sit aliqua pars ex cuius reservatione in corpore totum corpus posset | destrui, illa est amovenda propter totius corporis salutem ; et sic habet veritatem quod supponitur. Sed cum ex hoc infertur quod hoc faciendum est in corpore mortuo propter suffragia, dicendum quod non sic ordinatur divisio partis a corpore ad suffragia acquirenda, sicut ad sanitatem habendam, ut patet ex supradictis ; et ideo non est simile.

Cod. P fol. 154 Va

Cum arguitur secundum iura civilia : si caput alicuius sepultum sit in aliquo loco et residuum in alio, ibi iudicandus est sepultus ubi est caput ; ergo iura videntur supponere ut quoddam bonum et licitum corpus secundum diversas partes in diversis locis sepeliri ; dicendum quod in aliquo casu est bene licitum. Et si casus aliquando occurrat in quo caput sit sepultum in uno loco, dicunt iura in quo loco debet sic sepultus iudicari sepultus absolute ; si etiam in casu reprehensibili de facto sic sepeliatur, dicunt iura etiam in quo loco debet iudicari sepultus. Unde ex isto dicto non potest argui quod hoc sit bonum et licitum ; sed ex hoc solum habetur quod sive licito modo sive illicito sic sepeliatur, iudicandus est sic sepultus esse sepultus simpliciter ubi caput est sepultum ex hoc secundum praedicta iura.

Digitized by Google

QUAESTIO X

Utrum peius sit homini malo esse punitum quam non punitum.

Deinde circa pertinentes ad malos in generali quaerebatur unum, utrum peius sit homini malo esse punitum quam non punitum. Et arguitur quod sic, quia ubi plus est de malo peius est. Sed in malo punito plus est de malo [1], quia est ibi culpa et cum hoc poena ; ubi autem non est punitio, non est poena. Quare ; et cetera.

Contra. Boethius (1), quarto libro, De Consolatione, dicit : infeliciores sunt improbi iniusta impunitate donati quam iusta damnatione puniti.

Respondeo : circa hoc est intelligendum quod Boethius (2) hoc tractat quarto, De Consolatione, ut allegavit proponens et dicit : melius est, id est minus infeliciter est impro | bo punito improbo non punito etiam in hac vitam ortali, non solum sicut innuebat Ricardus. Et ipse Boethius (3) etiam hoc exprimit quia per poenam iste potest corrigi qui forte sine poena non corrigeretur [2] ; et quia eius poena est aliis in exemplum mala consilia non faciendi, sed etiam si nulla correctio puniti et nullum | exemplum ex hoc in aliis habeatur. Et ad huius intellectum est considerandum quod duplex est bonum, scilicet bonum commodum et honestum ; et duplex malum, scilicet incommodum et inhonestum sive culpae et [3] poenae. Haec autem sic se habent quod secundum rectam iustitiam convenit ea esse coniuncta, scilicet bonum commodum bono virtuoso et malum poenae malo culpae, quia sunt quasi praemia aliis respondentia. Sicut [4] ergo melius est, id est maius bonum virtuosum cum bono commodo quam cum malo poenali ceteris paribus, ita etiam peius est, id est maius malum, malum culpae cum malo poenali quam sine illo, ut haec scilicet ad ipsas personas referuntur singulares ; et sicut maius bonum est magis eligendum minus bono, ita per se magis est eligendum virtuoso bonum commodum adiunctum bono virtuoso quam bonum solum virtuosum ; et ita etiam, quia minus malum est magis eligendum maiori malo et maius malum magis detestandum et fugiendum, magis est eligendum esse solum malum secundum culpam quam cum hoc habere poenam, ut haec scilicet ad ipsos habentes singulariter et secundum se referuntur et hoc sive sit malus viator sive damnatus in inferno.

Cod. P fol. 154 Vb

Cod. C fol. 72 Vb

[1] *om.* 1a *m.* C. — [2] corrigeret C. — [3] sive 1a *m* C. — [4] sic. P.

(1) Boethius, *De Consolatione, l. IV, prosa IV* (Migne, Pl., t. 63, col. 205). — (2) Ibid. *(loc. cit.)* — (3) Ibid. *(loc. cit.)*

Digitized by Google

Sed quia quilibet est pars universi et quae in universo sunt debent [1] esse ordinata; ordo autem iustitiae requirit ut cum bono virtutis sit quasi praemium bonum commodum, et cum malo culpae malum poenae. Ordo autem iustitiae bonum est quoddam et maxime commune et decorans universum, ideo sicut cum in bono virtuoso est bonum tale, scilicet commodum, est ibi aliquid additum de bono, scilicet bonum iustitiae. Unde | talis tunc dicitur esse recte et iuste ordinatus vel institutus, quia habet quod sibi convenit; et sic simpliciter melius est iustum habere bonum commodum quam esse sine illo. Ita etiam cum in malo per culpam est malum poenae, quod quidem est malum illius in quantum punit et laedit ipsum, in quantum tamen hoc meruit, est iustum, et secundum hoc est in eo bonum iustitiae; et sic iste habet bonum quoddam quo careret si tale quid non haberet; et est ex hoc universum melius cuius bonum consistit in recto ordine eorum quae sunt in illo; in hoc autem est, quantum ad talem partem, convenientius ordinatum. Bonitas autem universi non consistit solum in bonitate uniuscuiusque entis secundum se, sed magis in ordine illorum in toto. Secundum hoc etiam est dicendum quod melius est simpliciter malum punitum esse et habere malum poenae quam illo carere; et in hoc etiam melius est ipsi iniusto punitum esse quam non punitum esse. Unde dicit ibi Boethius (1): mali sunt miseri; si autem miseriae alicuius bonum aliquod addatur, felicior est eo cuius miseria sola est sine cuiusquam boni admixtione. Similiter si ei [2] praeterea, quibus [3] miser est, malum aliud fuerit annexum, infelicior est censendus [4] eo cuius infortunium boni participatione revelatur. Habent ergo improbi, cum puniuntur boni, aliquid annexum, poenam ipsam scilicet quae ratione iustitiae bona est; idemque [5] cum supplicio careant, inest eis aliquid ulterius mali, ipsa impunitas, quam iniquitatis merito malum esse dicimus. Et sequitur auctoritas (2) allegata; multo ergo infeliciores improbi sunt iniusta impunitate donati quam iusta ultione | puniti; sed puniri improbos iustum est, impunitos vero elabi iniquum esse manifestum est.

Cod. P fol. 155 Ra

Cod. C fol. 73 Ra

Est tamen circa praedicta, quantum ad bonos respectu boni delectabilis vel commodi et malos respectu mali poenae, considerandum quod bonum additum virtuoso est quaedam eius perfectio etiam secundum se, ideo etiam non solum in ordine ad bonum iustitiae et ordinis universi melius est sibi sic esse, sed secundum se sim | pliciter et absolute. Quia vero malum poenae non est aliqua perfectio patientis, sed contrarium est bono et perfectioni | eius, ideo secundum se nullo modo potest dici esse bonum ei, sed solum in quantum hoc includit bonum iustitiae et rectum ordinem universi. Unde Boethius (3),

Cod P fol. 155 Rb
Cod. V fol. 137 Va

[1] debeant C. — [2] eis V. — [3] bus *delev.* P. — [4] infelicior — censendus] *om* C. — [5] idque PC.

(1) Idem, *ibid.* (loc. cit.) — (2) Idem, *ibid.* (loc. cit.) — (3) *Ibid.*, Prosa VII *(loc cit.*, col. 823-825).

Digitized by Google

in eodem quarto De Consolatione, dicit quod ista bona, quae comprehendit sub fortuna prospera vel iucunda [1], sunt bona bonis et virtuosis, quae sunt etiam quaedam remuneratio eorum. Unde quilibet sapiens potius eligit prospera quam adversa, prout ibi pertractat (1). Unde sicut bonum est malos per poenas puniri, ita etiam rectum est bonos bonis contrariis praemiari ; et sicut malos non puniri malum est, quia iniustum et inordinatum, ita etiam bonos non praemiari malum est, quia iniustum et inordinatum. Et sic in hoc quod iusti sic praemiantur duplex est bonum, scilicet iustitiae et ordo conveniens universi ; et etiam privatum, scilicet commodum et quaedam perfectio personae. E converso vero, in punitione malorum non est nisi unum bonum, scilicet iustitiae et ordinis universi, non autem bonum personale, immo malum ; poena est enim ; unde poena habet aliquid mali quia adimit aliquid boni ab eo quem punitur [2], quia etiam [3] Deus nihil [4] finaliter relinquit [5] inordinatum [6] et inultum ; unde quos hic [7] patitur delinquentes, puniet in inferno ; ideo etiam hoc modo melius est damnatos in inferno tormentis affligi quam sine eis esse ; hoc enim relinqueret mundum inordinatum et iustitiam non exerceri pro meritis ; sicut e contrario potest de bonis dici si non fieret eis iusta retributio praemiorum. Per hoc [8] patet responsio ad obiecta.

[1] iocunda V. — [2] *litteras* ur *del.* 2a *m.* C ; punit V. — [3] *om* C. — [4] vel C — [5] *om.* PV. — [6] inordinatamle 1a *m* C, *cum signo abbreviationis* (—) *super litteram* e ; — inordinatam P — [7] hoc PC. — [8] haec PC.

(1) Ibid., Prosa VII (*loc. cit.*, col. 823-825).

Digitized by Google

QUAESTIO XI

Utrum perfectio vitae humanae exigat relinquere bona exteriora et quantum ad actum sive possessionem et quantum ad affectum sive amorem.

Deinde circa] pertinentia ad bonos homines in speciali quaerebantur quaedam pertinentia ad homines perfectos in communi et quaedam pertinentia ad quosdam perfectos in speciali. Circa primum quaerebatur primo utrum perfectio vitae humanae exigat relinquere bona exteriora et quantum ad actum sive possessionem et quantum ad affectum sive amorem. Et arguitur quod sic, quia Dominus [1] dixit possidenti | divitias non tamen amanti, quia iste praecepta servaverat, quod si vellet esse perfectus, quod dimitteret eas etiam secundum actum, Matthaei (1), decimo nono : si vis esse perfectus vade, vende omnia quae habes et da pauperibus et sequere [2] me. Praeterea arguitur quod non possunt relinqui affectu quin etiam relinquantur actu, quia relinquere affectu sive voluntate nihil aliud est quam ista velle non habere ; sed qui vult non habere, non habet, quia talia quae sunt in sua potestate abicere potest. Quare et cetera.

Cod. P fol. 155 Va

Contra. Illa non sunt relinquenda a perfectis quae sunt instrumenta virtutum ; sed talia sunt bona temporalia ; ergo et cetera. Item status praelatorum est status perfectus et tamen praelati abundant divitiis ; ergo et cetera.

Respondeo. Circa hoc est intelligendum quod ad perfectionem vitae humanae diversa diversimode requiruntur. Quaedam enim sunt necessaria ad ipsam sic quod ad eam pertinent [3] essentialiter ; quaedam autem sic sunt [4] necessaria ad ipsam, quia licet non pertineant [5] ad ipsam essentialiter, eius essentiam scilicet non ingrediendo, ipsa tamen sine illis existere non [6] potest ; quaedam autem sunt accidentaliter ad ipsam se habentia, sic videlicet quod quantum ad aliquem modum illorum sine ipsis esse potest, sed tamen illis secundum diversos eorum modos melius vel minus bene est in quantum organice ad illam possunt diversimode cooperari secundum aliquam ipsorum diversitatem.

[1] Deus C. – [2] persequere VPC, per *ras.* C. — [3] pertinet P. — [4] *om.* PC. — [5] pertineat PC. — [6] *om.* C.

(1) *Evangelium Matthaei*, XIX, 21

Digitized by Google

Illa autem in quibus consistit perfectio | humana essentialiter quantum ad perfectionem [1] habitualem sunt gratia et virtutes; quantum ad perfectionem actualem sunt ipsae operationes virtuosae. Illa autem quae sunt necessaria ad perfectionem, sic scilicet quod sine illis esse non potest, quamvis ad essentiam eius non pertineant, sunt ipsae potentiae animae et ipsum corpus hominis, in quantum ista sunt subiectum huius perfectionis et instrumentum intrinsecum sive coniunctum necessarium sine quibus talis perfectio esse nec exerceri potest; et sub hoc membro possunt etiam comprehendi bona exteriora pro quanto sunt necessaria ad corporis et vitae sustentationem. Cum enim felicitas sive perfectio hominis | sit | operatio secundum virtutem, quae est principaliter in anima; anima autem est perfectio corporis animalis alimento corporali indigentis, secundum hoc bona exteriora ad felicitatem sunt necessaria, in quantum scilicet sine illis corpus existere non potest; et secundum hoc etiam non sunt proprie omnino exteriora sed sub bonis corporis comprehenduntur. Unde dicit Philosophus (1), quarto Ethicorum, quod prodigus dicitur quasi propter se ipsum perditus, [2] in quantum consumendo bona per quae vivere debet, videtur suum esse destruere et suam substantiam corrumpere quae per bona exteriora conservatur.

Cod. C fol. 73 Rb

Cod. P fol. 155 Vb
Cod. V fol. 138 Ra

Quae autem tertio modo se habent ad felicitatem, sunt quae ad corpus ipsum et ad bona exteriora pertinent ultra gradum quo hoc ad naturam ipsius hominis et ad conservationem vitae ipsius, ut est susceptivus essentiae beatitudinis, requiruntur; et haec possunt communiter bona exteriora et bona fortunae appellari; puta: pulchritudo, fortitudo, sanitas corporalis; item amici [3], nobilitas generis, divitiae et cetera. Haec etiam distinctio sumitur ex dictis Augustini (2), secundo De Libero Arbitrio, vigesimo primo, ubi dicit quod quaedam sunt bona maxima, scilicet virtutes quibus recte vivitur; quaedam sunt bona minima, quaecumque scilicet sunt talia quod sine ipsis [4] bene vivi potest; quaedam sunt bona media, scilicet potentiae animae sive illa sine quibus recte, quia etiam nullo modo vivi non potest in quantum talia.

Si ergo quaeratur utrum ad perfectionem vitae humanae requiratur relinquere bona temporalia affectu et actu, potest distingui de illis: quia aut considerantur ut organa separata, tamen omnino necessaria ad esse et sustentationem vitae humanae, quae debet exerceri in operationibus perfectis virtutum; aut ut ipsa sunt organa non omnino necessario deservientia ad sustentationem vitae et ad usum virtutum perfectarum, licet secundum diversos modos illa

[1] perfectivum C. — [2] proditus P. — [3] amitti P *et 1a m.* C. — [4] ipsius C.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. IV, c. I (Bekker, vol. II, p. 1119) — (2) Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio*, l. II, c. XIX (Migne, PL., t 32, col. 1268, 50).

Digitized by Google

habendi diversimode nata sunt cooperari [1] ad conservationem decentem vitae humanae et ad operationes aliquarum virtutum.

Cod. P fol. 156 Ra

Si loquamur de bonis temporalibus primo modo, sic videtur dicendum quod non solum propter per | fectionem habendam, sed propter quemcumque virtuosum statum quantumcumque infimum habendum nec actu nec affectu sunt relinquenda, sicut etiam nec vita propria sive corpus ipsum. Sicut enim unusquisque tenetur amare se ipsum totum quantum ad animam et corpus, amore amicitiae convenienti et ordinato, ita etiam [2] debet amare amore concupiscentiae bona temporalia, in quantum sine illis non sustentatur, secundum illud ad Ephesios (1), quinto : nemo unquam carnem suam odio habuit, sed eam nutrit et fovet. Hoc modo ergo non sunt relinquenda temporalia, nisi quantum ad affectum inordinatum, non autem quantum ad ordinatum affectum ; nec etiam quantum ad actum, id est actualem usum ipsorum. Unde etiam Dominus docuit petere in oratione temporalia isto modo dicens, Lucae (2), *undecimo* [3] : panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Glossa (3) : panis quotidianus est qui est hic [4] necessarius quantum animae corporique tribuendum est sive spiritualiter sive corporaliter sive utroque modo [5] intelligatur. Videtur autem quod illud a Deo petere debemus cum indigemus, relinquere non debemus cum

Cod. C fol. 73 Va

habemus, sic scilicet quod nobis nec per nos nec per amicos | nec per alios remaneat conveniens facultas habendi. Unde super illud, prima Timothei (4), sexto : habentes alimenta et quibus tegamur his contenti [6] simus, dicit Ambrosius (5) in glossa : et sic [7], prout praemisit Apostolus (6) : nihil intulimus in hunc mundum nascendo nec etiam ablaturi sumus [8] moriendo ; non tamen omnino abicienda sunt haec temporalia, sed habentes, et cetera. Unde non invenitur aliquis sanae mentis qui sic omnia omnino relinquat. Sed quantum possibile est relinquenda est sollicitudo quae habetur circa bona exteriora ab omnibus, licet diversimode, quia nullus est qui non habeat sollicitudinem aliquam circa ea vel iam habita ut custodiantur vel dispensentur et usui applicentur, vel non habita ut habeantur et usui applicentur. Huiusmodi ergo sollicitudo

Cod. V fol. 138 Rb
Cod. P fol. 156 Rb

qua nullus penitus caret, item etiam actualis usus temporalium cum opus est | ostendunt quod haec a nemine [9] peni | tus relinquantur affectu et actu. Qui enim omnia penitus relinquerent [10], peccare viderentur et se voluntarie perimere. Unde nullus debet eligere [11] statum vel modum vivendi, nisi sit talis quod multum probabiliter appareat quod secundum illum providebitur sibi sufficienter in

[1] operari C. — [2] *om.* V — [3] sexto. — [4] hoc P — [5] est — modo] *om. 1a m.* C. — [6] contecti PC. — [7] si PC. — [8] simus PV. — [9] nomine PC — [10] affectu — relinquerent] *add.* C. — [11] exigere P.

(1) *Ephes.* V, 29 — (2) *Lucae Evangelium*, XI, 3. — (3) *Biblia sacra cum Glossa ordinaria*, t.V, col. 838 (Antwerpiae, MDCXXXIV) — (4) *I ad Timoth.* VI, 8 — (5) Cfr. Sanctus Ambrosius, *In Epistolam ad Timotheum*, I, 6 (Migne, PL., t. 17, col. 482, vers. 7 et 8) — (6) *I Timoth* VI, 7.

Digitized by Google

necessariis. Immo etiam propter hoc quod unusquisque tenetur iure naturae vitam suam sustentare, quod non contingit nisi de bonis exterioribus, ideo etiam iure naturae quilibet habet dominium et quoddam ius in bonis communibus exterioribus huius mundi, cui iuri etiam renuntiare non potest licite. Quamvis enim humanae potestati vel dominio [1] non subiaceant res exteriores quantum ad ipsorum naturam, sed soli Deo, tamen quantum ad usum ipsarum habet homo naturale dominium rerum exteriorum et ideo potest uti rebus exterioribus ad suam necessitatem et utilitatem quasi suis et propter se factis, prout dixit Dominus, Genesis (1) nono, Noe et filiis suis : timor *vester* [2] sit [3] super cuncta animantia terrae, et super volucres caeli ; et omne quod movetur et vivit est vobis in cibum ; quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Et propter hoc dicit [4] Gregorius (2), secundo pastoralis : Cunctis hominibus terra communis est et idcirco alimenta communia secundum se profert omnibus. Et sic iure civili et naturali et divino quilibet habet ius scilicet recipiendi necessaria sua in bonis temporalibus etiam per se ipsum etiam sine auctoritate et licentia alicuius alterius, in tempore necessitatis scilicet, cum nec propria bona habet nec lucrari potest nec invenit aliquem qui det ; extrema enim necessitas ab omni lege exempta est. Sicut ergo in monasteriis quae habent bona in communi, ex speciali ordinatione, omnes fratres habent ius et possessionem vel proprietatem in bonis illis in communi, nec solum omnes simul, sed et quilibet in quantum est pars illius communis collegii, nec potest a dispensatore contradici quin secundum leges et statuta illius monasterii unusquisque habeat quod habere debet, prout indiget ; ita etiam in toto | universo omnes qui ad ipsum pertinent habent ius et proprietatem in bonis communibus in casu extremae necessitatis, et potest quilibet in casu tali uti re sibi necessaria iure suo ; nec unus magis habet dominium alicuius rei in mundo in casu isto quam alius. Unde Gregorius (3), secundo pastoralis : cum necessaria indigentibus ministramus, sua illis [5] reddimus, non nostra largimur ; iustitiae potius debitum solvimus quam misericordiae opera implemus. In tali casu ergo habens usum alicuius sibi necessarii, habet etiam dominium [6] illius et aequaliter unus sicut alius, quia quilibet habet ius utendi illo ut re sua.

Cod. P fol. 156 Va

Si autem loquamur de bonis temporalibus secundo modo, distinguendum est de ista perfectione, quia perfectio uno modo potest dici illud quod includit ea quae ad ipsam essentiam perfectionis habendam et exercendam simpliciter et absolute requiruntur ; item alio modo potest dici perfectio illud quod in | cludit [7] ea per quae facilius et perfectius ipsa essentia

Cod. C fol. 73 Vb

[1] domino P. — [2] videtur. — [3] sic PC — [4] ostendit C. — [5] illi PC. — [6] habet – dominium] *om.* 1a *m.* C. — [7] cludit *om.* C.

(1) *Gen.* IX, 2. — (2) Cfr. Gregorius Magnus, *Regulae pastoralis liber*, Pars 3a, C. XXI. al. XLV (Migne, PL., t. 77, col. 87). — (3) Ibid. *(loc. cit.)*.

Digitized by Google

perfectionis acquiritur, conservatur et in usu [1] perfecto [2] exercetur. Loquendo de perfectione primo modo sic: cum illa consistat in actu et usu perfecto virtutum quae sunt animi perfectio intrinseca, licet quaedam virtutes habeant bona exteriora pro obiectis, tamen in ista [3] natura rerum exteriorum non consistit essentia perfectionis et virtutis, sed in affectu [4] ordinato circa illa et in usu convenienti ipsorum cum habeantur, ideo quantum ad essentiam perfectionis non refert utrum temporalia habeantur secundum abundantiam vel defectum sive in plus sive in minus, sive habeantur in proprio sive in communi sive alio modo; et ideo hoc modo ad perfectionem vitae humanae non requiritur relinquere temporalia affectu nec actu, sic scilicet quin cum perfectione bene stet affici affectione ordinata secundum rectam rationem circa abundantiam temporalium et habere illorum dominium et usum. Et hoc dicit Augustinus (1), tertio [5] De Doctrina Christiana, capitulo duodecimo : in omnibus rebus quibus | utimur, non usus | ipsarum rerum, sed libido utendi in culpa est, fieri non potest ut sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis pretiosissimo [6] cibo sapiens utatur, insipiens vero foedissima gulae flamma in vilissimum ardescat; nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi probandum est vel improbandum quod facimus Et ideo solum requiritur relinquere ea affectu inordinato, ita scilicet quod ea homo non diligat nisi secundum rectam rationem et sic etiam solum eis uti velit in quantacumque quantitate et qualicumque modo habeantur. Unde secundum quod docet Philosophus (2), secundo Politicorum, ad hoc quod homo bene se habeat circa divitias, per se et essentialiter requiritur non regulatio vel aliqua mensura circa divitias, sed ipsas [7] concupiscentias sive affectiones regulari oportet. Hoc etiam patet exemplis sanctorum multorum quorum quidam perfecti fuerunt [8] in habendo divitias proprias in abundantia; quidam autem in carendo divitiis, utentes etiam mendicitate, prout patet in divite Abraham et paupere Lazaro. Prout enim dicit Augustinus (3) in sermone de paupere et divite : Abraham ditissimus fuit in terra auro, argento, familia, pecunia, possessione et tamen dives iste pauper fuit, filium passus est immolare nec cunctatus est ei offerre quod acceperat a quo acceperat, probatus est Deo, exemplum factus est fidei et cetera. De Lazaro vero dicitur Lucae (4), decimo *sexto* [9], quod erat quidam

Cod. V fol. 138 Va
Cod. P fol. 156 Vb

[1] et — usu] *om.* P. — [2] perfectio P — [3] illa PC. — [4] affecto P. — [5] quarto V. — [6] pretiosissimae P. — [7] illas PC. — [8] perfecti fuerunt] permansuerunt *corr. alia m.* C. — [9] quinto.

(1) Sanctus Augustinus, *De Doctrina Christiana,* l. III, c. XII (Migne, PL., t. 34, col. 75, 18). — (2) Aristotelis *Politica,* l. II, c. VII [al. IV] (Bekker, vol. 2, p. 1266, b). — (3) Cfr. Sanctus Augustinus, *Sermo XXIV, De Verbis Evangelii Lucae,* XVI (Migne, PL., t. 46, col. 925, VI). — (4) *Evangelium Lucae,* XVI, 19-31.

Digitized by Google

mendicus nomine Lazarus, et cetera ; factum est autem ut moreretur et portaretur in sinum Abrahae. Glossa (1) : sinus Abrahae requies pauperum beatorum [1]. Augustinus (2) ubi supra : non vides quia pauperem dives excepit. Si superbis contra eos qui habent pecuniam, cum fortasse in eis invenitur humilitas quae in te non invenitur non timens ne, cum mortuus fueris, dicat Abraham : recede a me quia blasphemasti me. Quidam vero secundum utrumque modum in perfectione [2] permanserunt, | sicut patet in Iob qui divitiis tot et eufortuniis aliis abundavit et aliquando in contrariis infortuniis multum deiectus fuit et tamen utrobique bene se habuit, ut vere bonus tetragonus, sicut dicitur de felice, primo [3] Ethicorum (3) : felix enim sive perfectus, ut vere bonus tetragonus, sine vituperio se habet infortuniis et adversis, ut ibi dicitur. Et ex hoc patet quod ista auctoritas Domini, Matthaei (4) decimo nono : si vis perfectus esse, et cetera, non est simpliciter et absolute intelligenda ut necessarium [4] continens, quasi dixisset simpliciter : nullus potest habere essentiam et usum perfectionis nisi sic omnia relinquat. Sic enim nec Iob nec Abraham nec David nec multi sancti novi testamenti, reges et alii pro Christi gloria martyrii coronati | perfecti fuissent. Sed intelligendum est dictum illud secundum materiam [5] in qua applicatur, scilicet ubi est talis condicio qualis erat in isto cui Dominus ista dixit, quia animum habebat magis alligatum temporalibus quam perfectus habere debeat, ut patet per textum et glossas. Item intelligendum est dictum illud Domini in ordine ad perfectionem secundo modo acceptam, loquendo enim de perfectione isto secundo modo, prout includit modum et statum vivendi secundum quem [6] ad ipsam facilius et perfectius pervenitur et habita melius conservatur et in usu convenienti exercetur.

Cod. P fol. 157 Ra

Cod. C fol. 74 Ra

Ad videndum autem quis modus circa temporalia respectu talis perfectionis sicut convenientior requiratur, est distinguendum et circa perfectionem et circa temporalia. Est enim duplex perfectio secundum duplex genus veritatis et secundum quod duplex vita distinguitur, scilicet activa secundum virtutes morales politicas, et contemplativa secundum alias. Est etiam circa temporalia distinguendum, quia potest considerari circa illa et quantitas ipsorum et modus habendi eorundem. Loquendo de bonis temporalibus respectu utriusque perfectionis, cum se habeant, ut dictum est, ad illam non in quibus essentialiter | consistat, sed ut sunt instrumenta ordinata ad bonum virtutis, quod est bonum per se et finis, ut id quod est bonum non per se, sed in

Cod. V fol. 138 Vb

[1] bonorum P. — [2] in perfectione] imperfectione. — [3] secundo PC. — [4] necessariam P. — [5] naturam C. — [6] quid PC.

(1) *Glossa ordinaria*, c. XVI, vers. 22 (Migne, PL., t. 114, col. 316). — (2) *Ibid.*, (loc. cit.). — (3) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. I, c. XI (Bekker, vol. II, p. 1100, b). — (4) *Evangelium Matthaei*, XIX, 21.

Digitized by Google

Cod. P fol. 157 Rb

ordine ad | aliud et ut id quod est ad finem, ea autem quae sunt ad finem modum accipiunt secundum exigentiam finis, in tantum bona exteriora quae secundum suam substantiam et naturam bona sunt, in genere moris etiam bona sunt in quantum proficiunt ad perfectionem et usum virtutis, et in tantum mala sunt in quantum [1] impediunt perfectum usum virtutis. Unde dicit Philosophus (1), quinto Ethicorum, quod bona fortunae sive temporalia exteriora, licet simpliciter et absolute et in se vel secundum suam naturam considerata sint bona, non tamen semper bona sunt alicui, quia non semper proportionata sunt [2] homini nec semper ei expediunt ; et ideo haec secundum se et absolute non sunt petenda a Deo in oratione et desideranda ; sed oportet petere oratione a Deo ut ea, quae sunt secundum se bona, efficiantur homini bona, ut dicit Commentator (2) : orare oportet eum qui sanus est et eum qui dives est et eum qui pulchritudinem habet, haec quae sunt ipsorum natura bona in bonum ipsis fieri et non in nocumentum vel detrimentum animae. De quibus etiam dicit Philosophus (3) ante [3], capitulo de epikeia, quod bona exteriora sunt bona simpliciter in quibus contingit superabundantia et defectus. Quibusdam enim hominibus circa talia non est superabundantia, sed semper utuntur optime talibus bonis, sicut contingit hominibus quasi divinis, scilicet perfectis in virtute ; quibusdam vero, scilicet valde malis insanabilibus, nulla particula [4] talium est utilis, sed eis omnia nocent ; quibusdam autem non omnino [5] necessaria, sed usque ad aliquem determinatum gradum. Sic ergo sentiendum est de bonis temporalibus in universali sive ut indifferenter comparantur ad perfectionem activam vel contemplativam.

Nunc igitur videndum est quomodo se habent ad perfectionem in speciali descendendo ad hanc perfectionem vel illam. Sciendum est igitur quod dupliciter est loquendum de bonis istis temporalibus secundum eorum quantitatem et secundum modum habendi respectu unius perfectionis et respectu alterius, ita tamen quod in generali quantum ad ista secundum eorum quantitatem est ponendus unus gradus in generali qui distinguitur secundum diversas proportiones ad has diversas perfectiones. Quia enim, prout dicit Philosophus (4), quarto Politicorum, vita felix sive | perfecta est ista quae est secundum virtutem non impeditam [6]. Bona exteriora ad perfectionem pertinent secundum illam quantitatem secundum quam minus redditur ista operatio

Cod. P fol. 157 Va

[1] proficiunt — in quantum] *om.* P. — [2] proportionata sunt] sunt proportionata PC — [3] autem P. — [4] pericula PC. — [5] *om.* P ; omnia *add. C.* — [6] impedita PC ; impeditiva *1a m.* V.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. V, c. II [al. I.] (Bekker, vol. 2, p. 1129, a). — (2) Averroès Cordubensis, *Ethica Nicom.*, l. V, c. I, Com. (Venetiis 1562, t. III, fol. 65 Ra). — (3) Aristotelis *Ethica Nicomachea (ibid.* loc cit.). — (4) Aristotelis *Politica*, l. IV, c. XI (Bekker, vol. 2, p. 1295, a).

Digitized by Google

secundum virtutem impedita, sed potius expedita. Cum autem circa bona exteriora, quantum ad quantitatem, sint tres gradus principales, quia potest in eis considerari abundantia aut magna opulentia, vel penuria sive egestas magna, et mediocritas sive sufficientia, prout Philosophus (1), quarto Politicorum, distinguit tres partes hominum existentium in mundo, dicens quod in civitatibus | sunt tres partes principales, hi quidem opulenti valde, hi autem egeni valde, hi autem tertii qui [1] medii eorum ; medius autem modus sive gradus est qui reddit operationem secundum virtutem minus impeditam, immo magis expeditam ; ideo talis modus est melior, sive magis ad perfectionem isto [2] modo faciens vel pertinens. Unde dicit ibidem Philosophus (2) : quoniam conceditur quod mediocre et quod medium optimum, manifestum quod bonorum fortuitorum possessio quae media optima omnium. Et hoc probat dicens (3) : facillima enim obedire rationi. Superabundantia autem superforte aut superdives, aut contraria his ; superegenum aut superdebile aut valde vile, difficile rationem sequi. Fiunt enim hi quidem iniuriosi et in magnis nequam, hi autem astuti et in parvis nequam, valde iniustitiarum autem ; haec quidem fiunt propter iniuriam, haec autem propter astutiam. Et secundum hoc | videtur intelligendum dictum sapientis Proverbiorum (4) dicentis : mendicitatem et divitias ne dederis [3] mihi, sed tribue tantum victui necessaria, ne forte satiatus alliciar [4] ad negandum et dicam : quis [5] est Dominus ? et [6] egestate compulsus furer et periurem nomen Dei mei.

Cod. C fol. 74 Rb

Cod. V fol. 139 Ra

Tamen non intelligo per hoc omnem mendicitatem, id est modum habendi vel acquirendi necessaria vitae ab aliis [7] humiliter mendicando, tanquam impeditivam perfectionis modo praedicto exclu | di ; sed illam qua involuntarie hoc agitur ad succurrendum extremae necessitati, prout videmus in illis qui vulgariter et communiter vocantur pauperes mendicantes qui multas penurias et anxietates involuntarias sustinent et quibus valde incerta et casualis est provisio in necessariis et ad acquirendum etiam valde tenuiter vitae necessaria oportet eis multos labores et sollicitudines adhibere et retrahi ab exercitio in operibus perfectis. De tali quidem paupertate seu mendicitate manifestum est quod non est per se commendanda, nec etiam est per se eligenda, praecipue propter incommoda plurima illi annexa, quae hominem occupant et affligunt, sic quod ab operibus virtuosis etiam propter hoc plurimum impeditur ; sed talis paupertas, cum in ipsam aliquis involuntarie incidit, est per virtutem [8] patientiae humiliter sustinenda ; et sic per accidens potest facere ad perfectionem in

Cod. P fol. 157 Vb

[1] *om.* C. — [2] illo PC. — [3] dedicet P. — [4] alleciar PC. — [5] quid PC. — [6] aestate *add.* PC. — [7] his V. — [8] voluntatem P.

(1) Aristotelis *Politica*, l. IV, c. XI (Bekker, loc. cit.).—(2) Idem, *ibid.*, (Bekker, loc. cit., p. 1295, b). — (3) Idem, *ibid.* (loc. cit.). (4) *Prov.*, XXX, 8-9.

Digitized by Google

quantum est materia exercendae virtutis. Non autem est de illa sic quae voluntarie assumitur et cui non imminet periculum defectus iu vitae necessariis; sed illa utentes tenent talem modum vivendi inter homines quod secundum cursum communem necessaria vitae ab ipsis sic habentur quod exercitium vitae spiritualis non multum propter hoc impeditur.

Mediocritas igitur in istis rebus temporalibus maxime est eligenda. Et hoc quidem est rationabile, quia quamvis, ut dictum est, perfectio essentialiter non consistat in ipsis divitiis vel in habere vel non habere illas, sed in actu mentis perfecto secundum virtutem, tamen paucorum est posse esse perfectos et uti perfectione in abundantia. Similiter etiam et [1] in penuria. Et sicut perfecti perfecte se possunt habere in penuria, ita etiam [2] in abundantia; et sic facilius est bene se habere in mediocritate quam in abundantia et quam in penuria; non autem e converso. Nam [3] qui scit se bene habere in abundantia, scit se bene habere in mediocritate, non autem e converso; et qui scit se bene habere in | penuria, scit se habere bene in mediocri | tate, et non e converso. Ergo sicut propter praedictum [4] modum perfectionis eligendum est habere mediocritatem, non abundantiam, ita etiam eligendum est habere ipsam mediocritatem et non penuriam. Causa enim quare vitanda est abundantia sumitur ex impedimentis in actibus virtutum quae afferunt abundantes divitiae, scilicet sollicitudo conturbans, amor alliciens et vanitas sive inanis gloria elevans. Ergo similiter ex impedimentis quae affert penuria, quae etiam [5] sunt plurima, debet sumi causa quare illa est fugienda; et sicut impedimenta quae afferunt abundantes divitiae tolluntur per mediocritatem, ita etiam illa quae afferuntur per penuriam.

Cod. C fol. 74 Va
Cod. P fol. 158 R

Item illud quod ut in pluribus vel communiter propter fragilitatem communem naturae humanae est occasio mali vel ruinae est fugiendum simpliciter et absolute, et contrarium eligendum; ita autem est in proposito, ut dictum est. Unde dicitur Ecclesiastici (1), vigesimo septimo : propter inopiam (scilicet cordis vel corporis), multi delinquerunt; et qui quaerit locupletari, advertit oculum suum; (glossa : timore Dei.) Secundum hoc ergo generaliter loquendo de bonis exterioribus quantum ad eorum quantitatem [6] respectu utriusque perfectionis, ad perfectionem requiritur relinquere bona exteriora affectu et actu ultra et citra mediocritatem, medium in eis affectu et actu sive usu retinendo.

Cod. V fol. 139 Rb

Est | tamen [7] circa hoc ulterius intelligendum quod, sicut generaliter in virtutibus ponitur medium non quidem rei secundum se, sed secundum mensuram rationis et secundum ordinem ad ipsum cuius virtus et ad finem

[1] *om.* C — [2] et C — [3] Et P. — [4] dictum C. — [5] in C. — [6] et cetera *add.* C. — [7] autem PC.

(1) *Liber Ecclesiastici*, XXVII, 1.

Digitized by Google

convenientem ; medium autem hoc non est omnino indivisibile, sed habet latitudinem, quia respectu alicuius est parum quod est multum vel sufficiens respectu alterius et e converso ; propter quod etiam modicus et non notabilis excessus vel defectus non excludit rationem virtutis, ut patet secundo Ethicorum (1). Ita etiam [1] in proposito ; mediocritas expediens modo praedicto ad perfectionem non consistit in medio aliquo indivisibili re | aliter determinato, sed oportet illam accipere secundum rectam rationem quoad ipsos perfectione uti volentes et in ordine ad modum ipsius perfectionis [2]. Cod. P fol. 158 Rb

Cum autem secundum se et absolute huiusmodi [3] mediocritas circa temporalia est eligenda, non autem aliquod [4] extremorum, puta : abundantia et defectus ; si quaeratur quid istorum est potius eligendum vel si oportet sustinendum, ad hoc potest dici quod aliqui sunt sic dispositi [5] quod melius scirent vel possent ferre infortunia quam eufortunia magna, scilicet qui in penuria humiliarentur ad salutem, in abundantia autem efferrentur ad damnationem suam ; et etiam potest contingere contrarium ; et ideo secundum diversas condiciones et dispositiones hominum esset circa hoc diversimode respondendum, hoc tamen in generali videtur dicendum : quod extremum quod importat penuriam, ut exposita est, a nullo est eligendum, quia non importat aliquod bonum ut secundum se consideratur ; immo bonum quod ex ista contingere potest, contingit per accidens ; nunc autem nihil eligit voluntas nisi sub ratione boni ; non sic autem est de alio extremo.

Sed si haec quaestio referatur ad virum perfectum vel bene [6] dispositum, videtur quod magis declinandum sit ad abundantiam quam defectum, quia bona temporalia secundum se, ut dictum est, non important aliquod malum, sed potius bonum ; malum autem quod ex eis consequitur est per accidens et malitia utentis ; e contra defectus | non importat secundum se aliquod bonum, sed malum ; bonum autem quod ex hoc consequitur est per accidens et ex bonitate utentis ; ergo ablata malitia utentis [7], melius videtur habere bona temporalia quam egere. Et hoc quidem dicit Philosophus (2), primo Ethicorum, dicens quod : parva prosperitatum et adversitatum non faciunt inclinationem vitae, id est, non possunt permutationem ostendere in vita felicis ; magis autem et multa facta quidem bene beatiorem vitam faciunt ; etenim condecorare nata sunt ; et usus ipsorum bonus et studiosus fit. E converso autem [8] accidentia [9] et [10] opposita [11] ei, | quia bene substantiam quidem felicitatis non alterant, angustant autem quodammodo et conturbant Cod. C fol. 74 Vb Cod. P fol 158 Va

[1] et C. — [2] *om.* P. — [3] huius P. — [4] aliquid V. — [5] sic dispositi] dispositi sic C. — [6] virum PC. — [7] ergo — utentis] *om.* P. — [8] et *add.* C. — [9] accipitur V. — [10] *om.* C. — [11] oppositae.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. II, c. V (ed. Bekker, vol. 2, p. 1106, a). — (2) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. I, c. XI (ed. Bekker, vol. 2, p. 1100, b)

Digitized by Google

et impediunt beatitudinem ; tristitias [1] enim inferunt et etiam multas operationes impediunt. Verumtamen et in his refulget bonum, cum utique feret quis propter stabilitatem et firmitatem rationis et virtutis et multa et magis infortunia non propter doloris insensibilitatem, hoc enim non virtus nec laudabile. Simile etiam dicit Philosophus (1), septimo Politicorum, dicens : utetur utique studiosus vir et paupertate et aegritudine et aliis infortuniis bene secundum [2] quod beatum [3] in contrariis est. Etenim talis est studiosus cui propter virtutem bona sunt quae simpliciter bona. Constat autem quod secundum se bonum cum bono magis est eligendum quam malum praedictum penuriae cum bono praedicto virtutis. Sed ex hoc videretur quod, sicut talis penuria semper et simpliciter et absolute est fugienda propter eius malitiam, ita etiam dicta abundantia [4] semper et simpliciter et absolute esset [5] appetenda. Et est dicendum quod unicuique semper, absolute et simpliciter est [6] dicta penuria [7] fugienda, quae habet annexam anxietatem et turbationem praedictam,
Cod. V fol. 139 Va ut de se patet ; licet etiam in casu patienter toleranda sit sicut et ipsa mors, | quia in ista non est aliquod bonum secundum se, sed omnino malum et involuntarium quantum est de se ; per accidens tamen et in casu bonum, cum scilicet in ordine ad bonum aliquod non quidem assumitur per electionem et desiderium, sed cum occurrit voluntarie sustinetur. Unde de ea dicit Boethius (2), quarto De Consolatione, quod fortuna aspera vel adversa [8] bona est, id est utilis bonis, dum eos [9] exercet contra adversitatem bellantes ; et est etiam bona vel utilis malis cum eos corrigit et a vitiis declinare
Cod. P fol. 158 Vb facit ut virtutis iter arripiant. Et ideo et perfectis et infirmis | et mediocribus est huiusmodi [10] adversa fortuna secundum se fugienda.

De fortuna prospera autem, quae importat abundantiam bonorum exteriorum ultra mediocritatem, est intelligendum quod secundum se appetenda est maxime virtuosis et perfectis. Unde dicit Boethius (3), quarto De Consolatione, quod fortuna prospera vel iucunda [11] bona et iusta est, in quantum est quaedam remuneratio bonorum. Unde praemittit supra (4) quod nullus sapientium exsul, inops, ignominiosusque esse mavult [12], potius quam pollens op[er]ibus, honore reverendus, potentia validus, et cetera. Verumtamen ipsa abundantia non est appetenda per accidens, scilicet in quantum non propter

[1] tristitiam C. — [2] sed PC. — [3] verum V. — [4] dicta abundantia] abundantia dicta P ; cum sit abundantiae contraria *add.* PC ; [va] cum sit habundantiae contraria [cat] V. — [5] essent PC. — [6] *om.* C. — [7] est *add.* C. — [8] est *add.* PC. — [9] expectet *add.* P, *deinde del.* — [10] huius PC. — [11] iocunda V. — [12] maviat C.

(1) Aristotelis *Politica*, l. VII, c XIII, (ed. Bekker, vol. 2, p. 1332, a). — (2) Boethius, *De Consolatione*, l. IV, prosa VII (Migne, PL., t. 63, col. 823-824). — (3) Ibidem *(loc. cit.)*. — (4) Ibidem, prosa V (PL., t. 63, col. 809).

Digitized by Google

malum per se quod sit in ipsa, sed quia propter fragilitatem humanae naturae nata est allicere ad amorem affectum hominis etiam perfecti perfectione quae haberi potest secundum cursum communem. Item, quia propter sollicitudinem et occupationes plures quas habet annexas, distrahitur et impeditur mens hominis ab operibus magis perfectis.

Secundum praedicta ergo est tenendum quod neque abundantia neque penuria est eligenda, sed mediocritas, tamen secundum rectam rationem et secundum modum perfectionis uniuscuiusque utentis temporalibus. Unde, quia alius est modus vivendi secundum perfectionem activam et alius secundum contemplativam, nam in activa homo vivit in communitate principaliter secundum virtutes politicas quibus communicat cum aliis, in contemplativa autem homo quasi solitarie sibi ipsi vivens principaliter utitur virtutibus ipsum immediate ad Deum et coelestia ordinantibus ; ad vivere autem convenienter in communitate et politice plura requiruntur quam [1] ad vivendum quasi solitarie ; ideo mediocritas | quae ad primam perfectionem requiritur, maiorem quantitatem requirit bonorum temporalium quam quae requiritur ad secundam ; et sic mediocritas proportionata uni perfectioni non esset proportionata alteri, nec e converso. Unde dicit Philosophus (1), decimo Ethicorum : necessariis quidem [2] ambobus, scilicet politi | co [3], contemplativo [4], opus ex aequali fit ; ad operationes autem multum differt, liberali quidem opus erit pecunia ad agendum liberalia, speculanti autem nulla talium ad operationes [5] necessitas, sed impedimenta sunt ad speculativam ; opus tamen erit exteriori prosperitate homini enti ; non per se enim [6] sufficiens humana natura ad speculari, sed oportet et corpus sanum esse et cibum [7], reliquum famulatum existere, ut scilicet sufficienter ministrentur omnia quae sunt necessaria ad vitam humanam. Ex his igitur patet quomodo se habent temporalia ad perfectionem contemplativam et activam secundum eorum quantitatem.

Cod. C fol. 75 Ra

Cod. P fol. 159 Ra

Igitur considerandum quomodo se habent ad perfectionem hanc vel illam secundum modum habendi ipsa. Sicut enim bona temporalia faciunt ad perfectionem praedictam secundum condicionem quae in illis attenditur secundum quantitatem ipsorum, quantum ad gradum illum per quem magis amoventur impedimenta virtutum contemplativarum vel activarum, ita etiam, cum diversi modi habendi bona temporalia inveniantur, bona temporalia facient ad perfectionem praedictam secundum condicionem quae in illis attenditur secundum modum habendi ipsa, quantum ad illum modum habendi

[1] quid PC. — [2] quibus V : quidem *in margine* V. — [3] opus *add.* C. — [4] contemplatio C. — [5] operationem PC. — [6] per se enim] enim per se PC. — [7] et *add.* P.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. X, c. VIII (ed. Bekker, vol. 2, p. 1178).

Digitized by Google

Cod. V fol. 139 Vb

per quem magis amoventur impedimen | ta virtutum et per quem homo redditur habilior et promptior ad habendum ipsam perfectionem et usum eiusdem. Sunt autem quantum ad praesens plures modi habendi : unus secundum quem habentur in proprio quantum ad dominium et usum bona et mobilia et immobilia non solum ad usum praesentem necessaria, sed etiam ad futurum reservata ; secundus secundum quem habentur haec [1] in communi ; tertius est secundum quem habentur quaedam immobilia necessaria ad usum continuum, puta : domus sive ecclesia cum fundo haereditario et huiusmodi ; et [2] mobilia etiam, puta : libri [3], indumenta ; item, bladum, vinum et huiusmodi tempore congruo procurata et ad usum etiam futurum reservata in communi ; sed non habentur redditus perpetui etiam in communi. Quartus

Cod. P fol. 159 Rb

modus est secundum quem habentur immobilia praedicta et etiam | mobilia alia sic necessaria, non quantum ad dominium vel ius et proprietatem, sed solum quantum ad usum simplicem facti, supposito quod aliquis possit habere usum alicuius rei cuius usus non est nisi consumptio, puta : panis, vini et [4] cetera, absque hoc habeat dominium illius vel etiam ius utendi illa, quod tamen mirabile videtur ; nam si haec labore manuum acquirerentur [5], cum laborans acquirit sibi ius in pretio laboris et solvens pretium non possit sibi dominium pretii retinere, quia hoc est contra iustitiam, videtur quod utens pane acquisito iusto labore habeat ius et dominium in illo. Verumtamen quicquid sit de hoc, potest poni alius modus habendi, scilicet praedicta necessaria solum quantum ad usum necessarium labore manuum acquirendo.

Ad videndum ergo quomodo relinquere bona praedicta et quomodo illa habere pertineat ad perfectionem, pro fundamento [6] accipiamus quod, in quantum modus habendi annexa habet quaedam impedimenta perfectionis, ad perfectionem pertinet illa relinquere, in quantum scilicet per hoc liberatur homo ab illis vitiis quibus aliqui per divitias implicantur et a sollicitudine quae ex eis consurgit. Quia autem haec ut plurimum contingunt circa divitias proprias, quarum scilicet habetur proprium dominium et usus omnino liber, circa propria enim maior affectus amoris et maior sollicitudo habetur quam circa non propria ; unde dicit Augustinus (1) ad Paulinum : et certissima terrena diliguntur [7] arctius habita quam concupita. Unde etiam dicit Philosophus (2), secundo Politicorum, quod maiorem dilectionem habet quis circa proprias divitias quam circa non proprias. Iste amor

Cod. C fol. 75 Rb

autem sic ad se ipsum vel ad sua recurvus natus est impedire | ne amor

[1] habetur P *et 1a m.* C et *corr.* C. — [2] *om.* PC. — [3] liber PC. — [4] *om.* C. — [5] inquirentur P. — [6] profunda mente PC. — [7] diligimus C.

(1) Sanctus Augustinus, *Epistola XXXI*, 5 (Migne, PL., t. 33, col. 124). *Paulo aliter.*— (2) Cfr. Aristotelis *Politica*, l. II, c. III (ed. Bekker, vol 2, p. 1261, b).

Digitized by Google

rectus tendens in Deum sit omnino perfectus, ideo ad perfectionem modo praedicto acquirendam et exercendam requiritur tanquam utile et expediens quod talia secundum affectum et secundum actum, id est quantum ad dominium proprium, relinquantur ut promptius et expeditius [1] cor humanum per amorem in Deum feratur. Unde dicit | Augustinus (1), octogesimo tertio, quaestione trigesima sexta : nutrimentum caritatis est imminutio cupiditatis circa divitias cum propria relinquuntur. Cod. P fol. 159 Va

Et tunc videtur ex hoc ulterius procedendo dicendum quod, cum remanet sic propria relinquenti facultas habendi vitae necessaria cum modica sollicitudine et distractione ex bonis aliquibus communibus ad suam et aliorum sustentationem deputatis, talis modus habendi videtur esse conveniens ad perfectionem habendam. Et talis videtur modus quo habentur bona Ecclesiae a clericis et religiosis habentibus bona communia, sic scilicet quod in eis nullus simpliciter dominium habeat, quia nec vendere nec alienare ea potest ; sed sunt bona communia Ecclesiae, non quidem solum universalis, sed ecclesiae vel monasterii specialis in quo simul vitam communem ducunt plures, ut in ecclesiis collegiatis clericorum et monachorum, vel etiam alicuius [2] ecclesiae in qua unus vivit ut in ecclesiis parochialibus pluribus. Quod autem ille modus conveniens sit ad perfectionem dicto modo et habendam et exercendam apparet, quia, ut dictum est, per hoc cor | humanum magis abstrahitur ab affectu et sollicitudine quibus natus est affectus impediri ne feratur perfecte in Deum, ut possit quis spiritualibus perfecte intendere [3]. Ideo enim ut ministri Ecclesiae, qui debent perfectius ferri in Deum quam alii, magis quiete haberent necessaria ne ab obsequio divino retraherentur vel ne impedirentur si non haberent necessaria, sed pro eis acquirendis occuparentur, vel ne etiam habentes propria circa illa nimis [4] afficerentur et allicerentur, divina ordinatione factum est quod habent bona communia, sicut etiam factum fuit in veteri testamento quod levitae habebant decimas et oblationes. Unde dicit Prosperus (2), secundo libro De Vita contemplativa : ideo decimas atque primitias fructuum primogenita et sacrificia, quae sibi iussit Deus offerri, sacerdotibus atque ministris debere distri | bui constituit ; ut devote populo necessaria ministrante, ipsi creatori ac pastori suo liberis mentibus ministrarent atque in eius servitio proficerent sine ulla sollicitudine corporali. Cod. V fol. 140 Ra Cod. P fol. 159 Vb

Item, iste modus habendi bona in communi videtur ex ferventi caritate

[1] expedientius V. — [2] *om.* C. — [3] et cetera *add.* PC. — [4] minis C.

(1) Sanctus Augustinus, *De diversis quaestionibus* 83, quaestione 36, 1 (Migne, PL., t. 40, col. 25). — (2) *Rectius apud* Julianum Pomerium, *De Vita contemplativa*, l. II, c. XVI, 3 (Migne, PL., t. 59, col. 461). *Fere verbo ad verbum.*

Digitized by Google

procedere et valet etiam dispositive ad perfectiorem caritatem ad Deum et ad proximum habendam, quia, in quantum habens proprium circa hoc aliquo modo quaerit quae sua sunt, videtur caritas perfecta impediri ; e contra autem ad caritatem nutriendam valet quod habentibus illam sint bona communia. Propter quod Actuum (1) quarto legitur : multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Hoc autem ostenditur per hoc quod sequitur, quia nec quisquam eorum quae possidebant quis suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Per hoc enim videtur perfectio haec evangelica ad ius naturale et ad perfectionem rectitudinis naturalis revocare, prout dicit Clemens (2) in Epistola ad sanctos ierosolimitanos et ad Iacobum episcopum ierosolimitanum, quae [1] ponitur duodecimo, quaestione prima, capitulo secundo : dilectissimis discipulis ierosolimitanis cum reverendissimo fratre Iacobo et coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus. Communis via omnibus est [2] necessaria, fratres, et [3] maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis [4] enim usus [5] omnium eorum quae [6] sunt in hoc mundo omnibus hominibus esse debuit, sed per iniquitatem alius dicit hoc suum esse, alius illud et sic inter | mortales facta est divisio. Deinde subdit (3) : istius enim consuetudinis more retento etiam apostoli eorumque [7] discipuli, ut praedictum est, una nobiscum et vobiscum communem vitam duxerunt, communitate scilicet praedicta, qua [8] percipiebat de bonis communibus quisque prout sibi opus erat.

Cod. C fol. 75 Va

Cum autem sic habeantur bona Ecclesiae in communi scilicet [9] dupliciter, quidam enim habent ista tanquam de iure sibi debita, puta praelati et clerici qui ministerio et officio publico Ecclesiae sunt principaliter deputati, quidam autem ex gratia et liberalitate offerentium collata ista habent etiam propter fruc- | tum quem faciunt in Ecclesia non tamen ordinarie sive ex ordinaria auctoritate et institutione, sed ex fidelium voluntaria devotione, sicut monachi et simplices clerici ; modus habendi primo modo est nobilior et perfectior, quia quanto aliquis est sibi per se sufficiens, in quantum huiusmodi [10] perfectior est. Cum felicitas sit bonum per se sufficiens ; nunc autem est magis per se sufficiens qui minus indiget alieno et ideo minus etiam recipit de alieno [11] ; bona autem praedictorum ministrorum Ecclesiae non sunt respectu ipsorum proprie aliena, cum ipsi in

Cod. P fol. 160 Ra

[1] qua P. — [2] *om.* P. — [3] *om.* C. — [4] quis P ; *del. alia m.* P. — [5] communis *add.* P. — [6] qui V. — [7] eorum quia PC. — [8] quia C. — [9] sed PC. — [10] huius V. — [11] et ideo minus etiam recipit *add.* C.

(1) *Act.* IV. 32. — (2) Isidori Mercatoris Decretalium Collectio, *Epistola Quinta Sancti Clementis Papae* (Migne, PL., t. 130, col. 57). — (3) Idem, *ibid* (loc. cit.).

Digitized by Google

quantum huiusmodi hoc iure naturae et divino sive iure ordinario ius habeant in bonis illis quae a subditis pro vitae necessariis recipiunt ; unde dantes decimas et oblationes talibus non proprie dant de suo, sed solvunt quod est illorum. Unde super illud Psaltis (1) : producens foenum iumentis, et cetera, dicit Augustinus (2) : quia Deus instituit ut qui Evangelium annuntia | nt [1], de Evangelio vivant, cum dixisset quae apponuntur vobis manducare, ne illi dicerent : improbi erimus [2] ad mensas alienas indigebimus ; vis nos esse ita frontosos ? Non, inquit, non ista est donatio ipsorum, sed merces vestra [3]. Condamnandi [4] enim erant exigentes indebita, non accipientes mercedem suam, quid dant ? quid accipiunt ? Dant spiritualia, accipiunt temporalia ; dant aurum, accipiunt foenum. Unde sicut [5] dantes non exercent actum liberalitatis [6] proprie, sed actum iustitiae, et sic dans secundum quod huiusmodi [7] non est perfectior eo cui datur, nec beatius est dare quam accipere ; e converso est de aliis qui non habent tale ius in Ecclesia ; ibi enim dantes exercent actum liberalitatis [8] in quo actu recipiens secundum quod huiusmodi imperfectior est dante secundum quod huiusmodi. Et de illis dicitur quod beatius est dare quam accipere.

Cod. V fol. 140 Rb

His igitur visis, patet quomodo duo primi modi habendi temporalia se habent ad perfectionem praedictam. Nunc igitur videamus quomodo alii modi habendi ea se habent ad perfectionem. Loquendo igitur de tertio modo habendi, ille communicat in parte cum | secundo, quantum scilicet ad immobilia quaedam quae habentur in communi et quantum ad quaedam mobilia etiam [9] quantum in illis habent dominium et ius in communi et ea reservant pro suis necessitatibus in futurum. Sed quia illa mobilia non sufficiunt quin oporteat illa frequenter acquirere et hoc per mendicitatem, in hoc differunt a praedicto secundo modo habendi et communicat cum quarto. Quantum ad istos autem modos est dicendum quod planum est quod, quia tales necessariis indigent quibus non est eis sufficienter provisum, sed provisio eorum dependet ex liberalitate et caritate fidelium, nec eis secundum communem cursum providetur nisi in quantum de eorum sanctitate vitae bona opinio habetur, etiam fructus spiritualis in praedicationibus et animarum consiliis et aliis piis eorum exercitiis manifestatur | , ideo licet non pro temporalibus et necessariis habendis principaliter tales [10] sic habeant [11] bene et honeste vivendo secundum se ipsos et utiliter quan-

Cod P fol. 160 Rb

Cod. C fol. 75 Vb

[1] annuntiavit P ; annuntiabit C. — [2] quia *add. alia m. C.* — [3] nostra PC. — [4] condempnandi V — [5] sic C, *deinde ras.* — [6] libertatis VPC. ; erali *suprascrips. alia m. P.* — [7] huius V. — [8] libertatis VPC. ; erali *supercrips. alia m.* V *et* P. — [9] et PC. — [10] talis C. — [11] habent P; *om. 1a m.* C.

(1) *Ps.* CIII, 14. — (2) Sanctus Augustinus, *Enarratio in Psalmum CIII,* sermo III (Migne, PL., t. 37, col. 1364, 9).

Digitized by Google

tum ad alios ; tamen ipsam bonam voluntatem quam habent ratione boni et principalis finis perfectius et cautius occasione dictorum bonorum necessariorum in dictis bonis spiritualibus exercent et sic talis modus habendi sive acquirendi necessaria, considerando, inquam, quae circa hoc nunc dicta sunt, facit ad perfectionem praedictam, non quidem per se nec etiam quia per hoc magis absolvantur ab affectione bonorum temporalium et a [1] sollicitudine circa illa ; quod tamen in illis in quibus ita est, magis facit ad perfectionem dicti modi, sed per accidens, scilicet quia praedicto modo propter quandam necessitatem vehementius innituntur ad praedicta opera perfectionis facienda. Et potest dici quod felix est ista necessitas quae ad meliora compellit ; et hoc patet ex hoc signo quod illi quibus est aliter provisum sufficienter, ut plurimum ab istis bonis deficiunt, licet etiam plures sint qui bene et laudabiliter vivant. Unde isti [2] modi habendi ab Ecclesia sunt [3] approbati [4] propter utilitatem quam faciunt in Ecclesia. Sed utrum
Cod. P fol. 160 Va magis faciat talis modus habendi ad perfectionem | sic, scilicet quod secundum illum modum animus humanus magis liberetur [5] a malis quae respectu temporalium contingunt, scilicet ab affectione cordis et sollicitudine et aliis huiusmodi et non inducat vel natus sit inducere alia quaedam mala quae propter indigentiam et ratione talis [6] modi acquirendi oriuntur, difficile est determinare. Videtur tamen talis modus in hoc [7] prima facie minus perfectus praedictis, in quantum scilicet magis innititur alienis et magis consistit in aliena petere et recipere quam cum recipit aliquis sua sive sibi debita sive cum recipiat liberaliter oblata. Nec oportet eum petere aliena. Item, talis modus non videtur magis absolvere, immo minus ab affectione temporalium et sollicitudine quam secundus ; nam cum unusquisque debeat
Cod. V fol. 140 Va esse sollicitus | ut necessaria habeat, prout dicit Augustinus (1), super illud Matthaei (2) sexto : nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis. Ibi enim sic dicit : non haec dicit ut non procurent quantum necessitatis est, sed ut non ista intueantur et propter ista faciant quicquid in evangelii praedicatione facere iubentur. Iste cui iam provisum est determinate de necessariis convenientibus in communi minus videtur esse occupatus circa temporalia quam qui nondum habet nec scit ubi et unde determinate habebit et non habens [8] non dico praeter necessaria, sed ad vitam necessaria magis videtur esse sollicitus et anxius quomodo non habita habebit et deinde quomodo illis utetur quam alius. Licet enim habita secundum quod

[1] *om.* C. — [2] illi C. — [3] *om.* C. — [4] sunt *add. 2a m.* C. — [5] libenter PC. — [6] *om.* C. — [7] *om.* P. — [8] et *add.* C.

(1) Glossa ordinaria, *In Epist. ad Thes.* c. III, Vers. 10 (PL., t. 114, col. 624). — (2) *Evangelium Matthaei*, VI, 31.

Digitized by Google

huiusmodi plus alliciant quam non habita etiam secundum quod huiusmodi, tamen habita in communi et ut necessaria non videntur plus allicere et sollicitum facere quam non habita ut tamen necessaria ; quia iste affectus respectu habitorum est quietis et tranquillitatis ; iste autem est desiderii et cuiusdam anxietatis [1] ; et ita etiam est de sollicitudine. Et ad hoc potest adaptari exemplum Augustini (1) in libro De Virginitate, capitulo decimo tertio, ubi dicit : felicior mihi videtur mulier nupta quam virgo nuptura ; habet enim iam ista quod illa adhuc cupit, praesertim si nondum vel sponsa cuiusquam sit ; ista | uni studet placere cui data est, haec multis incerta cui danda est. Ita quodammodo potest dici in proposito ; quia iste qui iam habet convenienter necessaria quibus quasi fruitur, est quasi mulier uni nupta ; ille qui semper habet petere et quaerere ab aliis, incertus | a quo vel quomodo habebit, est quasi virgo nuptura, et cetera. Et sic quantum ad hoc, iste modus acquirendi necessaria, quo minus et rarius oportet intendere mendicitati, videtur melior alio, ceteris paribus [2]. Praeterea in tali modo videtur esse periculum ne alia vitia se immisceant, puta adulationis vel etiam taciturnitas [3] veritatis et cetera. De primo super illud, secunda [4] ad Thessalonicenses (2), tertio : non accepimus scilicet necessaria ab illis quasi non habuerimus potestatem accipiendi, sed ut nosmetipsos formam daremus nobis, et cetera ; dicit Glossa (3) : Apostolus forma erat his qui tenues erant in substantia in plebe ut discerent liberalitatem suam non amittere. Unde etiam Salomon [5] in Proverbiis (4), vigesimo quinto, secundum aliam litteram : raro inferas pedem ad amicum tuum ne satiatus tui oderit te ; qui enim frequenter ad alienam mensam convenit, otio deditus, adulari necesse est pascenti se ; cum religio nostra ad libertatem homines advocet. De secundo super illud prima Corinthiorum (5) : tamen [6] non usi sumus hac potestate, et cetera, dicit Glossa (6) : hoc ideo dicit quia si acciperet ab eis, putarent se emisse licentiam peccandi et ita libertatem arguendi Apostolus minueret. Item, respectu eorum a quibus haec petuntur, videtur talis modus habere annexam quandam imperfectionem ; quia cum accipere illud quod omnino involuntarie datur sit iniustum, illud ex quo contingit quod aliquis det involuntarie vel minus voluntarie, non videtur esse laudandum in quantum huiusmodi ; sed cum aliqui petunt qui

Cod. P fol. 160 Vb

Cod. C fol. 76 Ra

[1] anxietas VPC, *sed corr.* 2a *m.* C. — [2] partibus V. — [3] taciturnitatis *corr.* 2a *m.* C. — [4] secundo PC. — [5] Salomonem PC. — [6] cum PC.

(1) Sanctus Augustinus, *De Sancta Virginitate*, c. XI (Migne, PL., t. 40, col. 401). — (2) *Epistula II ad Thessalonicenses*, III, 8-9. — (3) Cfr. *Biblia sacra cum Glossa ordinaria*, t. VI, col. 678, g. (Antwerpiae 1634). — (4) *Proverbiorum liber*, XXV, 17. — (5) *Epistula I ad Corinthios*, IX, 12. — (6) *Biblia sacra cum Glossa ordinaria*, t. VI, col. 268, f. (Antwerpiae 1634).

Digitized by Google

sunt alicuius potentiae et auctoritatis et qui aliquo modo timentur ; ut plurimum talibus datur vel propter timorem alicuius damni vel confusionis vel propter eorum importunitatem ; talia autem non simpliciter voluntarie dantur ; ergo et cetera. Et hoc dicit Glossa (1) super illud, secunda ad Corinthios (2), nono : hilarem datorem diligit Deus ; | quidat ut careat taedio interpellentis non ut reficiat viscera mendicantis et rem et meritum perdit. Si autem mendicitas sit bona propter aliquas alias circumstantias, puta propter humilitatem vel huiusmodi, tamen propter hoc non est eligenda nisi multum per accidens.

Cod. P fol. 161 Ra

Ex his igitur apparet quomodo tertius modus habendi temporalia se habet ad perfectionem praedictam. Et ex eisdem patet etiam in parte quomodo se habet quartus modus habendi ; quanquam circa illum modum plura specialiter essent dicenda de quibus alibi tractatur.

Cod. V fol. 140 Vb

Circa ultimum autem modum, [1] quo [2] | scilicet per laborem manuum vitae necessaria acquiruntur, est considerandum quod, cum per se sibi esse sufficientem et alio non indigentem ad perfectionem pertineat, propter quod Deus est summe perfectus, in quantum acquirens sibi necessaria illa maxime habet per se ipsum in hoc nullo alio quasi indigens vel [3] ab alio non [4] dependens nec ex sic recepto danti in aliquo obligatur existens, quantum ad hoc videtur esse perfectior illo qui dono alterius gratuito sive per mendicitatem necessaria sibi procurat [5]. Unde dicit Hieronymus (3) ad Demetriadem [6] : nihil apud Deum erat pretiosius quam quod manibus tuis ipsa conferas vel in usus proprios vel in exemplum virginum ceterarum. Item, idem (4) ad *Heliodorum* [7] : apud graecos philosophos ille laudatur qui omne quo utitur manu sua factum gloriatus est. Sed haec intelligenda sunt ceteris paribus et de labore non multum affligente corpus nec impediente hominem a perfectis operibus spiritualibus et cetera. Quamvis autem labor spiritualis sit melior corporali et non minus iustum sit ut laborans spiritualiter mercedem laboris recipiat quam laborans manibus corporaliter et sic non de alieno sed de suo vivat et sine omni imperfectione laborans spiritualiter in officio ecclesiastico ordinario possit exigere et recipere necessaria a fidelibus ut sua vel ut sibi debita de iure, tamen si ab illis abstinet | et | de labore alio manuali necessaria acquirat, perfectius agit, quia plus de suo impenditur, sicut fecit Paulus (5) respectu aliorum apostolorum. Unde iste Paulus in hoc quod spiritualia ministravit et tamen

Cod. P fol. 161 Rb
Cod. C fol. 76 Rb

[1] plura specialiter essent dicenda, *add.* P, *del. scriptor.* — [2] quomodo PC. — [3] etiam *add.* C. — [4] *om.* C. — [5] procuret PC. — [6] Demotiadem PC. — [7] Aviderium PVC, *sed litt.* er *del.* 2a *m.* C.

(1) Glossa ordinaria, *Epist. II ad Cor.* IX, 7 (Migne, PL., t. 114, col. 564). — (2) *Epistula II ad Corinthios,* IX, 7). — (3) S. Hieronymi *Epistula CXXX ad Demetriadem* (Migne, PL., t. 22, col. 1119, 992). — (4) S. Hieronymi *Epistula LX ad Heliodorum* (Migne, PL., t. 22, col. 597). *Fere litteraliter.* — (5) *Alluditur* I ad Cor., IX, 4-5

Digitized by Google

fidelium temporalia non recepit, suppositis aliis circumstantiis convenientibus. scilicet quod contemplatio et praedicatio non impediebatur [1] et cetera, alii autem haec receperunt, dicitur perfectius et de loculis non vixisse.

E contra, quicumque de bonis ab aliis receptis vivunt sive illa reserventur ad tempus sive in hora [2] necessitatis consumantur [3] sive ab aliis accommodentur ad usum, de loculis vivere intelliguntur solum bona ab aliis recepta et reservata, sed generaliter bona ad necessitatem vitae ab aliis recepta, ut patet per hoc quod apostoli viventes de bonis quae mulieres cum eis euntes ipsis ministrabant, de quibus apostolus Paulus non vivebat, dicuntur in hoc de loculis vixisse, prout patet per expositionem Augustini (1) super illud Psaltis (2) : qui dat iumentis escam ipsorum ; et cetera. Unde dicit Apostolus (3) prima ad Corinthios, nono : numquid non habemus potestatem circumducendi sororem mulierem sicut et [4] ceteri apostoli. Ubi dicit Glossa (4) : mulieres desiderio doctrinae sequebantur apostolos ministrantes eis et sumptus et servitia. Sic et Salvatorem secutae sunt ministrantes ei de facultatibus suis. Et ibi subiungitur in Glossa (5), quod in hoc de facultatibus quas huiusmodi mulieres ministrabant, vivebant apostoli et etiam ipse Christus de loculis intelliguntur vixisse ; unde sequitur ibidem (6) : Dominus noster infirmis compatiens loculos habuit, in his personam infirmorum magis suscipiens ; praevidit enim multos infirmos ista quaesituros ; et licet Paulus a suis talia non quaereret, sublimius tamen egit Christus, quia misericordius ; ne videns Paulum ista non quaesiturum infirmos damnaret ista quaesituros. Haec sumuntur de expositione Augustini (7) super Psaltem.

Cum arguitur quod ad per | fectionem requiritur quod relinquantur [5] temporalia non solum affectu, sed etiam actu, per [6] illud Matthaei (8), decimo [7] nono : si vis perfectus esse ; et cetera ; dicendum quod sicut supradictum est ad ipsam essentiam perfectionis habendam et exercendam hoc non requiritur, quia in hoc ipsa perfectio essentialiter non consistit, unde multi per Dei gratiam fuerunt et sunt perfecti in multis divitiis abundantes. Unde praedictum verbum non est intelligendum simpliciter et absolute quasi hoc sit omnino necessarium [8] ad essentiam perfectionis habendam | sed secundum materiam sive secundum condicionem personae ad quam

Cod. P fol. 161 Va

Cod. V fol. 141 Ra

[1] impediatur PC. — [2] mora C. — [3] *del. et* conserventur *corr.* 2a *m.* C. — [4] *om.* C. — [5] relinquentur C. — [6] super C. — [7] *om.* PV. — [8] necessariam P. —

(1) *Rectius* Sancti Augustini *Enarratio in psalmum* 103 (vers. 14), sermo III, 11 (Migne, PL., t. 37, col. 1367-1368). — (2) *Psal.* 146, 9. — (3) *I ad Cor.*, IX, 4-5. — (4) *Resp.* S. Augustinus, *Enarratio in psalmum CIII*, sermo III, 11. *Ut supra* (loc. cit.), *Verbis tantisper mutatis.* — (5) *Apud* Sanctum Augustinum, *ibid.*, loc. cit. — (6) *Ibid.*, loc. cit. — (7) *Ut supra*, loc. cit. — (8) *Evang* XIX, 21.

Digitized by Google

dirigebantur ista verba ; quia ille plus amabat divitias quam amare debeant perfecti. Unde dicitur quod audiens abiit tristis ; nec [1] ab isto amore bene poterat retrahi ipsas retinendo ; ideo et cetera. Unde verba ista quae huic [2] iuveni sic disposito dicebantur non fuissent ei dicta si talis fuisset qualis creditur Abraham fuisse. Si autem ponatur quod iste ad quem dirigitur sermo Christi bonus erat, sed tamen non perfectus, sed hoc dicebatur sibi ut perfectus fieri posset ; et tunc fortificetur argumentum, sic arguendo a destructione consequentis : qui vult esse perfectus debet relinquere bona quae habet ; ergo qui non relinquit non potest esse perfectus ; et sic de necessitate requiritur ad perfectionem ista relinquere ; dicendum quod si loquamur de perfectione in quantum includit ea quae ad essentiam eius pertinent et sine quibus nullo modo esse potest, sic non habent veritatem dicta verba secundum quod ex eis sic arguitur. Si autem loquamur de perfectione in quantum importat [3] quendam statum et modum vivendi secundum quem facilius et commodius potest ista perfectio adipisci et exerceri praecipue contemplativa, quia scilicet talis status includit quaedam specialia instrumenta per quae homo disponitur et adiuvatur ut perfectionem facilius possit acquirere ; inter quae instrumenta relinquere bona temporalia est unum, sic verum est quod qui vult perfectus esse, id est ad perfectionem | pervenire per viam | promptiorem et faciliorem perveniendi ad ipsam vendat et relinquat quae habet ; et cetera ; et qui non vendit, non potest tenere viam ad perfectionem facilius ducentem ; ista enim perfectio non consistit in abiectione [4] temporalium, sed in sequela Christi. Unde subditur tanquam id in quo perfectio consistit : et veni sequere me. Cum arguitur quod non possint relinqui affectu quin etiam relinquantur [5] actu, quia relinquere affectu est velle non, habere et cetera ; dicendum quod eo modo [6] quo relinquuntur [7] affectu, relinquuntur [8] etiam actu. Unde iustus qui non habet animum ligatum per affectionem inordinatam ad divitias non retinet etiam per actualem possessionem de divitiis nisi in quantum debet, quia non retinet aliquid ad quod inordinate afficiatur ; sed quia non relinquit ista omnino affectu, ideo etiam non relinquit ea actu. Non est enim intelligendum quod divitiae a quocumque sic relinquendae sint affectu quod animus nullo modo afficiatur ad ipsas nec diligendo eas nec curam aliquam apponendo circa ipsas ; hoc enim nullus facere debet. Unde habere divitias actu, illas scilicet possidendo et illis utendo ; et affectu, illas scilicet ordinate diligendo, nihil imperfectionis importat.

Cod. P fol. 161 Vb
Cod. C fol. 76 Va

Cum arguitur ad oppositum quod sunt instrumenta virtutum et ideo non relinquenda, dicendum quod, in quantum bona temporalia sunt neces-

[1] ut P *et 1a m.* C. — [2] hic PC. — [3] importans C. — [4] abiectu C. — [5] reliquatur PV. *et 1a m.* C. — [6] va est velle non habere, dicendum quod eo modo cat *add.* P, *deinde ras.* — [7] relinquentur C. — [8] relinquentur C.

Digitized by Google

saria ad vitae sustentationem, sic sunt instrumenta omnino necessaria ad quencumque statum perfectionis et sic non sunt relinquenda, ut dictum est. Prout autem ista secundum diversos gradus in quantitate et in modo habendi non sunt omnino necessaria ad vitae sustentationem, sed secundum illos supposita conservatione vitae nata sunt promovere vel impedire ad perfectionem supradicto modo et sic habent magis proprie rationem instrumentorum, scilicet separatorum, sic sunt relinquenda affectu et actu quantum ad modum quo habita magis essent nata impedire ad perfectionem. Sed modo quo magis sunt pro | motiva illius, non sunt affectu nec actu relinquenda. Unde in ordine ad perfectionem vitae, nec secundum illam quantitatem nec secundum illum modum habendi sunt relinquenda, sicut relinquenda sunt in ordine ad perfectionem vitae contemplativae. Cod. F fol. 162 R[a]

Cum etiam arguitur quod status praelatorum est status perfectionis, et tamen non oportet quod illa exteriora modo supradicto praelati relinquant, quia habent non solum bona communia Ecclesiae, sed bona propria patrimonialia possunt habere, et cetera; dicendum quod aliter est status praelatorum, status perfectionis et status religiosorum; quia status religiosorum est status perfectionis praecipue contempla | tivae acquirendae et acquisitae perfecte exercendae; unde est status habens annexa consilia per quae in illo existentes habent instrumenta quibus de non perfectis promptius et facilius possunt fieri perfecti, et perfecti existentes prompte [1] sua perfectione uti; et quia ad hoc, ut dictum est, requiritur exteriora relinquere, ideo status [2] talis perfectionis hoc requirit. Status autem praelatorum est status perfectionis non quidem acquirendae, immo potius habet annexa illa quae acquisitionem perfectionis saltem facilem et expeditam impedirent, sed est status perfectionis habitae et acquisitae exercendae; quia iam existentem perfectum requirit tam quantum ad vitam activam quam contemplativam; quia qui est in statu secundum quem habet alios [3] purgare, illuminare, perficere, debet esse perfectus. Secundum [4] ista est etiam status perfectionis exercendae non quidem principaliter ad se ipsum et etiam in ordine ad Deum immediate secundum contemplativam, sed magis ad exercendum opera perfectionis in ordine ad alium principaliter tamen propter Deum, quod pertinet ad activam; licet etiam, quando potest, debeat contemplationi intendere et vacare. Cod. V fol. 141 R[b]

Unde dicit Augustinus (1), decimo nono, De Trinitate Dei, capitulo decimo nono : otium sanctum quaerit caritas veritatis, negotium iustum

[1] pro vitae] PC. — [2] status talis] talis status P. — [3] aliquos C — [4] sed PC.

(1) *Rectius* S. Augustinus, *De Civitate Dei*, l. XIX, c. 19 (Migne, PL., t. 41, col. 647)

Digitized by Google

Cod. C fol. 76 Vb
Cod. P fol. 162 Rb

suscipit necessitas caritatis [1]. Et ideo cum status contemplativus sit simpliciter eligendus, non autem status | praelationis, sed in casu et propter necessitatem populi, hoc non est nisi quia, | licet [2] status praelationis requirat hominem perfectum et secundum vitam activam et secundum contemplativam, tamen plus circa actionem oportet praelatum occupari. Unde ibi subditur (1): quam sarcinam vero si nullus imponit percipiendae atque intuendae vacandum est veritati ; si autem imponitur, suscipienda est propter caritatis necessitatem ; sed [3] simpliciter est eligendum esse dignum praelatione, quia hoc est esse perfectum. Quia ergo status praelationis importat statum qui requirit et supponit maximam perfectionem quae essentialiter non consistit in abrenuntiatione temporalium in actu, sed affectu et secundum praeparationem animi, ut scilicet sit omnia paratus relinquere vel distribuere si opus sit ; unde absque diminutione perfectionis, secundum eius scilicet essentiam, possunt episcopi habere bona temporalia et in abundantia, non solum communia Ecclesiae, sed propria. Cum tamen decentius esset quod episcopi sequentes vestigia illorum primorum et perfectorum [4] episcoporum, scilicet beatorum apostolorum, essent contenti bonis communibus Ecclesiae et illis moderate et humiliter uterentur ; verumtamen quia huiusmodi abundantia, quantum ad exteriora bona quae requiruntur ad usum et exercitium virtutum politicarum et ad vitam activam pertinent, impedit aliquo modo a bono maiori, licet non vitiose, sed ratione occupationis quam includit, cessare faciendo ab exercitio perfectiori virtutum perfectarum ad vitam contemplativam pertinentium ; ideo etiam ut sic non sunt talia bona eligenda etiam a perfectis. Sed quia talia, ut plurimum, debent esse annexa statui illorum qui habent populum regere propter multiplices necessitates, quos etiam propter necessitatem populi plurimum [5] oportet circa opera virtutum active [6] exerceri, sicut patet in principibus saecularibus et in praelatis ecclesiasticis ; ideo haec sunt eligenda sicut et ipse status qui ad regimen populi pertinet, non quidem secundum se et absolute, sed propter necessitatem sive utilitatem populi ; per hoc enim detrimentum

Cod. P fol. 162 Va

proprium quod patitur quis, in quantum sic occupatus circa exteriora non | sic perfecte et continue et quiete potest in operibus contemplativis perfectioribus exerceri, per utilitatem publicam recompensatur [7]. Ipsis imperfectis autem non sunt eligenda propter periculum circa illa, quod dictum est contingere ex infirmitate communiter contracta. Unde de talibus videtur

[1] caritas PC. — [2] nisi — licet] quia nisi licet P. — [3] et *add.* P. — [4] perfectiorum C. — [5] et plurium *corr 2a m.* C. — [6] vitae *add.* C. — [7] et *add.* C. —

(1) S. Augustinus, *ibid.*, loc. cit., col. 648.

Digitized by Google

dicere Boethius (1), quarto, De Consolatione : plus hominibus reorum adversam quam prosperam prodesse fortunam, quia, ut pertractat, prospera decipit dum facit prospera felicitate incautos, adversa autem instruit dum pavidos reddit et efficit prudentes.

Sed quia perfectis non est | in tantum timendum de isto periculo, ideo propter periculum non sic est abundantia refugienda ab eis ; sed propter hoc quod impeditiva est maioris boni propter quod invite debet quicumque quantumcumque perfectus illum statum assumere qui hanc abundantiam requirit, sed est intelligendum quod sollicitudo et affectio quae habetur a praelatis circa propria quae stante statu suo relinquere possent, si vellent, etsi non tollat essentiam perfectionis, a praelatis tamen magis est diminutiva et impeditiva dictae perfectionis quam illa, quia sollicitudo quae habetur circa res communes pertinet ad caritatem, quae non quaerit quae sua sunt [1] (2) ; sed haec sollicitudo et aliae occupationes activae praelatorum, cum est suscepta cura pastoralis principaliter propter Deum et propter necessitatem populi [2] quod contingit ex vehementi et perfecta caritate, etsi sint impeditivae perfectionis dicto modo, est tamen operatio praelati propter recompensationem utilitatis communis fructuosior et magis meritoria. Cod. V fol. 141 Va

[1] *om.* C. — [2] *om.* P.

(1) Boethius, *De Consolatione Philosophiae*, lib. IV, Prosa VII (Migne, PL., t. 63, col. 823-825) — (2) *Alluditur* I ad Cor., XIII, 5.

Digitized by Google

QUAESTIO XII

Utrum magis diminuit de ratione operationis vel actus perfecti facere aliquid timore poenae corporalis vel amore alicuius boni temporalis.

Cod. C fol. 77 Ra

| Deinde secundo quaerebatur utrum magis diminuat de ratione operationis vel actus perfecti facere aliquid timore poenae corporalis vel amore alicuius boni temporalis. Et arguitur quod magis diminuat facere id amore boni temporalis, quia minus laudabile est facere aliquod magnum pro re modicum pretiosa, quam id facere pro | re magna et pretiosa; sed res magis pretiosa est bonum corporis quam substantia temporalis; ergo minus laudabile est facere aliquid pro lucro temporali, quam pro commodo corporali.

Cod P fol. 162 Vb

Contra. Facere aliquid propter id in quo magis assimilamur brutis minus est laudabile quam facere id in quo ista excedimus. Sed in his quae corporis sunt, puta in delectationibus vel doloribus carnis, brutis magis assimilamur [1], quam in usu bonorum temporalium. Ergo; et cetera.

Respondeo. Circa hoc est intelligendum quod bonitas et malitia actuum moralium secundum se accipiuntur ex obiecto et circumstantiis. Talis autem actus imputatur homini secundum quod est voluntarius. Cum ergo quaeritur: utrum aliquis actus sic vel sic factus plus accedat ad perfectionem virtutis vel malitiam vitii aut plus recedat a perfectione virtutis vel malitia vitiosa; si consideretur id quod est ex parte voluntatis, tunc quanto voluntas in eligendo et operando aliquid est maior vel ferventior sive promptior, tanto opus [2] quod secundum speciem vel circumstantias est bonum vel malum, est magis vel minus imputabile facienti ad bonum vel malum. Et in hoc etiam ipsum opus videtur melius vel peius et agens melior vel peior. Prout enim dicitur, Matthaei (1), septimo, voluntas est arbor ex qua fructus morales procedunt; unde secundum quod ipsa fuerit maior et promptior respectu boni vel mali, secundum hoc dicetur [3] illud opus melius vel peius quoniam, cum peccatum sit voluntarium, in quantum ipsum scilicet

[1] assimilantur C. — [2] corpus P. — [3] vel *add.* C.

(1) Cfr *Evangelium Matthaei*, VII, 16-21.

Digitized by Google

imputabile est agenti, in quantum magis est voluntarium in tantum maius est peccatum respectu unius et eiusdem obiecti. Et similiter intelligendum est de bono quod, cum non sit morale bonum [1], scilicet quantum ad imputationem, nisi sit voluntarium, in quantum est magis voluntarium in tantum est magis bonum.

Si autem consideretur id quod est ex parte obiecti et circumstantiarum, tunc opus quod includit meliorem rationem obiecti et circumstantiarum est perfectius quam illud quod includit minus nobilem rationem obiecti et circumstan | tiarum; et e contra [2], opus quod includit viliorem [3] rationem obiecti et circumstantiarum est peius illo quod includit minus vilem. Cod. P fol. 163 Ra

Cum igitur quaeritur respectu operis boni et virtuosi utrum minus virtuosum sit illud | agere propter metum poenae sensus vel damni vel propter amorem [4] boni delectabilis vel utilis sive lucri, puta ire ad ecclesiam et Deum colere in officiando ut vitetur poena sensus verberationis in capitulo vel vitetur poena damni amissionis pecuniae existentibus [5] in hora distribuendae, quia ire ad ecclesiam sic est opus secundum se bonum et virtuosum, quanto magis voluntarie fit, tanto magis virtuose, et quanto minus voluntarie, minus virtuose. Item quanto fit ex circumstantia nobiliori addita, tanto etiam [6] fit magis virtuose et quanto fit ex circumstantia minus nobili, tanto fit minus virtuose. Si ergo aliquis sic sit dispositus quod ire ad ecclesiam non sit ei omnino involuntarium, immo est voluntarium sic [7] tamen semiplene, quia ad hoc quod velit ire in actu indiget aliquo incitamento, si consideremus talum actum in ordine ad voluntatem voluntarie imperatur, sic videtur dicendum quod quanto minori occasione excitatus erit promptus ire tanto magis voluntarie ibit; quia | si non iret nisi magno incitamento provocatus minus voluntarie iret; quia illud quod virtute debilis agentis exit in actum minus est in potentia quam quod non exit nisi virtute fortioris agentis. Talis ergo faciens bonum, ne modicum bonum [8] temporale amittat, qui etiam multo magis facere hoc si malum maius corporis imminere deberet, magis voluntarie et [9] sic magis virtuose facere videtur quam iste [10] qui tale bonum non faceret ne tale damnum incurreret [11], quod est minus; sed solum ne talem poenam corporalem incurreret, quod est maius. Sicut enim secundum Philosophum (1), tertio Ethicorum : turpissimum est sufferre vel [12] facere aliquod malum turpe sive vitiosum pro nullo vel

Cod. V fol. 141 Vb

Cod. C fol. 77 Rb

[1] morale bonum] bonum morale PC. — [2] converso P. — [3] meliorem P. — [4] damni *add.* P.: *del. postea.* — [5] exercentibus P. — [6] et C. — [7] fit PC — [8] *om.* P. — [9] etiam C. — [10] quam iste] quia ille PC. — [11] incurret C. — [12] sufferre vel facere] facere vel sufferre PC.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (Bekker, vol. II, p. 1110, a).

Digitized by Google

Cod. P fol. 163 Rb modico bo | no, alio scilicet quam quod in ipso [1] actu malo attenditur [2]; quia [3] sic operans facit illud quod secundum se est malum magis voluntarie et propter se; ita potest dici e contrario quod facere aliquod bonum honestum pro nullo alio bono vel modico quam sit in illo actu virtuoso est laudandum, quia talis facit illud quod secundum se est bonum magis voluntarie; et magis attendere videtur ad rationem boni illius operis secundum se, cum facit illud ex modico extrinseco excitatus quam si aliquo maiore incitaretur. Et illud est intelligendum praecipue quando [4] tale bonum propter quod fit non est honestum secundum se et virtuosum. Nam loquendo de bono virtuoso et honesto, in quantum aliquod bonum opus virtuosum fit [5] pro maiori aliquo bono virtuoso secundum quod illud est melius, est etiam opus quod propter ipsum fit melius. Sed hoc pertinet ad sequens membrum, cum scilicet determinabitur [6] de bonitate et malitia actus per comparationem ad obiectum et circumstantias. Nunc autem loquimur de bonitate actus prout egreditur [7] a voluntate; sic enim magis virtuose vel vitiose fit, secundum quod minori motivo alio quam in ipso [8] actu attenditur fit, quia magis voluntarie. Hoc etiam patet per Philosophum (1), decimo Ethicorum et septimo Politicorum; qui vult quod iste [9] qui facilius inducitur ad virtutes minus vituperabilis et magis laudabilis est. Unde cum [10] ad fieri virtuosos requirantur natura, doctrina et consuetudo; propter quod institutae sunt leges habentes vim coactivam ut per eas homines assuescant a malis [11] abstinere et bona facere; quia multi magis obediunt necessitati in damno quod incurrunt per poenas legales quam sermoni simpliciter suadenti et exhortanti ad bonum. Sicut qui sermone induci possunt ad bonum magis attendunt [12] ad esse virtuosum quam qui poenis; ita etiam qui levioribus poenis vel damnis inducuntur, magis etiam sunt laudandi [13]. Cod. P fol. 163 Va Et ita iste magis attendit ad bonum virtutis qui | vadit ad ecclesiam ut vitet poenam damni, quae minor est poena, quam qui vadit ad ecclesiam Cod. V fol. 142 Ra ut vitet poenam sensus, quae est maior | poena; et hoc si consideremus actum istum ut elicitur a voluntate [14].

Si autem consideretur talis actus in ordine ad ipsum obiectum cum circumstantiis, considerandum est utrum talia obiecta cum circumstantiis, talibus sic sint divisa, scilicet quod aliquis sic est dispositus quod tale opus bonum non faceret contemplatione minoris boni vel mali, sed solum contemplatione maioris, puta pro vitando damno duodecim denarios, non iret ad ecclesiam, sed pro vitanda una verberatione in capitulo bene iret; alius

[1] nostro V. — [2] attenderetur *1a m.* C. *in* attendit *corr. 2a m.* C. — [3] quod PC. — [4] cum C. — [5] sit PC — [6] determinatur P — [7] egere dicitur P. — [8] nostro V. — [9] ille PC. — [10] tamen P. — [11] malo P. — [12] accedunt PC. — [13] laudendi V. — [14] *in margine* C: secundum argumentum vel secundum membrum.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 10 (ed. Bekker, vol. II p. 1170, a); et *Politica*, l. VII, c. 13 (ibid., vol. II, p. 1332, a).

Digitized by Google

autem sic est dispositus quod tale bonum opus non faceret contemplatione maioris boni vel mali, sed solum minoris ; puta pro vitanda una verberatione in capitulo non iret, sed pro vitando damno amissionis duodecim denariorum bene iret ; alius autem est sic dispositus quod contemplatione utriusque bene iret, licet non sine altero illorum. Nam si obiecta apud diversos sic habent di | versas circumstantias, ita quod iste habet obiectum cum tali circumstantia, ille vero alia, tunc faciliter poterimus comparare actus invicem. Si vero circumstantiae utrobique [1] sint divisae et obiecta indivisa, nulla erit comparatio actus ad actum secundum [2] hoc. Supponendo ergo in proposito quod circumstantiae sunt divisae, dico quod sicut minus male faceret qui omitteret ire ad ecclesiam ne verberaretur, supposito quod eundo ad ecclesiam debeat verberari, non omitteret autem ire ne in duodecim denarios damnificaretur, quam ille qui omitteret ne in duodecim denarios damnificaretur non autem ne verberaretur ; quia maius bonum est corpus quam divitiae et poena corporis maior quam damnum rerum nisi sit magnus excessus in divitiis vel magna indigentia in homine et modica poena corporis. Ita etiam videtur quod qui vadit ad | ecclesiam ne amittat duodecim denarios, non iret autem si eos conservando deberet verberari, minus bene facit [3] quam qui iret ad ecclesiam ne verberaretur, non iret autem si loco verberationis deberet amittere duodecim denarios. Sicut enim gravius peccat cuius voluntas ex intentione vilioris finis inclinatur ad peccandum, ita etiam minus virtuose agit qui ex minus bono fine inclinatur ad bene faciendum. Si ergo uterque talium aeque voluntarie vel involuntarie feratur in ipsum bonum volitum, quantum ad hoc unus non videtur minus vel magis bene facere quam alius secundum rationem ipsius voluntarii ; sed hoc contingit ex ratione circumstantiae additae. Unde sicut fortitudo est virtus nobilior quam liberalitas et avaritia peius vitium quam timiditas, quia amare secundum rationem bonum corporis est melius quam amare bona exteriora secundum rationem, et subdi secundum appetitum per amorem inordinatum bonis exterioribus est peius et deformius quam subdi secundum appetitum et secundum amorem inordinatum bonis corporis, et etiam quia timor periculorum corporis est magis efficax ad hoc quod hominem faciat recedere a bono rationis quam timor amissionis bonorum exteriorum secundum quod bonum corporis est melius bonis exterioribus ; ita etiam recedere a bono rationis ex timore [4] poenae corporalis minus malum est quam recedere timore damni temporalis ; et e contra, facere aliquod [5] bonum secundum rationem pro observatione boni corporis magis habet de ratione boni quam facere id pro conservatione boni temporalis nisi in casu, ubi

Cod. C fol. 77 Va

Cod. P fol. 163 Vb

[1] utroubique VPC ; utrobique *corr. 2a m.* C. — [2] sed PC. — [3] bene facit] facit bene C. — [4] ex timore] exteriore V. — [5] aliquid P.

Digitized by Google

scilicet conservaretur bonum corporis modicum et perderetur de rebus exterioribus multum vel aliquid huiusmodi, magis bonum ergo est ire ad ecclesiam et conservare bonum corporis quam ire ad ecclesiam et conservare bonum temporale; et magis malum non ire ad ecclesiam et verberari quam non ire ad ecclesiam et amittere modicam pecuniam; minus ergo virtuose agit vadens ad ecclesiam timore damni solius quam timore poenae solius.

Cod. V fol. 142 Rb
Cod. P fol. 164 Ra

Si vero aliquis | sic sit [1] dispositus quod ratione utriusque praedictorum vellet tale bonum facere, ita tamen quod illa [2] haberent proprie | rationem finis, sic scilicet quod ire ad ecclesiam secundum se nullo modo illi esset voluntarium, sed utroque praedictorum fieret voluntarium, talis videretur minus accedere ad bonum virtutis quam ille qui solum ratione poenae corporalis iret [3], omittendo ire etiam si damnum incurreret, quia magis haberet affectum corruptum in quantum subiectus esset minus nobili fini quam [4] nobili magis; sicut minus | accedit ad bonum virtutis qui est timidus et avarus quam qui est timidus solum. Et similiter videtur minus accedere ad virtutem quam ille qui hoc faceret solum timore damni et non timore poenae corporalis [5]; quia non accedit iste nisi ad unum finem non nobilem, alius autem ad duos, licet alter istorum sit nobilior altero; sicut minus accedit ad bonum qui est timidus et avarus quam qui est avarus tantum.

Cod. C fol. 77 Vb

Praedicta patent per alia exempla; puta: aliqua fornicatur timore poenae corporis quae non fornicaretur timore poenae damni; et aliqua timore poenae damni [6] quae non fornicaretur timore poenae corporis. Istis consideratis, non secundum rationem magis vel minus voluntarii, quia supponatur utrobique aeque voluntarium, sed secundum circumstantiam finis, videtur dicendum quod peior sit quae fornicatur timore damni quam poenae. Similiter etiam quae continet sensus timore poenae et non damni videtur magis accedere ad [7] bonum virtutis et magis recedere a malo quam quae continet timore damni et non poenae. Prout enim dicit Glossa [8] (1) super illud prima Timothei (2), quinto: qui bene praesunt presbyteri duplici honore [9] habeantur digni [10]; boni pastores non solum sublimi honore praeveniri debent, sed etiam terreno; non tamen est venale evangelium ut pro terrenis praedicetur; si enim sic vendunt magnam rem, pro vili vendunt. Ita etiam in proposito qui bonum aliquod facit prore corporali vel temporali ut pro

[1] sic sit] sit sic PC. — [2] ista C. — [3] nec P. — [4] cum VP *et 1a m.* C. — [5] corporis PC — [6] et *add.* P. — [7] *om. 1a m.* C. — [8] Gregorius PC. — [9] damni *add.* P. — [10] habeantur digni] digni habeantur C.

(1) *Biblia sacra cum Glossa ordinaria*, t. VI, col. 716 (Antwerpiae MDCXXXIV). — (2) I *Thim.* V, 17.

Digitized by Google

fine secundum quod finis est vilior vel minus nobilis, secundum hoc | tale quid minus accedit ad bonum virtutis. Si autem haec non considerantur sub ratione finis principalis, sed inducentis et excitantis voluntatem ut illud [1] quod est per se bonum et volendum, volitum tamen imperfecte, per hoc efficiatur perfecte voluntarium; et consideretur utrumque [2] istorum secundum modum et gradum naturae suae, scilicet quod bonum corporis appetatur ut maius bonum, et bonum extrinsecum ut minus bonum, et ut faciens vel vitans aliquid propter maius, etiam illud vitaret vel faceret propter minus, non autem e converso, secundum hoc est dicendum, ut praedictum est, quod in malis faciens aliquod [3] malum [4] et vitans aliquod [5] bonum propter timorem magis mali sive ne perdatur magis bonum, minus male facit quam ille qui hoc faceret vel vitaret timore minoris mali vel ne amitteret minus bonum, quia minus voluntarie hoc facit; nam qui facit vel omittit aliquid pro minori bono consequendo vel malo fugiendo, faceret etiam [6] hoc pro maiori, non autem e converso. In bonis autem videtur dicendum quod faciens aliquod [7] bonum vel vitans aliquod [8] malum timore alicuius parvi boni consequendi vel parvi mali vitandi, magis bene facit quam ille [9] qui hoc faceret vel vitaret pro maiori, quia magis voluntarie hoc fit; nam qui facit vel omittit aliquid pro modico, faceret vel omitteret illud pro maiori, non autem e converso; sicut enim malum quanto magis est involuntarium tanto minus malum est, ita etiam bonum quanto magis est involuntarium tanto est minus [10] bonum; et sicut malum quanto magis voluntarium est, est magis malum, ita etiam et bonum quanto magis voluntarium tanto melius; et cetera.

Cod. P fol. 164 R[b]

Per praedicta patet responsio ad primum argumentum. Ad aliud autem in contrarium est dicendum quod, licet appetitus respectu bonorum exteriorum secundum electionem vel | fugam quantum ad naturam minus assimiletur [11] brutis quam respectu bonorum corporalium quibus in natura corporis communicamus, tamen quia inter maiora bona [12] sunt bona corporis [13], ideo etiam magis amanda et contraria horum [14] magis fugienda.

Cod. V fol. 142 V[a]

[1] id C. — [2] uterque P. — [3] aliquid C. — [4] malum PC. — [5] aliquid C. — [6] et C. — [7] aliquid C. — [8] aliquid C. — [9] iste C. — [10] est minus] minus est P — [11] assimilentur P. — [12] maiora bona] bona maiora PC. — [13] et *add.* C. — [14] eorum P.

Digitized by Google

QUAESTIO XIII

Utrum religiosus sive professus sive non professus habens parentes ita vehementer contristatos de hoc quod talis est in religione, quod sunt propter hoc in periculo mortis, nisi per egressum filii eis subveniatur, teneatur exire pro consolatione ipsorum.

Deinde circa homines perfectos in speciali quaerebatur unum pertinens ad religiosos solum et unum pertinens ad habentem curam animarum simpliciter et unum pertinens | ad religiosum habentem curam animarum.

Cod. C fol. 78 Ra

Circa primum quaerebatur utrum religiosus sive professus sive non professus habens parentes ita vehementer contristatos de hoc quod talis est in religione, quod sunt propter hoc in periculo mortis nisi per egressum filii eis subveniatur, teneatur exire pro consolatione ipsorum.

Et arguitur quod sic. Quia illud quod non est de necessitate salutis est dimittendum pro eo quod est de necessitate salutis [1]; sed observantia religionis non est de necessitate salutis, alioquin nullus salvaretur nisi religiosus; sed observare praecepta decalogi [2], inter quae praeceptum de honore parentum continetur, est de necessitate salutis; ergo, et cetera. Quod autem haec honoratio non solum sit substantiam temporalem tribuendo si sint pauperes, sed etiam ipsos consolando, videtur quod dicitur Ecclesiastico (1), tertio : fili, suscipe senectutem patris et ne contristes eum in vita illius. Glossa : filii carnales honore et solatio debent fovere parentes.

Contra. Christus in cruce vidit matrem suam multum vehementer contristatam super eius crucifixionem [3]; et tamen propter eius consolationem non descendit; ergo alii filii pro contristatione parentum non debent de cruce poenitentiae descendere.

Respondeo dicendum quod, quia materia ista [4], licet sub alia forma alias (2) fuit tractata, ideo ad praesens breviter est dicendum quod religiosus non minus, sed magis videtur esse obligatus [5] ad observandum omnia

[1] est dimittendum — salutis] *om. 1a m.* C. ; est dimittendum, est dimittendum pro eo quod non est de necessitate salutis *add. in marg. 2a m.* C. — [2] decalogii PC. — [3] crucifixione P. *et 1a m.* C. — [4] illa P. — [5] *om. 1a m.* C. —

(1) *Eccles.* III, 14. — (2) Vide *Quodlibetum IV*, q, XIX (p. 291).

Digitized by Google

praecepta divina quam non religiosus, cum ergo saecularis teneatur in vita vel in vitae necessariis parentes sustentare cum non est alius qui faciat, ideo et religiosus ad hoc [1] tenetur. | Absit enim quod aliqua religio christiana statuat aliqua quae derogent observationi praeceptorum, quia in his quae sunt a religione speciali superaddita non consistit principaliter et essentialiter perfectio, sed in sola perfecta observatione praeceptorum quae sunt de actibus omnium virtutum, quae pro quanto perfectius observantur cum consiliis quam sine illis, pro tanto consilia ut instrumenta sunt respectu perfectionis, ita etiam quod ista [2] nihil valent, praeceptis omissis ; observatio autem praeceptorum valet et [3] salvat, consiliis omissis. Et hoc declarat Anselmus (1), libro De Similitudinibus, capitulo nonagesimo primo et nonagesimo secundo, dicens : duo ordinis sunt genera religioso convenientia. Unum exterius, quo religiosus videtur; aliud interius, quo religiosus habetur. Et illud quidem exterius factitii, hoc vero interius, naturalis ordinis est. Factitius quippe facticiae sunt consuetudines. Has etenim [4] homines adinvenerunt [5] et quibusdam de causis rationabilibus servandas instituerunt. Naturalis vero ordinis naturales sunt virtutes, ut humilitas, caritas et cetera. Has enim Deus ipse naturaliter indidit homini, suaeque salutis causa servandas mandavit. Ille [6] itaque factitius ordo sine isto nihil homini prodest, sed magis dedecet; iste vero sine illo [7] hominem salvare potest et prodest et decet; ut tamen firmius teneatur valde necessarius est factitius.

Cod. P fol. 164 Vb

Secundum hoc ergo est dicendum quod propter religionis ingressum non est filius absolutus a debito quo patri subvenire tenebatur de iure naturali et divino. Si ergo parentes habent necessitatem cui non subveniretur ab alio, sed solus filius relinquitur ut subveniat, non refert utrum sit in saeculo vel in religione ad debitum hoc sol | vendum, quia est naturale quod nullo miraculo superaddito, maxime cum non respicit principaliter nisi bonum aliquod personale, solvi potest. Sed in omni obligatione manet exceptum, ita tamen quod, cum sit praeceptum affirmativum, non obligans [8] quidem ad | semper ; puta, si parentes non indigeant semper vel | cum eis potest aliter subveniri vel [9] cum ipse filius non possit eis subvenire supposita animae suae salute ; obligat [10] tamen semper sic quod immobiliter et naturaliter filius est obligatus ad subveniendum parentibus cum indigeant nec est alius qui subveniat et ille [11] cum salute animae habet potestatem eis subveniendi.

Cod. V fol. 142 Vb

Cod. P fol. 165 Ra Cod. C fol. 78 Rb

[1] ad hoc] adhuc P.; ad hac C. — [2] illa C. — [3] *om. 1a m.* C. — [4] enim *ras* C. — [5] adinveniunt P. — [6] iste C. — [7] *om. 1a m.* C. — [8] obligatus PC. — [9] cum — vel *om.* C. — [10] obligatus *(sic)* C. — [11] iste C.

(1) Anselmus Cantuariensis, *Liber de Similitudinibus*, c. XC (Migne. PL. t. 159, col. 660). *Paulo aliter.*

Digitized by Google

Hanc autem potestatem [1] non potest tollere aliqua obligatio voluntaria superveniens sive religionis sive cuiuscumque alterius, quia filius talibus condicionibus stantibus est quasi servus naturaliter parentum et eis sic obligatus quod non potest vinculum voluntarium fortius supervenire quo solvatur [2] maxime de obligationibus personalibus sive bonum personale respicientibus et voluntariis. Unde dicit Ambrosius (1) super Lucam (2), decimo octavo: honora patrem tuum, pasce patrem tuum; pasce matrem tuam et si paveris, adhuc non reddidisti dolores et cruciatus quos pro [3] te passa est. Illi debes quod habes, cui debes quod es.

Qui ergo dicunt [4] bene [5] quod filius habens parentes indigentes non debet intrare religionem propter fortius vinculum praecedens, habent docere quare qui intravit, non obstante professione voluntarie superveniente, non debet eis subvenire; quia non videtur impediri [6] ab ingressu nisi quia non potest inducere obligationem quae ipsum ab hac obligatione de exhibenda ista subventione absolvat [7], ut sic scilicet a parentibus recedens posset ire ad religionem regulares observantias servaturus. Sed ratio eadem est ut si, cum non indigent, profitetur [8], quod hoc sit salvo iure naturalis obligationis implendae si occurrat tempus necessitatis. Religiosus ergo, in quantum religiosus, promptius et perfectius et ferventiori amore [9] debet parentibus in necessitate subvenire quam saecularis, tamen quod hoc faciendo, quanto magis potest ea quae religionis sunt observet et quanto citius
Cod. P fol. 165 Rb potest ad religionem perfecte servan | dam in omnibus revertatur. Alioquin non est verus et bonus religiosus nec quantum ad ordinem naturalem, quia eum violat in tali praecepto; nec quantum ad ordinem [10] factitium, quia non valet sine naturali. Si ergo in casu proposito ita sit quod probabiliter aestimetur quod occasione praedicta parentes sint in periculo inevitabili mortis vel etiam [11] morbi gravissimi incurabilis [12] per aliam viam nisi talis egrediatur, et sicut alias (3) dictum est, ad subveniendum eis in victualibus, deberet exire ad vitae sustentationem. Nunc autem, etsi vita eorum non deficiat propter carentiam victualium sed propter carentiam praesentiae filii et consolationis, ex ipso videtur consimiliter in hoc casu dicendum, scilicet quod debet egredi. Sed, quia alius defectus magis est manifestus eo quod tales morbi facilius consimulantur [13], ideo non est de facili [14] credendum nec etiam exequendum; sed oportet magnam circa hoc diligentiam adhibere; tali tamen suppositione stante, sic videtur dicendum, sicut iam dictum est, scilicet quod debet egredi.

[1] potentiam PC — [2] salvatur P. — [3] per P. — [4] et *add.* PC. — [5] *om.* C. — [6] impedire C. — [7] absolvit C. — [8] peficetur P. — [9] amori PC. — [10] naturalem — ad ordinem] *om.* P. — [11] in *add.* C. — [12] incurabili CV. — [13] simulantur PC. — [14] hoc *add.* C.

(1) Sanctus Ambrosius, *Expositio Evangelii secundum Lucam* (Migne, PL. t. 15, col. 1787, 75). — (2) *Evangelium Lucae*, c. XVIII, 20. — (3) Cfr. *Quodl.* IV, q. XIX (p. 291).

Digitized by Google

Argumentum ad oppositum non valet, quia licet dolor Beatae Virginis esset maximus, sic tamen inter limites rationis et naturae ordinate tenebatur quod non erat mortis inductivus ; et hoc patuit per effectum. Hoc autem bene scivit Christus. Praeterea negotium quod Christus moriendo in cruce agebat erat negotium publicum, quia redemptionis et salutis totius mundi effectivum ; tale autem negotium, maxime quando non potest bono modo differri nec per alium suppleri, non est pro necessitate personali parentum omittendum [1] et cetera.

[1] *del. et* praetermittendum *corr. alia m.* C.

Digitized by Google

QUAESTIO XIV

Utrum sacerdos omnis ad hoc quod possit suos subditos absolvere debet esse multum instructus et peritus in scientia theologica.

Cod. V fol. 143 Ra
Cod. C fol. 78 Va

Postea circa secundum quaerebatur utrum sacerdos omnis ad hoc quod | possit suos subditos absolvere debet esse multum instructus et peritus in scientia theologica. | Et arguitur quod sic, quia non potest absolvere nisi habeat claves Ecclesiae ; sed una clavis est clavis scientiae non autem cuiuscumque, sed scientiae theologicae ; quare ; et cetera.

Cod. P fol. 165 Va

Contra : multi sunt sacerdotes modicum instructi in hac scientia qui tamen | scientibus et consentientibus Ecclesiae praelatis absolvunt ; inconveniens autem videtur eos sustinere si absolvere non possent ; ergo ; et cetera.

Respondeo dicendum, quod habitum scientiae requiri in habente claves potest intelligi vel ut sit necessarius ad hoc quod istae claves habeantur, et sic non requiritur aliquis habitus scientificus in habente claves, quia clavis est potestas ordinis ut est ad aperiendum regnum caelorum per auctoritatem discernendi et diffiniendi in foro animarum ; huic autem potestati non repugnat defectus scientiae, quia fundatur in ordine, sive in eo quod in sacramento ordinis confertur ; hoc autem potest consequi laicus baptizatus, qui potest de facto ordinari cum habeat fundamentum omnium sacramentorum, scilicet baptismum.

Vel sic potest intelligi habitus scientiae requiri in habente claves ut sit necessarius ad usum debitum seu debitam executionem clavium ; et sic[1] est necessarius habitus scientiae aliqualis in habentibus claves ; et tamen secundum magis et minus secundum quod habent de minoribus vel de maioribus discernere et diffinire.

Sed tamen de habitu sic requisito, scilicet ad debitam executionem clavium, ad hoc ulterius potest distingui, quia potest intelligi requiri habitus scientiae eminentis, ut scilicet aliquis circa ea de, quibus habet discernere et iudicare vel diffinire, habeat notitiam subtilium difficultatum et occultarum quae circa illa possunt considerari, quae tamen non sunt omnino necessaria ad sciendum quantum ad usum necessarium clavium qui secun-

[1] et sic] om. 1a m. C.

Digitized by Google

dum statum uniuscuiusque utentis requiritur; et sic non est necessarius talis habitus. Vel potest intelligi requiri habitus scientiae sufficientis, ut scilicet sciat quae sunt subiecta suo iudicio et quae non, et sciat dubitare ubi dubitandum est et consulere peritiores et remittere ad maiores et superiores; et sic est habitus scientiae necessarius ad debitum usum clavium. Et sic debet intelligi quod dicit Augustinus (1), De vera et falsa Poenitentia, et ponitur quarto Sententiarum (2), distinctione decima nona, capitulo : Qualem | . Spiritualis iudex non careat munere scientiae; oportet enim ut sciat cognoscere quod debet iudicare, scilicet cognoscendo casus reservatos; iudiciaria enim potestas hoc postulat ut, quod debeat iudicare, hoc discernat et propter hoc [1] dicitur Levitico, vigesimo primo : caecus non accedet ad ministerium Dei; et cetera. Per hoc patet responsio ad obiecta. Cod. P fol 165 Vb

[1] propter hoc] postea V.

(1) Sanctus Augustinus, *De vera et falsa poenitentia*, c. XX (Migne, PL, t. 40, col. 1129). — (2) Petri Lombardi *libri IV Sententiarum*, l. IV, dist. XIX, c. 4 (Ad. claras Aquas, 1916, vol. II, p. 871).

Digitized by Google

QUAESTIO XV

Utrum religiosus et praecipue de religione exempta habens curam animarum sub episcopo teneatur magis confiteri episcopo sive ad mandatum episcopi quam abbati suo.

Postea, circa tertium quaerebatur utrum religiosus et praecipue de religione exempta habens curam animarum sub episcopo, teneatur magis confiteri episcopo sive ad mandatum episcopi quam abbati suo. Et arguitur [1] quod magis episcopo ; quia, cum in Ecclesia sint isti tres gradus, scilicet simplices subditi, maiores praelati, ut episcopi, et sacerdotes curati, ergo sicut simplices subditi tenentur confiteri suo curato parochiali, ita sacerdotes curati tenentur confiteri suo episcopo ; quare ; et cetera.

Contra. Illi magis debet obedire religiosus cui magis est obligatus. Sed magis est obligatus [2] suo abbati [3], quia simpliciter et quasi universaliter, quam episcopo, quia solum in his quae ad curam pertinent. Ergo ; et cetera.

Respondeo dicendum, quod obediendum est in his quae ad confessionem pertinent ei qui habet curam confitentis. Cum ergo iste, cui maior praelatus committit curam [4] animarum inferiorum subditorum, subsit etiam eidem superiori quantum ad hoc quod eius curam habet, quia potest eum visitare sive corrigere de culpis sicut et alios suos subditos, et excommunicare et alias poenas spirituales infligere, talis monachus, etiam si prius erat exemptus antequam episcopo praesentaretur ut in nullo ei subesset, tamen
Cod. C fol. 78 Vb | in praesentatione et admissione eius fit ei subiectus, sicut et alius sacerdos saecularis cui episcopus curam committit [5].

Cod. V fol. 143 Rb Unde etiam nec curam huius posset relinquere ad claustrum rede | undo [6] sine licentia episcopi de iure communi, ut patet, Extra : (1) De Renuntiatione [7] : Admonet.

Quamvis enim teneatur observare quae sunt regularis professionis quantum ad ea quae non impediunt regimen curae pastoralis | respectu suo-
Cod. P fol. 166 Ra

[1] arguebatur C. — [2] magis est obligatus] *om.* C. — magis obligatur *add.* 2a *m.* C. — [3] confitentis — curam] *om.* 1a *m.* C. ; confitentis cum ergo iste cui maior praelatus curam 2a *m.* C. — [5] committat C. — [6] et *add.* C. — [7] renuntiationibus PC.

(1) c. 4, X, De Renuntiatione, I, 9 (Friedberg, *Corpus Juris Canonici*, 1881, vol. II, col. 104).

Digitized by Google

rum subditorum active, tamen quantum ad ea quae spectant ad regimen suae animae propriae, scilicet passive respectu sui superioris factus est a subiectione abbatis ; sicut etiam religiosus factus episcopus quantum ad talia exemptus est a suo abbate et subditus factus est suo archiepiscopo.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod monachus magis est obligatus ad obediendum suo abbati quam ad obediendum episcopo quando non est translatus a statu simplicis monachi ad statum curati ; sed facta huiusmodi translatione magis est obligatus episcopo quam abbati, remanente nihilominus obligatione voti quod emisit in professione, quod semper debet servare secundum quod ei est possibile et conveniens cum regimine curae pastoralis.

Digitized by Google

QUAESTIO XVI

Utrum appetitus bruti sit liber et sic possit dici voluntas.

Deinde circa naturam [1] bruti quaerebatur unum, scilicet utrum appetitus bruti sit liber et sic possit dici voluntas. Et arguitur quod sic, quia ille appetitus est liber et voluntas potest dici qui ex se ipso non ab alio vere et proprie motus tendit in finem. Sed hoc convenit appetitui bruti, quia dicit Philosophus (1), primo, De generatione, quod finis non movet aliquem appetitum [2] nisi secundum metaphoram [3]. Ergo; et cetera.

Contra. Habens appetitum liberum potest mereri et demereri ut sit beatus; sed brutum non potest mereri; ergo; et cetera.

Respondeo dicendum quod ad videndum an appetitus bruti sit liber primo [4] considerandum quid nomine appetitus intelligitur; et [5] secundo etiam quid intelligitur nomine libertatis, sive quid est illud ratione cuius aliqua dicuntur habere libertatem et quae sint illa quae habent libertatem et quae non; tertio solvendae sunt rationes quae impugnant determinata et determinanda [6] circa hoc; quarto concludenda est veritas quaesiti. Ut ergo primo videamus quid nomine appetitus intelligitur primo videamus eius divisionem.

Est igitur intelligendum quod, cum omnia entia bonum, hoc est suam perfectionem appetant, in omnibus entibus oportet ponere appetitum. Unde
Cod. P fol. 166 Rb appetitus | alicuius nihil aliud videtur dicere quam principium inclinativum sive inclinationem vel aptitudinem sive ordinem ad assecutionem [7] vel conservationem suae perfectionis. Et inde est quod in [8] omnibus dicitur esse appetitus, licet in omnibus non sit cognitio.

Esse enim quod habent res in cognoscente secundum esse cognitum, sive secundum quod in cognoscente habet [9] res cognita [10] esse, non est ipsarum esse naturale et reale secundum quod habent esse in se ipsis, sed

[1] naturas C. — [2] aliquem appetitum] *om.* C. — [3] metaphoricam PCV; metaphoram *corr.* 2a *m.* V; metaphoriam *corr.* 2a *m.* C. — [4] est *add.* 2a *m.* C. — [5] *om.* C. — [6] et determinanda] *add.* 1a *m.* C, *del.* 2a *m.* C. — [7] exsecutionem *corr.* 2a *m.* C — [8] ibi C. — [9] esse *add.* C — [10] cognitum *add. in marg.* 2a *m.* C.

(1) Aristotelis *De Generatione*, l. I, c. 7 (ed. Bekker, vol. I, p. 324, a).

Digitized by Google

est quoddam esse quasi spirituale secundum quandam rationem et formam aliquo modo immaterialem [1], etiam in cognitione sensitiva, qua informatur et perficitur anima et ipsi rei cognitae assimilatur. Non omnia autem nata sunt sic immaterialiter immutari. Et quia assimilatio, qua in cognitione [2] dicitur cognoscens assimilari rei cognitae, completur in ipso cognocente, hinc est quod cognitio dicitur esse motus rei ad animam ; et dicitur esse verum [3] in intellectu formaliter, licet causaliter sit in rebus.

Sed quia appetitus est quidam ordo vel quaedam inclinatio in aliquid [4] propter quandam conformitatem quam habet res in qua est appetitus ad illud ad quod per appetitum inclinatur, conformitatem autem bene habet res aliqua ad aliquid [5] sive apprehendat sive non ; ideo | etiam in rebus cognitione carentibus est appetitus. Grave enim appetit esse deorsum, quia per formam et naturam quam habet, conformitatem habet ad illum locum specialiter et ideo per naturam et formam suam illum locum dicitur appetere et ad ipsum [6] inclinari. Homo etiam dicitur appetere [7] balneum quia, cum illo indiget, habet realem conformitatem ad ipsum. Simul cum hoc etiam apprehendit ipsum et per formam apprehensam appetit ipsum et in ipsum tendit. Unde esse quod habent res in appetente vel volente non est | nisi quaedam inclinatio et ordo appetentis ad ipsas res secundum se ipsas propter [8] conformitatem quam habet ad ipsas [9]. Et quia talis inclinatio non completur nec terminatur in appetente secundum quod appe | tens, sed in rei adeptione, in qua adeptione consistit bonum et perfectio appetentis, illa tamen non est perfectio appetentis secundum ipsum appetitum, sed secundum aliquid aliud quod habet rationem magis principalem in appetente [10] ad [11] quam tendit appetens secundum quod huiusmodi ; ideo dicitur quod appetere est motus ab appetente ad res et quod bonum formaliter est in rebus, licet causalitatem habeat super actum appetendi in cognoscitivis [12]. Et quantum ad praesens sufficit.

Cod. C fol. 79 R[a]

Cod. V fol. 143 V[a]

Cod. P fol. 166 V[a]

Cum sint tria genera entium, scilicet non cognoscentia, sentientia et intellectiva, in omnibus est ponere appetitum sed differenter. Unde etiam [13] distinguitur triplex appetitus : naturalis, animalis et rationalis vel intellectualis, non sic quidem quod in illo in quo est appetitus animalis vel rationalis non sit naturalis, sed sic quod bene est alicubi appetitus natu-

[1] aliquo modo immaterialem] immaterialem aliquo modo C — [2] incongrue P *et 1a m* C. — [3] vera C *cum ras. in parte superiori litterae* a. — [4] aliud *corr. 2a m.* C. — [5] aliqua C. — [6] illum C. — [7] et ad ipsum inclinari *add.* P *postea del.* — [8] vel C. — [9] ipsam VP. — [10] in qua — appetente] *om.* PC. — [11] *om.* C. in *suppl. 2a* m. C. — [12] In qua quidem adeptione consistit bonum et perfectio appetentis illa tamen non est perfectio appetentis secundum ipsum appetitum sed secundum aliquid aliud quod habet rationem magis principalem in appetente in qua *add. in marg. alia m.* C. — [13] et C.

Digitized by Google

ralis, ita quod non animalis vel rationalis, et alicubi est animalis ubi non est rationalis. Per hoc igitur patet quid est appetitus. Nunc igitur videamus singula membra dividentia.

Dicitur igitur appetitus naturalis id quod est in re aliqua vel natura secundum quod eam sequitur inclinatio vel aptitudo ad assequendum [1] perfectionem aliquam secundum habitudinem et conformationem realem quae est inter illam rem et huiusmodi perfectionem, sive illud ex quo suam consequitur perfectionem. Et hoc absque omni cognitione sive absque hoc quod ista perfectio habeat praeesse in perfectibili [2] secundum aliquod [3] esse cognitum. Et talis appetitus potest assignari in omnibus entibus. Insensibilia enim appetunt suas perfectiones, ut de se patet. Similiter sensibilia etiam appetunt suas perfectiones ; nam potentia apprehensiva sensitiva, quae perficitur per actum sentiendi, illum naturaliter appetit non praecognoscendo, et sua appetitiva potentia quae perficitur per actum appetendi naturaliter appetit actum appetendi. Ita etiam est in homine rationali quoad intellectum et voluntatem.

Est autem circa hoc intelligendum quod huiusmodi [4] appetitus naturalis non semper est aliquid [5] additum ultra essentiam appetentis. Sicut dicimus quod materia ut omnino prima appetit formam ut suam perfectionem habendam cum non habet et conservandam cum habet, et [6] sic
Cod. P fol. 100 Vb etiam dicimus quod sensus | appetit sentire et appetitus appetere et cetera. Et sicut dicimus quod unumquodque ens imperfectum appetit suam perfectionem habendam, cum non habet, et conservandam cum habet, intelligendum est etiam quod, licet res per talem appetitum dicatur suam perfectionem appetere, appetere autem est verbum significans actum vel per modum actus, illud tamen appetere naturalis [7] appetitus non est aliqua operatio differens ab isto appetitu et ipsum perficiens, ut patet in exemplis praedictis ; sed est id ipsum realiter quod res ipsa, ut in aptitudine ad suam perfectionem qua secundum se carens perfectibilis est. Et propter hoc illud appetere, licet significet id quod significat per modum actus, non tamen significat verum actum.

Viso igitur quid [8] sit appetitus naturalis [9] et eius actus, videamus quid sit appetitus [10] animalis et eius actus. Dicitur autem appetitus animalis id quod est in re secundum quod est vel nata est esse inclinatio ipsius rei ad bonum aliquod vel perfectionem aliquam, non solum secundum conformitatem aliquam realem quae est inter appetentem et appetibile, sed secundum quod appetibile ipsum ad quod habet appetens conformi-

[1] esse quantum *corr.* 2ª *m.* C ; ad *add.* 2ª *m.* C. — [2] imperfectibili P, 1ª *m.* C *et* 1ª *m.* V. — [3] aliquid *corr.* 2ª *m.* C. — [4] huius PC. — [5] aliquod C. — [6] *om.* P. — [7] vel *corr.* *alia* (?) *m.* C. — [8] qui P. — [9] animalis *corr.* *in marg.* *alia* ? *recentior* *m.* C. — [10] videamus — appetitus] *om.* C.

Digitized by Google

tatem iam habet esse in illo | appetente secundum esse cognitum vel secundum apprehensionem, non quamcumque, sed determinatam secundum condiciones individuales, ut hic [1] scilicet et nunc, et cetera. Unde appetitus talis, qui est appetitus sensualis, est potentia secundum quam appetens natus est [2] inclinari in apprehensum secundum sensum et secundum formam apprehensionis. Sicut enim appetitus naturalis est vis quam | consequitur inclinatio secundum solam aptitudinem realem quam habet res ex forma vel natura sua ad appetibile, ita appetitus sensitivus est vis quam consequitur inclinatio secundum modum et formam apprehensionis sensitivae ipsius appetibilis sive secundum esse cognitum quod habet in appetente.

Cod. C fol. 79 Rb

Cod. V fol. 143 Vb

Et sicut potentia apprehensiva est aliquid realiter differens ab ipsa natura vel essentia animalis, ita etiam est de ipso appetitu animali. Et etiam actus appetendi talis appetitus est | res aliqua et formalis perfectio potentiae appetitivae, habens pro subiecto ipsum appetitum et pro obiecto aliquid aliud quod est bonum vel perfectio ipsius appetentis [3] secundum aliquid aliud eius [4] sive secundum aliquem alium actum convenientem sibi secundum aliam potentiam principaliorem. Unde licet talis appetitus, ut est naturalis et non est [5] aliud quam ipsa [6] essentia vel natura potentiae appetivae, non sic proxime et [7] immediate nisi respectu suae perfectionis, quae etiam est bonum ipsius et non est nisi ipsum appetere animale, quod est actus realiter differens a potentia appetitiva quem appetit huius potentia actu appetendi, qui realiter non differt ab ipsa potentia, cum scilicet naturaliter appetit quodcumque appetere animale proxime et immediate, sed mediante illo ulterius appetit aliam perfectionem magis principalem [8], tamen ut est animalis et appetit actu distincto realiter ab ipsa potentia nunquam [9] per se respectu alicuius actus quo [10] formaliter perficiatur, sed semper est [11] respectu alicuius alterius perfectionis perfectioris, quae est non quidem bonum et perfectio ipsius appetitus, sed est obiectum appetitus et bonum et perfectio alterius, quia in animalibus appetitivae potentiae et earum [12] perfectiones sunt propter vires apprehensivas et earum perfectiones ; nam [13] desiderium vel concupiscentia [14] est propter operationem delectabilem secundum aliquem sensum et delectatio est propter ipsam sensibilem operationem, secundum Aris-

Cod. P fol. 167 Ra

[1] hoc P. — [2] *om.* VP *et 2a m.* C. — [3] appetitus P. — [4] *om.* P. — [5] *del* C, *et* sit *corr. alia m.* — [6] *om.* C. — [7] etiam P. — [8] proxime — principalem] *om.* C ; proxime — appetit alio modo perfectionem — principalem *in marg. alia m.* C. — [9] per *add.* V. — [10] actus quo] ab aliquo PC. — [11] se — est] *om.* C ; se — est respectu *alia m.* C *in marg.* — [12] eorum C. — [13] vero P ; *om.* C, ut *alia m.* C. — [14] concupiscitiva V.

Digitized by Google

totelem (1), decimo Ethicorum. Unde appetitus talis nunquam per suum actum qui proprie dicitur et vere [1] est actus per se et directe appetit perfectionem ; immo [2] ipsum appetere est [3] ipsa perfectio appetitus ; sed semper appetit perfectionem aliam principalem, ex qua [4] etiam in ipso appetitu causatur quaedam delectatio perfectiva ipsius. Ex hoc patet quod in bruto sensus est nobilior potentia quam appetitus et quod per operationem sensitivam perfectius et principalius unitur brutum rei appetitae quam per appetitum. Ex quo etiam ulterius posset concludere quis ita esse in voluntate respectu intellectus. Sed de hoc nihil ad praesens nisi quod
Cod. P fol. 107 Rb ratio, qua aliqui (2) ponere volunt quod per volun | tatem aliquid perfectius unitur appetibili quam per intellectum, etiam concluderet hoc in bruto de appetitiva potentia respectu apprehensivae. Si enim per [5] hoc voluntas magis dicitur unire, quia est primum et principale movens alias potentias ad suos actus et obiecta et eas illis uniens, immo per voluntatem ipse volens dicitur simpliciter magis et [6] perfectius uniri suo finali obiecto quam per aliam aliquam [7] potentiam ; cum haec etiam in appetitu bruti respectu illarum potentiarum bruti reperiantur, in bruto esset [8] nobilior potentia appetitus quam sensus et magis uniret ; quod tamen non est verum. Immo hoc est causa contrarii, scilicet quare appetitus minus unit ; quia, illo scilicet existente in actu suo appetendi, appetens ipsa re carens per appetitum sic existentem in actu appetendi movet alias potentias et organa ad assequendum illam et sic per aliquem sensum illam apprehendens fruatur ista [9] principaliter per actum tangendi vel gustandi vel [10] alio modo. Concomitative autem consequitur delectatio vel complacentia vel amor et aliquid huiusmodi [11] ad talem actum per-
Cod. C fol. 79 Va fectum | ut [12] dictum est, in ipso appetitu cum iam res est adepta et ipsi appetenti per actum alterius potentiae principaliter unita.

Cod. V fol. 144 Ra Propter quod etiam ipsi appetitui attribuitur fruitio, non sic quidem | quod actus aliquis voluntatis sit actus principalis in quo principaliter consistit beatitudo qua obiecto beatificativo fruimur, sed sic quia in eo quod ad voluntatem pertinet, sive dicatur passio ut delectatio sive actio ut amor vel dilectio, aliquo modo completur et terminatur ipsa beatitudo secundum id quod ad beatitudinem pertinet, non primo et principaliter ac essentialiter, sed concomitative et aliquo modo accidentaliter.

[1] *om.* C. — [2] scilicet *add.* P. — [3] et P — [4] quo P. — [5] propter PC. — [6] etiam C. — [7] aliam aliquam] aliquam aliam P. — [8] esse V. — [9] illa PC. — [10] gustandi — vel] *om.* C. — [11] huius P ; aliquid huiusmodi] *om.* 1a *m.* C, aliquid huius *suppl.* 2a *m.* C. — [12] *om.* C.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 4 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1174-1175).— (2) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum X*, q XIV : — et *Summa Theologica*, art. XLIX, q. VI (t. II, fol. XLII, R).

Digitized by Google

Ex praedictis patet quid sit appetitus rationalis qui specialiter voluntas dicitur, quia est potentia per quam appetens natus est inclinari in id quod est sibi conveniens in quantum est apprehensum | a ratione secundum modum et formam rationis ; et cetera. Unde dicit Damascenus (1), libro *vigesimo* [1] secundo, capitulo secundo, quod voluntas est appetitus rationalis. Isti enim tres appetitus sic videntur habere [2] se per ordinem quod prius inclinatur in sibi conveniens ex sola habitudine et conformatione reali absque omni cognitione ; appetitus autem cognitivus qui dividitur in animalem et rationalem [3] inclinatur in sibi conveniens secundum quod est apud ipsum secundum esse cognitum. Unde distinguitur secundum quod distinguitur etiam modus cognoscendi qui est potentiae sensitivae vel [4] intellectivae.

Cod. P fol. 167 Va

Viso ergo quid [5] nomine appetitus intelligitur, videamus de secundo, scilicet quid nomen libertatis importet sive qua ratione alicui convenit ratio libertatis. Et circa hoc videamus primo quid libertas includit, sive quid oportet ei inesse quod liberum esse dicitur ; et secundo videamus quid non excludit eorum quae excludere tamen videtur.

Et quantum ad primum autem sciendum quod, prout dicitur primo Metaphysicae (2), sicut homo dicitur liber qui suimet et non alterius causa est, ita generaliter dicitur liberum illud quod suimet et [6] non alterius causa est. Sicut ergo ille [7] dicitur servus, secundum Philosophum (3), primo Politicorum, qui non sui ipsius gratia est, sed alterius, qui se ipsum nescit regere nec faciens aliqua habet plene notitiam rationis eorum quae facit et propter quae facit, nec se ipsum [8] in illis dirigit, sed dirigitur et movetur principaliter ab alio ; ita ille liber est qui se ipsum regere scit, cognoscens finem et rationem finis et eorum quae ad finem et proportionem illorum ad ipsum finem, et cetera. Et similiter etiam liberum dicitur generaliter id quod secundum suam naturam non est determinatum ad aliquid vel non habet naturam quae ex alio sic determinatur quod se ipsam determinare non possit ad aliquid, sic scilicet quod finem suum apprehendat et rationem finis et ordinem ad ipsum. Nunc autem in universitate entium quanto aliquid [9] magis accedit ad esse materiale et magis materiae est mixtum et | immersum, tanto magis est determinatum et ex hoc etiam magis servum et minus liberum ; et quanto magis

Cod. P fol. 167 Vb

[1] *om.* PVC — [2] per *add.* C. — [3] et rationalem] *om.* C ; *suppl. in marg.* 2a *m.* C. — [4] *om* 1a *m.* C. — [5] qui C. — [6] *om.* C. — [7] ille dicitur | dicitur ille PC. — [8] etiam *add.* C. — [9] aliquis V.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXII. 187 (Migne, PG, t. 94, 943-944). — (2) Aristotelis *Metaphysica*, l. I, c. 2 (ed. Bekker, vol. 2, p. 982, b). — (3) Aristotelis *Politica*, l. I, c. 5 (Bekker, vol. 2, p. 1254, b).

Digitized by Google

aliquid accedit ad esse abstractissimum [1], scilicet [2] Deum per ampliorem recessum a dicta immixtione et immersione materiae, tanto minus est servum, immo magis liberum. Quia ergo omnia entia materialia, scilicet elementa, mixta, vegetabilia, irrationabilia, quae scilicet habent formam sic a materia dependentem et illi immersam quod educitur de potentia materiae et sine ista nec esse nec operari habet, omnia sic sunt determinata et quasi coarctata quod etiam bruta quae aliquo modo finem cognoscunt, tamen finem sub ratione finis non apprehendunt [3], nec ordinem eorum quae sunt ad finem ; et ideo licet sint [4] quaedam animalia [5] quae agunt operentur propter finem, respectu illius tamen libertatem habere non possunt, sed quasi servitutem, in quantum scilicet respectu illius se non agunt sed aguntur ; qui, ut dictum est, rationem finis et ordinem
Cod. C fol. 79 Vb et convenientem habi | tudinem eorum quae sunt ad illum non cognoscunt, talia enim ratione suae materialitatis praedictae sive potentialitatis et imperfectionis materiae determinantur ut modo materiali sive naturali et determinato [6] tendant in suos fines, licet in ipsis sint diversi gradus secundum diversum modum naturae ipsorum, prout maxime materialia et minime [7] formalia ; puta : elementa magis sunt determinata et ad minus
Cod. V fol. 144 Rb nobiles operatio | nes, deinde mixta, deinde vegetabilia, deinde sensibilia. Entia [8] vero rationalia et intellectualia, quia ratione suae formae non sunt materiae immixta et immersa dicto modo, ideo ista sunt in natura sua et operatione quasi quandam universalitatem [9] et indeterminationem [10] importantia in virtute. Cum et ista dicantur esse ad imaginem et similitudinem Dei, qui est esse infinitum et illimitatum et indeterminatum in quantum continet omnem entis perfectionem in essendo et operando, propter quod ista sui finis et rationis eius et ordinis vel habitudinis eorum quae sunt ad ipsum cognoscunt ; et ita habent perfectam finis noti-
Cod. P fol. 168 Ra tiam quam etiam ratio voluntarii consequitur ; perfecta enim cognitio | finis, quae non habetur nisi a natura immateriali, est quando non solum apprehenditur res quae est finis, sed etiam cognoscitur ratio finis et proportio eius quod ordinatur in finem ad ipsum. Unde quia sensibilia non sunt sic abstracta quod sic possint cognoscere ens ut cognoscibile abstractum et sub ratione universali et rationem ordinis et habitudinis unius ad alterum, ideo non habent libertatem nec in cognoscendo nec in appetendo. Sed rationabilia, quia ratione suae abstractionis et immaterialitatis non ordinantur ad aliquod ens aut bonum particulare, sed ad omne ens

[1] abstrahissimum C ; abstratissimum V. — [2] ad. *add. in marg. alia (? recentior)m.* C. — [3] apprehendit PC. — [4] sicut *1a m.* V *et* P ; sic C ; *sequitur rasura.* — [5] illa C ; illa *1a m.* V, *in* animalia *corr. 2a m.* V. — [6] determinata C. — [7] et minime] *om. 1a m.* C. — [8] etiam V. — [9] utilitatem *1a m.* C ; *del et* universitatem *corr 2a m.* C — [10] indeterminationes C.

Digitized by Google

et bonum [1] universaliter se extendunt, universalem rationem entis et boni apprehendentia et etiam appetentia, possunt cognoscere unumquodque et rationem uniuscuiusque et in se et in ordine et habitudine unius ad alterum ; et ideo libertatem habent et in cognoscendo et in appetendo. Quia enim, ut dictum est, ad appetitum, de cuius libertate quaeritur, pertinet inclinatio sive ordo in aliud, aliqua autem nullo modo possunt se ipsa ordinare in aliud, sed ab alio ordinantur, sicut res naturales quae cognitione finis et eorum quae sunt ad finem carent, et etiam [2] bruta quae, licet finem cognoscant, non tamen rationem finis nec proportionem eorum quae sunt ad finem ad ipsum finem ; unde etiam dicuntur agi, quia agere quod convenit eis est cum impetu [3] et instinctu naturae, licet cum aliqua finis apprehensione. Sed immaterialia, quia ratione suae abstractionis sunt conversiva supra se ipsa et possunt cognoscere finem et rationem finis et ea quae sunt ad finem et proportionem eorum ad ipsum finem, ideo talia [4] possunt se ipsa ordinare in aliud et habere dominium suorum actuum. Et quia secundum [5] praedicta, ratio libertatis competit alicui rei ex immaterialitate suae naturae originaliter, potest patere quibus potentiis convenit libertas, et quibus non. Et ex hoc patet quomodo voluntas est libera, quia scilicet abstracta et immaterialis sicut et natura cuius est, scilicet anima rationalis cuius potentiae, scilicet intellectus et voluntas, sunt abstractae, sicut et ipsa anima | est abstracta. Et ex hoc contingit quod homo rationalis ens potest esse sibi causa actuum suorum et habere dominium respectu illorum per intellectum et voluntatem. Unde in tali natura dicitur esse voluntarium simpliciter [6] secundum quod dicit Damascenus (1), libro vigesimo quarto, quod voluntarium est principium in se ipso sciente singularia per quae et in quibus est actus. Sic igitur patet quod voluntas sit libera et in quo consistit ratio et modus libertatis suae.

Cod. P fol. 168 R[b]

Circa hoc tamen aliqui (2) dicunt quod libertas proprie non debet attribui nisi voluntati. Sed ad liber | tatem voluntatis requiritur, ut dictum est, quod essentia in qua radicatur sit immaterialis et abstracta ; et ex hoc habet voluntas libertatem radicaliter et primordialiter. Et requiritur etiam quod potentia apprehensiva, quae in eadem essentia radicatur,

Cod. C fol. 80 R[a]

[1] particulare — bonum] *om 1a m* C. — [2] *om* C. — [3] impetitu P *et 1a m.* C. — [4] ad — talia] *om.* C ; ideo talia *suppl. 2a m.* C. — [5] *om.* C. — [6] et *add.* P *et 1a m* V.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXIV, 192 (Migne, PG, t 94, col. 953-954). — (2) Thomas Aquinas, *Summa theologica*, I, q. LXXXIII, a. III, Sed contra ; *et* a IV, concl.

Digitized by Google

sic apprehendat id [1] quod apprehendit, quod per formam apprehensam non determinetur ad unum, sed per illam apprehendatur per se id cuius est forma et etiam oppositum, ut [2] inclinatio sequens illam formam non sit determinata ad unum, sed possit esse ad hoc et ad oppositum, et agens secundum talem apprehensionem possit agere hoc et oppositum. Propter hoc enim potestates rationales sunt ad opposita et habentes rationem sunt liberi arbitrii. Quia enim per eandem speciem intelligitur hoc
Cod. V fol. 144 Va et | oppositum, ideo libertas est qua potest agi hoc et oppositum vel qua potest agi et non agi. Et secundum hoc voluntas dicitur habere libertatem ex proximo ex forma apprehensa per intellectum. Sed dicitur quod ex se ipsa habet libertatem formaliter. Posito enim quod habeamus potentiam apprehendentem formam per quam possit cognosci hoc et oppositum, quia tamen talis natura sic existens adhuc erit indeterminata ad agendum, oportet dare potentiam per quam agens possit se determinare ut agat hoc vel oppositum ; et huiusmodi potentia [3] est voluntas. Quia ergo agens per intellectum ex forma quam apprehendit est indeterminatum ad unumquodque et indeterminatum secundum quod [4] huiusmodi,
Cod. P fol. 168 Va nihil agit agens | tale, nihil [5] aget nisi determinetur per voluntatem. Voluntas igitur est potentia in agente intellectuali qua se ipsum determinat ad agendum vel ad non agendum ; et sic posse determinare se est esse liberi arbitrii formaliter. Ideo libertas inest voluntati ex immaterialitate naturae [6] in qua fundatur radicaliter, ex forma apprehensa ex proximo et ex se ipso formaliter. Quomodo autem voluntas se determinat ad agendum vel non agendum [7] sic declarant : quia enim unum et idem non potest se ipsum actuare, quia idem secundum rem non potest esse in actu et potentia simul respectu eiusdem, secundum hoc oportet ponere quod voluntas sic movetur ab alio quod actuatur ab alio, scilicet ab obiecto sive sit finis sive id quod est ad finem. Sed a fine qui apprehenditur sub omnimoda ratione boni [8] actuatur et necessitatur, ab aliis autem [9] potest actuari, sed non necessitari ; et ideo talia non possunt determinate [10] movere voluntatem. Quare oportet quod voluntas determinet se ipsam respectu eorum quae sunt ad finem. Et quia hoc modo non movetur nisi se ipsam determinet, potest dici movere se ipsam, quia se ipsam determinat. Antequam ergo sit in actu [11] per finem, cum sit omnino in potentia, non determinat se ipsam ; ideo ad finem nec actuendo nec determinando se movet ; ad ea autem quae sunt ad finem, facta in

[1] *om.* C. — [2] etiam *add.* P. — [3] potentiae P. — [4] *om.* PCV ; *in marg. scrip.* V. — [5] vel C. — [6] *om.* C. *rasura.* — [7] vel — agendum] *om. 1a m.* C. — [8] *om.* C. — [9] *om.* V. — [10] determinare P. [11] — sit in actu] in actu sit PC.

Digitized by Google

actu per finem, potest se determinare, sed non actuare quantum ad actuationem. Ergo nihil potest se ipsum movere. Unde sicut voluntas actuatur a fine, similiter etiam actuatur ab his quae sunt ad finem ; se autem determinat ut velit ea quae sunt [1] ad finem. Et hoc sic patet : in nostra enim potestate non est situm quid nobis veniat in mentem ; sed in nostra potestate est in illo sistere vel non sistere. Aliae vero [2] potentiae a voluntate, quia non sunt dominae sui actus, non est in potestate earum sistere. Sed aliter est de voluntate ; licet [3] enim volitio sit in voluntate causata a bono [4] apprehenso, tamen | super huiusmodi volitionem [5] voluntas habet quoddam dominium, quia in potestate voluntatis est sistere vel non sistere in tali volitione. Respectu enim finis apprehen | si sub omni ratione boni voluntas determinate movetur, nec se ipsam determinat ; sed cum apprehenditur id quod est ad finem, et cum non habet rationem omnis boni respectu illius, potest se determinare ; verbi gratia, cum fornicatio apprehenditur ut bona, ratione delectationis et ut mala ratione inordinationis, in potestate voluntatis est sistere in hac consideratione bifurcata, vel sistere in una et desistere ab alia, vel magis in una [6] quam in alia. Potest enim etiam [7] omnino desistere velle cogitare de delectatione ex qua causatur in ea volitio fornicationis ; et sic voluntas se determinat, quia nisi prius determinasset se ut vellet considerare de fornicatione ratione delectationis et desistere cogitare de ea ratione inordinationis, fornicatio non potuisset actuare voluntatem nec causare in ea volitionem sui ipsius ; et in hoc voluntas sic se determinando dicitur movere | se, quia nisi sic determinaret se non moveretur. Quod autem voluntas sic possit se determinare probant, quia determinat [8] alias potentias, scilicet intellectum ut consideret de hoc et non de illo, quod esse non posset nisi prius voluntas se ipsam determinet ut velit considerare de hoc et non de illo, et secundum determinationem in voluntate fit executio in intellectu ; illud ergo dominium posse sistere in uno et desistere ab alio voluntati est attribuendum, quae primo habet dominium in operatione propria et per hoc in operibus aliarum potentiarum. Ista ergo in se non [9] causat volitionem, sed in potestate sua est sistere vel non sistere [10] in volitione ; et prout potest sistere vel non sistere in volitione, in potestate sua est quod potest sistere vel non sistere in quacumque alia operatione.

Cod. P fol. 168 Vb

Cod. C fol. 80 Rb

Cod. V fol. 144 V

Sed ista non videntur bene dicta. Primo quantum ad hoc quod isti videntur di- | cere quod libertas non debet attribui intellectui formaliter, sed tantum quasi causaliter, in quantum ex forma ab ipso [11] secundum

Cod. P fol. 169 Ra

[1] sint PC. — [2] verae P ; *om.* C. — [3] est — licet] *om.* 1a *m.* C. — [4] obiecto C. — [5] volitione V. — [6] et — una] *om.* C. — [7] *om.* PC. — [8] determinant P. — [9] in se non] non in se P. — [10] vel — sistere] *om.* C. — [11] eo C.

Digitized by Google

modum naturae suae abstractae apprehensa habet voluntas libertatem ex proximo. Cum enim liberum possit referri ad naturam, potentiam et actum, actus liber est qui egreditur a libera potentia ; et potentia libera est [1] quae est naturae liberae. Cum ergo essentia in qua radicatur intellectus et voluntas sit natura libera ratione suae immaterialitatis, quicquid ab illa secundum huiusmodi condicionem immaterialitatis [2] procedit liberum oportet esse, et primo potentiam et deinde operationem. Sicut ergo huiusmodi [3] natura est natura libera formaliter ex se ipsa ita oportet quamlibet eius potentiam esse formaliter liberam ex se ipsa [4]. Oportet ergo intellectum [5] formaliter liberum esse se ipso, ut est potentia talis naturae ; et hoc habet ab illa natura in qua radicatur [6] originaliter. Et similiter dicendum de voluntate. Quod enim voluntas habeat libertatem radicaliter ab immaterialitate naturae in qua radicatur, nisi et illa natura habeat libertatem in se ipsa formaliter, est impossibile. Cum ergo in eadem natura radicetur intellectus, idem est de illo dicendum. Constat enim quod natura hominis non solum secundum voluntatem, sed etiam secundum intellectum est ad se ipsam conversiva.

Quod dicitur quod voluntas habet libertatem a forma apprehensa per intellectum [7] ex proximo, nihil est ; forma enim apprehensa se habet ad voluntatem sicut obiectum ad potentiam quae nata est moveri et reduci in actum per illud. Quod autem potentia aliqua habeat libertatem vel non habeat ex obiecto, nihil est. Sed ex tali obiecto [8] habet esse in tali actu, et ex alio obiecto in alio actu ; et hoc secundum condicionem naturae suae quam non habet ex obiecto, licet illam habeat secundum convenientem proportionem ad obiectum quod est causa sui actus. Unde, quia proportio debet esse inter movens et motum sive agens et patiens, intellectus autem sive apprehensum ab intellectu habet rationem moventis respectu voluntatis, proportio quae debet esse inter istas potentias requirit quod, quia intellectus ex eo quod est potentia naturae abstractae secundum quod huiusmodi, illud quod apprehendit modo libero et quasi indeterminato et abstracto | ap | prehendit, potentia etiam quae debet moveri ab obiecto sic apprehenso debet etiam habere naturam liberam, scilicet [9] indeterminatam et non arctatam. Et pro tanto potest dici quod voluntas habet libertatem aliquo modo ex forma apprehensa, scilicet exigitive, quia scilicet talis forma sic apprehensa a potentia libera et modo quodam libero exigit etiam potentiam liberam quam moveat secundum actum appetendi.

Cod. C fol. 80 Va
Cod. P fol. 169 Rb

[1] et potentia — est] *om.* P. — [2] quicquid — immaterialitatis] *om.* C ; quicquid — condicionem procedit *suppl.* 2a *m.* C. — [3] huius PC. — [4] ita — ex se ipsa] *om.* PC. — [5] quamlibet eius potentiam esse C. — [6] iudicatur P. — [7] per intellectum] *om.* P. — [8] nihil — obiecto] *om* 1a *m.* C. — [9] sed P.

Digitized by Google

Quod autem ulterius dicunt quod quia agens per intellectum et voluntatem, per cognitionem intellectus est indeterminatum ad agendum et non agendum, et ad agendum hoc vel oppositum, sed per voluntatem determinat se in his, et hoc est eius libertas; et secundum hoc dicunt quod voluntati formaliter convenit libertas, non valet. Quia quaero quomodo voluntas possit se determinare. Si enim stante tali indeterminatione ex parte intellectus, voluntas ex hoc non est determinata, sed se determinat, aut hoc contingit ex aliqua cognitione superveniente aut nulla. Et cum ista cognitione | iam existente non determinatur voluntas ex ea, si ex superveniente hoc fiat et sine ista [1] non posset se determinare, tunc diceretur determinari [2] ab obiecto, sicut et actuari, et non a se; si [3] alia non superveniente nec ista praesente determinatur [4], sed secundum se manet indeterminata et, ut praedictum est, indeterminatum nullius actus est principium. Si voluntas non determinatur ab aliqua cognitione eorum quae sunt ad finem, sed quacumque tali cognitione stante, secundum se est indeterminata, ad hoc ut agens per voluntatem agat requiretur aliquod determinativum respectu talis indeterminationis, quia contra [5] rationem [6] indeterminati et existentis in potentia ad determinationem est quod se ipsum determinet, cuicumque potentiae hoc applicetur. Si autem dicatur quod immo posse se determinare contingit voluntati ex natura sua [7], non intellectui, sine ratione petitur propositum; quia, ut dictum est, cum intellectus et voluntas | sint potentiae in eadem natura immateriali et abstracta radicatae [8], nullus poterit reddere causam quare uni potentiae conveniat posse se determinare et non alteri. In hoc etiam ponitur impossibile, scilicet quod aliquid unum et idem possit se ipsum determinare, si per hoc quod est [9] determinari vel determinatum esse importatur aliquid reale vel esse realiter in aliquo actu ad quem ante esse determinatum id quod determinatur erat in potentia; quod enim aliquid existens in potentia ad aliquam actualitatem quantumcumque modicam et debilem reducat se ipsum de potentia ad illam est impossibile. Et etiam hoc ab istis supponitur. Unde in hoc etiam sibi videntur contradicere, qui propter hoc quod unum et idem non potest se ipsum reducere de potentia ad actum dicunt quod voluntas non potest se ipsam actuare.

Cod. V fol. 145 Ra

Cod. P fol. 169 Va

Si ergo hoc, quod est determinare se, est esse aliquo modo in actu, in hoc quod voluntas ponitur se ipsam determinare, ponitur se ipsam actuare; si autem determinare se vel determinatum esse nihil [10] reale est,

[1] illa PC. — [2] determinare P. — [3] sed P. — [4] determinantur C. — [5] habet P. — [6] ratione P. — [7] ex – sua] *om* C. – [8] radicatur P. — [9] se – est] *om. 1a m.* C. — [10] vel C.

Digitized by Google

de nihilo non oportet esse sollicitum. Et quod sit verus actus voluntatis videntur isti dicere, quia dicunt quod voluntas sic se determinat quod, facta apprehensione de fornicatione bona ratione delectationis, mala ratione inordinationis, potest voluntas desistere velle cogitare de inordinatione et solum velle insistere cogitare de delectatione. Nunc autem licet desistere cogitare de aliquo simpliciter non sit aliquis actus, licet ad aliquem actum possit consequi, tamen velle cogitare de aliquo est verus actus voluntatis ; et similiter velle insistere cogitare de aliquo. Potest ergo quaeri quo agente voluntas fiat in actum secundum hos duos actus volendi ; et si se ipsa, sequitur inconveniens quod volunt evitare.

Praeterea dicere quod voluntas potest se ipsam determinare ad hoc quod velit determinate [1] cogitare de fornicatione absque hoc quod ad hoc moveatur ab intellectu appre | hendente hoc determinate sub ratione | magis boni et non possit se movere ad volendum ipsam fornicationem absque hoc quod moveatur ab intellectu apprehendente et iudicante illam magis bonum, est dictum sine ratione.

Cod. P fol. 169 Vb
Cod. C fol. 80 Vb

Praeterea, sicut isti dicunt, voluntas non potest determinare intellectum ad actum determinatum [2] intelligendi ut quod cogitet circa hoc et non circa illud nisi voluntas etiam sit determinata ut velit intellectum considerare de hoc et non de alio ; hoc autem est voluntatem esse in actu aliquo determinate volendi ; ergo si voluntas sic determinatur a se ipsa, efficit volitionem in se ipsa, quod [3] tamen isti negant.

Praeterea secundum istos, voluntas a fine et ab his quae sunt ad finem actuatur, id est fit in actu volendi finem per ipsum finem apprehensum ; et similiter in his quae ad finem ; et tamen a fine determinatur et respectu eorum quae sunt ad finem se ipsam [4] determinat. In hoc autem videtur contradictio, quia pro tanto dicitur | finis actuare et determinare voluntatem, quia non apprehenditur nisi sub ratione illa sub qua semper natus est voluntatem facere in actu volendi, ita quod post apprehensionem eius non est voluntas indeterminata ad volendum ; quia non remanet ex parte intellectus indeterminatio secundum apprehensionem, quin scilicet apprehendatur statim sub illa ratione sub qua natus est movere voluntatem nec requiritur alia inquisitio rationis per diversas circumstantias circa illum finem considerabiles. Ergo si facta apprehensione alicuius quod est ad finem, non statim sit voluntas in actu, hoc non est nisi quia non apprehendatur [5] statim sub illa [6] ratione sub qua natum est movere voluntatem in ordine ad ipsum finem ; et sic remanet intellectus indeterminatus ad intelligendum et voluntas indeterminata ad volendum.

Cod. V fol. 145 Rb

[1] determinare P. — [2] *om.* C — [3] quidem P. — [4] ipsum C. — [5] apprehenditur *corr. alia m.* C — [6] ista C.

Digitized by Google

Ex hoc ergo non debet dici quod, quia voluntas non determinatur ab intellectu sic apprehendente id quod est ad finem, quod ipsa voluntas determinet se ; sed requiritur quod fiat processus secundum operationem intel | lectus practici quousque occurrat apprehensio eius quod est ad finem determinate sub ista [1] ratione sub qua natum est movere voluntatem ; et tunc voluntas determinatur ab eo quod est ad finem virtute etiam determinationis factae ad volendum ipsum finem. Quando ergo obiectum voluntatis apprehenditur sub illa ratione sub qua natum est actuare voluntatem, tunc [2] et ipsam simul actuat et determinat ; quia nihil aliud est voluntatem actuare quam ipsam facere in actu, et nihil aliud est voluntatem determinare quam ipsam facere volentem in actu determinatum obiectum hoc vel illud. Sicut ergo obiectum voluntatis voluntatem actuat, secundum modum secundum quem apprehenditur a ratione sub illa ratione sub qua [3] natum est [4] movere voluntatem, ita etiam obiectum voluntatis voluntatem [5] determinat, non ipsa se ipsam ; voluntatem enim determinari nihil aliud est quam ipsam [6] velle aliquod obiectum determinatum determinate ; et indeterminatio intellectus apprehendentis obiectum indeterminate est causa indeterminationis voluntatis in volendo ; et determinatio intellectus in apprehendendo sive determinata apprehensio intellectus est etiam determinatio voluntatis vel causa determinationis voluntatis indeterminate volendo.

Cod. P fol. 170 Ra

Quod autem dicunt quod voluntas non potest determinare intellectum nisi prius se ipsam determinet, falsum est ; quia voluntas nihil agit neque aliquid determinat, nisi volendo ; velle enim est actio voluntatis qua determi | nat id quod determinare habet [7]. Unde voluntatem intellectum determinare nihil aliud est quam voluntatem [8] velle [9] intellectum considerare determinate de aliquo. Unde, cum voluntas suo actu non feratur in suum actum proprium, saltem per se et directe, quia actus suus non est per se sui ipsius obiectum, sed bene fertur in actus aliarum potentiarum qui bene sunt obiecta voluntatis, ideo alias potentias potest ad actus suos determinare, non autem se ipsam.

Cod. C fol. 81 Ra

Sed quia alias potentias non potest determinare nisi ipsa [10] iam sit determinata, id est facta in actu volitionis determinatae, qua scilicet velit sic determinare [11] | potentiam aliquam ; ideo non solum per voluntatem et actum eius determinat volens intellectum suum ad considerandum determinate de hoc, sed etiam ad hanc determinationem concurrit actus intel-

Cod. P fol. 170 Rb

[1] illa PC. — [2] *om.* C. — [3] ratione — qua] *om. 1a m.* C. — [4] *om. 1a m.* C. — [5] *om.* P. — [6] ipsum C. — [7] *om. 1a m.* C. — [8] *om. 1a m* C. — [9] velle intellectum] intellectum velle P. — [10] ista PC *et 1a m.* V. — [11] qua — determinare] *om 1a m.* C.

Digitized by Google

lectus, quia voluntas nullius actus est principium, ut eliciens eligendo vel ut efficiens operando sive impellendo, quin etiam simul illius sit principium intellectus in ratione obiecti movendo et dirigendo. Unde quando apprehenditur fornicatio sub ratione boni et mali modo supradicto, ad hoc quod voluntas determinet intellectum ad considerandum determinate circa delectationem [1] fornicationis ut bonae et non circa inordinationem eius, oportet iam intellectum ipsam fornicationem apprehendere aliquo modo determinate sub ratione boni | et convenientis ratione delectationis et iudicare considerationi eius [2] sic insistendum ; et ex hoc voluntas fit in actu ut velit intellectum circa hoc insistere et movet fantasiam et vires deservientes intellectui ad formandum phantasmata quae ad hoc requiruntur. Quod enim voluntas prius velit intellectum insistere determinate circa considerationem fornicationis et deinde ex hoc postea intellectus iudicet huic esse insistendum, hoc esse non potest ; hoc enim esset pervertere ordinem potentiarum et actus earum, cum semper intellectus sit prior voluntate.

Cod. V fol. 145 Va

Si autem quaeratur unde hoc quod post apprehensionem subreptitiam circa fornicationem determinatur intellectus et voluntas ad sistendum circa considerationem fornicationis ratione delectationis, dicendum quod non est tribuendum actui voluntatis secundum se et primo, sed intellectui primo apprehendenti sic esse sistendum, et [3] deinde voluntati sic volenti quod sistatur et ad hoc moventi potentias subservientes intellectui.

Si autem quaeratur unde hoc contingit intellectui quod sic determinatur quod post talem bifurcatam apprehensionem iudicet insistendum determinate circa alterum, dicendum quod hoc potest contingere ex dispositione considerantis et ex eius ne | gligentia, puta quia [4] sic est dispositus secundum naturam vel passionem aliquam vel habitum quod non potest diu insistere circa cogitationem fornicationis quin vehementer inflammetur eius appetitus ; ex quo contingit quod apprehendit fornicationem ut sibi convenientem, quam non sic prius iudicavit ; et ex hoc determinatur apprehensio intellectus et volitio voluntatis, et ex hoc quod [5] negligit se abstrahere a mora in tali cogitatione per rationem qua, se ipsum et suam fragilitatem sciens vel scire potens, si uteretur, voluntas fieret in actu volendi retrahere a mora in tali cogitatione. Sic enim negligens facit contra consilium Philosophi (1), secundo Ethicorum, dicentis quod oportet nos erga delectationem facere et uti voce qua utebantur

Cod. P fol. 170 Va

[1] determinationem C. — [2] eius considerationi] considerationi eius P. — [3] *om* C. — [4] quod C. — [5] *om.* C.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. II, c. IX (ed. Bekker, vol. 2, p. 1109, b).

Digitized by Google

senes plebis erga Helenam, scilicet statim | cum occurrit cogitatio de illa [1] non immorari, sed fugere talem cogitationem utendo ratione quae iudicet eam propter imminens in tali cogitatione [2] periculum fugiendam, ut ex voluntate hoc eligat ; prout enim dicit (1) ibidem, vix potest homo [3] diu de tali delectatione cogitare per intellectum quin aliquo modo illam acceptet consentiendo per voluntatem. Cod. C fol. 81 Rb

Quod etiam dicitur quod homo est dominus suorum actuum tam voluntatis quam aliorum et hoc dominium convenit homini ratione voluntatis et secundum hoc illud dominium quod est posse se sistere in uno et desistere ab alio, voluntati est tribuendum, quae habet dominium primo in operatione propria et per eam in operationibus aliis, non valet. Quia voluntas non habet dominium super aliquid nisi per suum actum ; et sic super suum actum primo et per se non habet dominium, sed super actus aliarum potentiarum ; et, ut dictum est, nec dominium habet super actus aliarum potentiarum super quas dicitur habere dominium per se et directe nisi assistente actu intellectus, quia non est in actu illo per quem habet dominium [4] huiusmodi [5] alias potentias ad exercitium suorum | actuum movendo, nisi mota ab obiecto apprehenso et directa per actum intellectus. Cod. P fol. 170 Vb

Non est ergo iste modus ponendi libertatem in voluntate conveniens ; nec etiam est ponendum voluntatem solam habere libertatem formaliter ; immo etiam hoc est intellectui tribuendum, quia ratio libertatis voluntatis originaliter consistit in abstractione et immaterialitate sua, quod non solum sibi convenit, sed etiam intellectui qui in eadem essentia animae radicatur, nec est potentia minus nobilis vel perfecta quam voluntas. Ideo non solum voluntas dicenda est esse libera, sed etiam intellectus erit liber ; praesertim cum tota natura rationalis, ut in ipsa radicantur potentiae secundum quas dicitur homo ad imagi | nem et similitudinem Dei, libera sit dicenda. Constat enim quod anima, secundum totum id secundum [6] quod est ad imaginem Dei, est libera ; esse enim liberum ad nobilitatem rei pertinet ; anima autem non est magis ad imaginem Dei secundum voluntatem quam secundum intellectum. Unde substantia tota mentis cum suis potentiis secundum quod huiusmodi est libera. Voluntas ergo libera dicitur non quia est appetitus simpliciter, sed quia [7] est appetitus rationalis. Unde libertatem habet a Deo effective, originaliter autem ab essentia animae vel naturae substantialis talis, in quantum potentiae Cod. V fol. 145 Vb

[1] ista C. — [2] in — cogitatione] *om.* C. — [3] ratio C. — [4] super *add.* C. — [5] *om.* P. — [6] *om.* C. — [7] *om.* C.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. II, c. IX (ed. Bekker, *loc. cit.*).

Digitized by Google

dicuntur ab anima oriri formaliter sive essentialiter a se ipsa. Similiter etiam [1] intellectus necessario liber est vel libertatem habens eadem ratione qua voluntas, quia scilicet est potentia [2] abstracta et naturae abstractae quae ex natura sua, qua est ad Dei imaginem, est simpliciter liber vel libertatem habens et nihil servitutis habens proprie loquendo, nisi quam contrahit ex peccato. Et sicut etiam voluntas est potentia libera volendo, eligendo et diligendo et cetera, ita intellectus est potentia libera apprehendendo et iudicando et consiliando vel deliberando et cetera. Sicut enim in Deo nihil intelligitur servile nec quantum ad intellectum nec quantum ad voluntatem, ita etiam in mente nihil est servile sive ad intellectum sive ad voluntatem pertineat, quamvis et [3] in Deo et in nobis | aliqua pertinentia ad actus voluntatis et intellectus dicantur se habere modo naturae.

Cod. P fol. 171 R[a]

Quomodo autem illi, qui ponunt quod voluntas et intellectus realiter et essentialiter [4] dicunt id ipsum quod substantia animae non addendo nisi solos respectus, ex respectu autem non contingit aliqua libertas vel naturalis proprietas, nec iste respectus proprie potest dici libertas, possunt dicere voluntatem habere libertatem, intellectum vero non, non video. Verumtamen sicut istae potentiae sunt diversarum rationum, ita et earum libertates ; nec una magis libera est proprie quam alia, sed quaelibet perfecte libera [5] libertate naturae propriae conveni | enti. Verum est tamen quod, sicut istae potentiae diversimode mutuo se movent, intellectus scilicet voluntatem quantum ad actuationem secundum aliquos, quantum ad [6] determinationem actus secundum alios, ut hoc vel hoc velit ; et voluntas intellectum quantum ad determinationem [7], ut scilicet circa hoc vel circa hoc consideret sive in hac vel hac consideratione stet et maneat vel ad aliam transeat ; secundum hoc potest dici quod uno modo libertas unius potentiae quantum ad usum eius dependet ab alia, et e converso, sicut potest [8] faciliter adaptari. Sed potest quaeri quare, quandocumque fit mentio de libertate, semper hoc intelligitur de libertate voluntatis ; et similiter, unde hoc quod, cum homo dicitur habere dominium suorum actuum, hoc intelligitur ratione voluntatis ac si soli voluntati libertas proprie conveniat. Et potest dici quod, quia voluntas est appetitus superior habens movere omnes potentias alias quidem a se per se et directe, se ipsam vero etiam per accidens et quasi indirecte [9], ad suas operationes quantum ad exercitium actus, et quia ad operationes quae nobis vel dominio

Cod. C fol. 81 V[a]

[1] et C. — [2] quia — potentia] *om.* 1[a] *m.* C. — [3] *om.* C. — [4] et essentialiter] *om.* C. — [5] est proprie quam alia *add.* P, *postea del. ; add.* C. — [6] quantum ad] *om.* 1[a] *m.* C. — [7] terminationem P. — [8] patet V. — [9] se ipsam — indirecte] *om.* C.

Digitized by Google

nostro subsunt ad hoc quod sint operationes vere humanae et homini merito imputabiles, necessario concurrunt actiones intellectus et voluntatis, quae sunt potentiae hominis secundum quod homo. Nec una habet rationem principii vel causae respectu talium operationum sine alia ; nec aliquis actus | cuiuscumque potentiae est in potestate hominis nisi virtute utriusque horum. Nec enim loqui est in potestate [1] nostra, nisi in quantum illud apprehendere possimus [2] sub ratione boni et convenientis et illud velle possimus [3] sub hac ratione, et ex consequenti illud efficere possumus. Similiter etiam ipsum velle loqui non est in nostra potestate nisi in quantum in nostra potestate [4] est primo et per se hoc quod est loqui apprehendere sub ratione boni et convenientis. Et quia hoc est obiectum actus voluntatis qui est velle loqui, apprehenditur etiam hoc quod est velle loqui | sub ratione boni et convenientis. Et sic est inducendum in actibus omnium potentiarum qui facultati hominis subsunt, scilicet quod respectu illorum intellectus et voluntas simul in causando et principiendo concurrunt ; et quod non est dicendum quod secundum unam solam potentiam potestatem habeat homo super actus suos. Immo ipsa voluntas, de qua hoc magis dicitur, super quemcumque [5] actum sive etiam intellectus sive sui ipsius sive cuiuscumque alterius nullam habet [6] potestatem, nisi in virtute intellectus apprehendatur sub ratione appetibilis ; et sic ipsa voluntas respectu actus super quem dicitur habere dominium movetur ab intellectu. Sed voluntas ipsa est ultimum et immediatum principium huiusmodi operationum nostrae facultati subiectarum, secundum quas laudamur vel vituperamur, in quantum tamen semper coexigit actum intellectus ; talium enim actuum, quantum ad exercitium actus, est voluntas principium activum sive impulsivum [7]. Potest esse ratio quare attribuuntur [8] specialiter libertas et dominium actuum voluntati. Hoc tamen non obstante, aeque liber est intellectus modo suo, quia tota pars rationalis per se est libera. Unde etiam appetitus sensitivus in homine sicut est rationalis per participationem, ita [9] etiam [10] liber per participationem [11]. Secus autem de appetitu bruti. Quia enim anima bruti [12] de potentia materiae educitur in esse et in operari, ab ea dependet [13] ; et oportet omnes eius potentias esse etiam sic immersas [14] et arctatas ; | propter quod ipse appetitus [15] bruti [16] libertatem secundum se non habet nec coniungitur rationali per essentiam, ut possit habere libertatem per participationem.

Cod. P fol. 171 Rb

Cod. V fol. 146 Ra

Cod. P fol. 171 Va

[1] hominis — potestate] *om.* P. — [2] possumus P. — [3] possumus PC. — [4] nisi in quantum *add.* P, *postea del.* — [5] *om.* C ; quem 2a *m.* C, *in* aliquem *corr. alia m.* C. — [6] habeat C. — [7] sive impulsivum] *om* 1a *m* C. — [8] attribuitur PC. — [9] *om.* C. — [10] est C. — [11] liber — participationem] *om.* C. — [12] anima bruti] *om.* C. — [13] quod ipse appetitus bruti *add.* P, *postea del.* — [14] immensas PC *et fortasse* V. — [15] ipse appetitus] *om.* 1a *m.* C — [16] *om.* C.

Digitized by Google

Unde brutum secundum vim apprehensivam non habet notitiam [1] abstractam et universalem, secundum quam possit de pluribus ad invicem conferendo consiliari et deliberare ; sed tantum [2] particularem et contractam, cognoscendo rem aliquam quae est finis, non potens cognoscere rationem finis et proportionem ordinabilium in ipsum. Sed determinate et modo naturae movetur a suo obiecto, et ex consequenti et statim movetur etiam appetitus | ab eodem. Propter quod, licet moveat se ipsum brutum secundum locum, in hoc scilicet quod factum in actu secundum determinatam apprehensionem et determinatum appetitum applicat membra naturalia sibi subiecta ad motum ; et sic non solum est causa passiva illius motus, sicut est in gravi, sed etiam causa per se activa. Quia tamen modo naturae determinatae dicto obiecto simpliciter agente determinate [3] in apprehensivam et appetitivam sic movetur, non existens aliquo modo causa activa respectu istorum, scilicet apprehensionis et appetitus ; ideo respectu talis cognitionis et appetitionis non est causa nisi passiva ; nec respectu illorum habet aliquo modo dominium ; et per consequens non habet etiam dominium respectu aliorum actuum quorum talis cognitio et talis [4] appetitio est principium et causa. Prout dicit Damascenus (1), libro secundo, capitulo vigesimo secundo : in irrationabilibus appetitus fit alicuius et confestim impetus ad operationem. Et libro tertio (2), capitulo decimo octavo : irrationablilia ratione carentia non possunt ducere, sed ducuntur a naturali concupiscentia ; non enim ratione vel consilio vel scrutatione vel iudicio utuntur. Quia enim, ut dictum est, licet bruta cognoscant, id quod apprehendunt, sive rem quae est finis et bonum cognitione particulari et solum sensitiva, non possunt tamen cognoscere quidditatem eius et circumstantias et quare et quomodo sit appetendum ; ideo subito ducuntur et | non ducunt se libere. Ipsa [5] ergo substantia formae bruti, ratione suae materialitatis, non potest dici libera ; et ex consequenti etiam nec potentiae eius. Cum ergo ratio libertatis, ut dictum est, sumatur ex abstractione naturae animae rationalis et potentiarum quae eius sunt secundum eandem rationem abstractionis, non solum dicendum est voluntatem esse liberam in volendo et [6] eligendo, sed etiam intellectum in apprehendendo [7] et iudicando ; tamen magis voluntati attribuitur | libertas quam alteri potentiae.

Cod. C fol. 81 Vb

Cod. P fol. 171 Vb

Cod. V fol. 146 Rb

[1] non — notitiam] *om. 1a m.* C. — [2] tamen PC. — [3] dicto — determinate] *om. 1a m.* C. — [4] cognitio et talis] *om.* C. — [5] illa C. — [6] in *add.* P. — [7] apprehendo C.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXII. (Migne, PG. t. 94, col. 946). — (2) Idem, *Ibid.*, l. III, c. XVIII (Migne, PG. t. 94, col. 1075).

Digitized by Google

Quia homo aliquo modo habet primo esse in actu et [1] intelligendi et appetendi modo naturae, sicut brutum etiam fit in actu sentiendi et appetendi modo naturae, in quo quidem actu nec laudatur nec vituperatur, qui in talibus non est sibi causa per aliquem suum actum, sed obiectum solum est causa utriusque talis actus; sed cum ex apprehensione generali homo apprehendens quod non est circa aliquid insistendum per intellectum et appetitum nisi praecedente consideratione et deliberatione quomodo illud sit vel non sit conveniens et quomodo prosequendum vel fugiendum, ex hoc ista voluntas mota movet intellectum ad talem considerationem; et sic ratione mota per voluntatem quantum ad exercitium actus, ipsa voluntas postea movetur ab obiecto intellectus quantum ad determinationem actus, ad volendum scilicet illud quod per intellectum [2] iudicatum [3] est; et in hoc etiam ipsa voluntas vel homo per voluntatem est causa sibi non solum sic iudicandi illud per intellectum, sed etiam per voluntatem volendi illud in speciali. Et dicitur etiam in hoc voluntas movere non solum intellectum quantum ad exercitium actus, sed etiam se ipsam. In quantum enim a principio per dictam generalem apprehensionem voluntas facta in actu voluit intellectum exerceri in actu per deliberationem et voluit intellectum intelligere et hoc in ordine ad voluntatem convenientem, ut scilicet iudicatum vellet [4], volebat etiam se velle in generali illud | quod inveniretur volendum in speciali; et sic simul, licet ordine quodam naturae, voluit intellectum | intelligere ut veniret ad id quod videretur appetendum et voluit se ipsum velle illud cum esset iudicatum.

Cod. P fol. 172 Ra
Cod. C fol. 82 Ra

Et sic licet homo habeat libertatem et dominium in suis actibus secundum intellectum et secundum voluntatem, tamen propter talia quae dicta sunt, specialiter libertas attribuitur voluntati. Sic autem non est in bruto nec in actibus eius; et ideo non est in eo libertas. Huic autem determinationi, scilicet quod libertas ponenda est in homine non solum secundum voluntatem, sed etiam secundum intellectum modo supradicto, concordat intentio Commentatoris (1), sexto Ethicorum. Dicit enim super [5] illud : principium in [6] irrationabilibus non est actus, quia neque ratio; dominium enim actus intellectus habet et appetitus; hoc quidem iudicaturus et inveniens [7] eligibile ex consiliatione; appetitus autem factivus [8] illius quod intellectus melius esse concludebat.

Per praedicta patet quod non debet dici quod sola voluntas sit libera,

[1] *om* C. — [2] *om. 1a m.* C. — [3] iudicant P — [4] iudicatum vellet] vellet iudicatum P. — [5] supra C. — [6] *om* C. — [7] inconveniens PC. — [8] factivis PC.

(1) Averroès Cordubensis, *Ethica*, l. VI, c. 2 (Venetiis, 1562, vol. 3, fol. 82 AB). *Juxta sententiam valde libere refertur.*

Digitized by Google

sicut aliqui nituntur [1] sic [2] ostendere : illud dicitur [3] in nobis esse liberum quod est in potestate nostra ; sed, prout dicit Augustinus (1), De Libero Arbitrio, nihil tam in nostra potestate quam ipsa voluntas est ; ergo et cetera. Manifestum est enim quod per hoc non intelligit Augustinus quod ipsa [4] essentia voluntatis sit in potestate nostra, sed actus eius elicitus et imperatus. Sed constat quod nullus actus est in potestate nostra nisi per actum voluntatis et intellectus simul. Non est enim in potestate nostra loqui vel etiam velle loqui, si non sit in potestate nostra apprehendere hoc quod est loqui sub ratione boni et convenientis. Ergo per talia dicta Augustini (2) non est intelligendum quod actus intellectus etiam non sit in potestate nostra et quod ipsi intellectui non conveniat libertas ; quia ibidem dicit Augustinus (3) : nihil aliud in potestate nostra est, nisi quod cum volumus, facimus, vel nisi quod volentibus adest ; sed nihil adest volentibus, nihil etiam volumus per actum voluntatis nisi adsit | actus intellectus illi conformis quo iudicatur esse volendum vel faciendum illud quod volumus vel quod [5] facimus ; ergo et cetera. Quare tamen [6] actus qui sunt in potestate nostra magis dicuntur esse [7] in potestate nostra [8] per voluntatem quam per intellectum, huiusmodi causa iam pluries est dicta.

Cod. P fol. 172 Rb

Item arguitur adhuc quod intellectus non sit liber, quia actus intellectus non sic est in potestate nostra sicut actus voluntatis, quia non est in potestate nostra | quid nobis per intellectum appareat ; quia, sicut dicit Augustinus (4), tertio De Libero Arbitrio, voluntatem non allicit ad volendum nisi aliquod visum. Quid autem quisque sumat aut respuat in potestate est per voluntatem, scilicet ut dicunt ; sed quo viso tangatur, id est [9] quid ei appareat per intellectum nulla potestas est ; ergo et cetera. Et est circa hoc [10] ulterius intelligendum quod ex isto quod hic dicit Augustinus (5), quod non est in potestate nostra quid nobis secundum intellectum videatur, arguit Aristoteles (6) hoc falsum : quod homo non est liber nec dominus actuum suorum ; quia cum homo non agat nec agere velit nisi secundum quod apprehendit, si non est in potestate hominis quid sibi appareat vel videatur, non est et in potestate eius quid velit vel agat.

Cod. V fol. 146 Va

[1] libera — nituntur] *om. 1a m.* C. — [2] *om.* C. — [3] illud dicitur] dicitur illud C. — [4] nostra C. — [5] *om.* P. — [6] cum C. — [7] magis dicuntur] *om. 1a m.* C. — [8] magis — nostra] *om.* P. — [9] id est] *om.* C. — [10] hec C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio*, l. III, c. III (Migne, PL., t. 32, col. 1274, 7 ; et col. 1275, 8). — (2) Ibid., *loc. cit.* (col. 1274). — (3) Ibid., *loc. cit.* (col. 1274 et 1275). — (4) Ibid., *loc. cit.* (col. 1307). — (5) Ibid., *loc. cit.* — (6) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1113).

Digitized by Google

Et est dicendum | ad ista quod in potestate nostra est quid [1] nobis appareat quantum ad aliqua, et quantum ad aliqua non, secundum quod diversa sunt obiecta, ut [2] secundum quod est diversus modus apprehendendi secundum intellectum. Nam quaedam entia sunt sic in sua entitate et veritate evidentia quod non nisi uno modo possunt intellectui repraesentari ; puta, prima principia in speculabilibus et ultimus finis in agibilibus ; et respectu illorum non est in potestate nostra quod sic vel aliter appareant. Quantum ad determinationem actus, licet in potestate nostra sit quod aliquando appareant vel non appareant, id est quod de illis cogitemus vel non cogitemus, et aliquando non, est hoc in potestate nostra cum subito aliquo casu contingente veniet in mentem | de talibus cogitare.

Cod. C fol. 82 Rb

Cod. P fol. 172 Va

Alia autem, quae non sic sunt evidentia, non sic [3] se habent ; quia possunt diversimode secundum diversas eorum condiciones et secundum diversas habitudines eorum ad diversa diversimode apparere. Et quia in potestate nostra est circa talia per discursum rationis investigando et consiliando procedere, et secundum quod terminatur [4] processus talis, fit assensus intellectus, ideo etiam hoc in nostra est potestate, licet terminato tali processu non possit hoc sic vel sic non apparere [5]. Et similiter etiam cum talis assensus est de agibili non possit voluntas hoc vel hoc non velle.

Et secundum hoc dicendum est ad primum quod non est in potestate nostra quid nobis appareat subito et sine deliberatione sive quid homini veniat in mentem absque discussione et examinatione, an hoc sit verum vel bonum simpliciter.

Et quantum ad hunc modum apprehendendi dicit Augustinus (1) mentem quibusdam visis tangi ; sed quid nobis appareat ex deliberatione rationis hoc est in nostra potestate [6]. Et quantum ad hunc modum apprehendendi dicit Augustinus quod in potestate hominis est quid sumat vel respuat, id est cui ex deliberatione assentiat vel dissentiat ; quia, ut dictum est, si non sit in potestate [7] nostra quantum ad talia cui intellectus assentiat vel dissentiat, nec in potestate nostra est quid voluntas eligat vel refugiat cum tamen semper electio voluntatis et iudicium intellectus conformiter se habeant.

Ad argumentum inductum de Philosopho [8] (2), sufficienter dissolvit Philosophus (3) in tertio Ethicorum.

[1] quod C. — [2] et *cor. alia m.* C. — [3] sunt — sic] *om.* C. — [4] determinatur *cor. 2a m.* C. — [5] appetere P ; apperere C. — [6] nostra potestate] potestate nostra P. — [7] potentia P. — [8] inductum — Philosopho] *om. 1a m.* C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio* (*loc. cit.*). — (2) Aristotelis *Ethica Nicom.* (*loc. cit.*). — (3) Id., *ibid.* (*loc. cit.*).

Digitized by Google

His igitur sic determinatis, patet quid ratio libertatis includat[1]. Nunc igitur videndum est quid non excludit eorum quae tamen excludere videtur, inter quae | praecipue videtur esse necessitas ; nam necessitas praecipue videtur impedire libertatem. Sed hoc etsi verum sit de necessitate coactionis respectu quorumcumque volibilium et de necessi | tate absoluta respectu illorum quae sunt ad finem, sic scilicet quod respectu illorum non | habeat appetens dominium nec actu suo sit sibi causa ut illa[2] sic vel sic appetantur, sicut contingit in brutis ; tamen non de omni necessitate est hoc intelligendum. Unde quod aliquis sic velit aliquid quod[3] non possit velle contrarium et ita de necessitate, non tollit rationem libertatis, sed hoc solum quod aliquis appetat aliquid sic simpliciter et absolute quod illius actus appetendi non sit sibi causa vel principium active sed pure naturaliter, sicut contingit in gravi, vel quasi naturaliter ex sola apprehensione rei quae finis est, prout contingit in brutis, hoc[4] tollit libertatem. Et haec videtur intentio Anselmi (1), libro De Veritate, et libro De Libero Arbitrio. Nam libro De Veritate, capitulo duodecimo, dicit quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata. Et ibi declarat quomodo ista non potest esse nisi in rationabili natura in qua habet esse ratione suae libertatis, dicens quod cum homo facit quod debet dicimus eum iustum ; non tamen lapidem facientem quod debet cum inferius descendit, quia hoc sponte homo facit, non lapis sed naturaliter. Equum autem, si aliquo modo volens sive sponte facit quod debet cum vult pascere, non dicimus iustum, quia hoc debitum vel hanc rectitudinem non agnoscit ut sic etiam hoc faceret propter eam, nullatenus autem est iustitia quae tenentem se facit laudabilem nisi in rationabilibus quae rectitudinem hanc percipiunt. Ergo non est in equo. Et hoc iterum patet per ea quae subdit (2) ubi supra, libro De Veritate, dicens : sed quia sicut omnis voluntas quae laudatur vel vituperatur[5] vult aliquid, ita vult propter aliquid[6], non est recta voluntas nisi volendo quod debet et propter quod debet ; voluntas ergo bona[7] et recta est quae servat rectitudinem propter ipsam rectitudinem | et quae etiam vult alia quaecumque propter ipsam[8] et cetera ; hoc[9] autem non potest esse nisi in natura quae rectitudinem ipsam ut finem et rationem rectitudinis cognoscit et ordinem eorum quae sunt ad ipsam. Et secundum[10] hoc[11] illa voluntas dicitur recta et bona et ratione suae libertatis laudabilis | quae servat

Cod. P fol. 146 Vb
Cod. P fol. 172 Vb
Cod. C fol. 82 Va
Cod. C fol. 82 Vb
Cod. P fol. 173 Ra

[1] includit PC. — [2] ista C. — [3] quod — quod] *om. 1a m.* C. — [4] *om.* P. — [5] imputatur vel C. [6] aliquod C. — [7] *om.* C. — [8] rectitudinem et quae — ipsam] *om.* P. — [9] hec C. — [10] et secundum] *om. 1a m.* C. — [11] hec C.

(1) Cfr. Anselmus Cantuariensis, *De Veritate*, c. XII [al. XIII.] (Migne, PL., t. 158, col. 482) ; — *De Libero Arbitrio*, c. IV (*Ibid.*, col. 495). — (2) Id., *De Veritate*, ibid. (loc. cit.)

Digitized by Google

rectitudinem dicto modo propter rectitudinem etiam, si illam non posset non servare. Deus ipse enim [1] in quo secundum modum intelligendi haec sunt cum necessitate immutabili, vult suam beatitudinem, habet tamen verissime libertatem ; et beati etiam qui necessitate immutabili [2] feruntur in Deum [3], dicuntur vere habere libertatem voluntatis [4] tali modo. Unde dicit idem (1), libro | De Libero Arbitrio, capitulo primo [5] : potestas peccandi addita voluntati minuit libertatem et si dematur [6], auget ; ideo nec libertas nec pars libertatis est [7]. Posse ergo aliquid et posse oppositum et velle aliquid et posse velle aliquid oppositum secundum quod huiusmodi non sunt de ratione libertatis. Ergo velle aliquid immutabiliter et sic de necessitate non repugnat libertati, cum solum requiratur ad libertatem ex parte voluntatis quod volitum sit illud in quo ratio finis reperitur propter se sive propter ipsam rationem finis quae apprehenditur a volente, aut quod volitum sit illud in quo salvatur ratio finis, in quantum illud est ordinatum ad finem et appetitur propter ordinem ipsius in finem. Unde subdit Anselmus (2), tertio capitulo : liberum arbitrium non est aliud quam arbitrium potens servare rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem [8]. Et ita, capitulo quarto : habemus semper potestatem servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem, etiam ista [9] rectitudine absente, quamdiu ratio in nobis est qua eam valemus [10] cognoscere et voluntas qua eam possumus tenere. Ex his enim constat praefata libertas arbitrii, unde cognoscere ipsam rectitudinem, hoc est rationem finis et cetera, et in illum sic per voluntatem ferri sive immutabiliter sive mutabiliter [11], hoc pertinet ad rationem libertatis. Unde cum volo finem sub ratione finis, scilicet quia considerando rationem finis, quia scilicet est bonum simpliciter et per se et volibile etiam propter se et sic debitum ut eum quis velit et sic ipsum volo etiam ut sic non potens non velle, cum hoc considero, libere et | laudabiliter volo. Hoc enim patet in Deo et in beatis, ut dictum est, et in damnatis qui etsi immutabiliter sive necessitate immutabilitatis [12] volunt quod volunt, tamen libere volunt. Unde dicit Bernardus (3), De Libero Arbitrio, capitulo tertio, quod sicut caelestis angelus aut etiam ipse Deus permanet libere bonus, propria

Cod. V fol. 147 R[a]

Cod. P fol. 173 R[b]

[1] non 1[a] *m.* C, *del.* 2[a] *m.* C. — [2] habet — immutabili] *om.* 1[a] *m.* C. — [3] feruntur in Deum] in Deum feruntur C. — [4] *om.* C. — [5] li. ar. c. 1 *add.* C. — [6] deviatur C. — [7] est posse peccare *add. in marg. alia m.* C. — [8] voluntatis – rectitudinem] *om.* C. — [9] illa PC. — [10] valeamus V. — [11] *om.* 1[a] *m.* C. — [12] qui — immutabilitatis] *om.* 1[a] *m.* C ; qui et si necessitate immutabilitatis *suppl.*, 2[a] *m.* C.

(1) Anselmus Cantuariensis, *De Liberio Arbitrio*, c. I (Migne, PL., t. 158, col. 491). — (2) Idem, *ibid.*, c. III (col. 494). — (3) Bernardus (Sanctus), *De Gratia et Libero Arbitrio*, c. III (Migne, PL., t. 182, col. 1007).

Digitized by Google

videlicet voluntate, non aliqua extrinseca necessitate ; sic diabolus aeque libere in malum corruit et persistit suo utique voluntario motu, non alieno impulsu. Et infra [1] (1) : nec Deus caret libero arbitrio, nec diabolus ; quoniam quod iste non potest esse malus, non infirma facit necessitas, sed firma in bono voluntas, et voluntaria firmitas ; quodque ille [2] in bonum non valet respirare non aliena facit violenta oppressio, sed sua ipsius in malo obstinata voluntas, ac voluntaria obstinatio. Et sic patet quod non quaecumque necessitas excludit libertatem ; quia, cum immutabiliter aliquid volo, quia est per se bonum vel quia ordinem habet ad per se bonum, stante tali immutabilitate laudabiliter volo ; et etiam meritorie si sim viator et in statu merendi, quia talis volitionis sum [3] mihi causa etiam [4] aliquo modo active supradicto modo. Sic [5] ergo necessitas non repugnat libertati ; unde voluntas vult finem ultimum de necessitate et tamen libere.

Cod. C fol. 83 Ra Similiter etiam [6] deliberando de eo quod est volendum propter fi | nem, facta conclusione et stante tali apprehensione, voluntas non potest illud non velle ; et tamen dicetur quod illud velit libere et laudabiliter et meritorie non obstante tali immutabilitate voluntatis. Et hoc etiam quia volens hoc, est sibi causa volendi hoc in quantum volens praedic tum finem fuit causa deliberandi de isto [7], et sic etiam electionis eius ; et cetera.

Ex his ergo patet quomodo salvari potest libertas voluntatis in eligendo id quod est ad finem post conclusionem factam per consilium rationis deliberantis absque hoc quod | oporteat ponere quod possit eligere oppositum, stante dicta notitia determinata ex principio aliquo propter se volito. Semper enim electio voluntatis est conformis iudicio rationis deliberantis sive in bonum sive in malum. Unde dicit Philosophus (2), tertio Ethicorum, quod ex consiliari iudicantes [8] desi | deramus secundum consultum. Si conclusio ergo syllogismi consiliativi [9] procedentis ex fine bono bene deducatur, illud conclusum voluntas eliget, isto iudicio stante, non potens illud non eligere, licet non necessitate absoluta illud velit, sed quasi condicionata et ex suppositione alterius, scilicet finis.

Cod. P fol. 173 Va

Cod. V fol. 147 Rb

Voluntas enim solum excludit necessitatem coactionis, non immutabilitatis [10]. Sed duplex est necessitas immutabilitatis quae stat cum libertate voluntatis ; una est respectu solius finis ultimi sub ratione communi qui

[1] mensura PC. — [2] vel VP ; ille (?) *corr. alia m.* C. — [3] *om.* C. — [4] *om.* C. — [5] si VP *et 1a m.* C. — [6] in *add. alia m.* C. — [7] illo PC. — [8] iudices V. — [9] consilium PC. — [10] immutabilitas P *et 1a m.* C.

(1) Idem, *ibid.*, c. x (col 1020). — (2) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. v (ed. Bekker, vol. II, p. 1112b).

Digitized by Google

dicitur beatitudo vel felicitas ; et haec necessitas immutabilitatis potest dici necessitas absoluta quia, facta apprehensione huius quod nomine beatitudinis importatur, voluntas simpliciter et absolute et non condicionaliter et ex suppositione alterius vult illam, nec potest non velle. Alia est respectu quorumcumque aliorum ; et hoc est necessitas ex suppositione sive condicionata, quia voluntas talia non sic vult ex necessitate absoluta quod, quandocumque et quomodocumque apprehendantur, non possit illa non velle ; sed ex suppositione finis alicuius ex quo talia deducuntur per deliberationem rationis secundum processum syllogismi practici. Unde in omni actu voluntatis semper aliqua necessitas invenitur vel absoluta vel ex suppositione. Et ex hoc contingit quod ab aliquibus dicitur quod voluntas aliquid vult libere, non tamen libero arbitrio ; et aliquid libere et libero arbitrio. Et illud quod est ad finem etiam [1] libere volumus, sed [2] libero arbitrio [3] ; quia liberum arbitrium quod pertinet ad voluntatem, in quantum | magis respicit quod est ad finem, et actum qui electio dicitur, includit iudicium rationis deliberativum. Non similiter autem hoc quod dico liberum, quod pertinet ad voluntatem in communi et magis secundum appropriationem respicit ipsum finem et actum qui dicitur simpliciter velle, sic includit tale iudicium ; quia iudicium ratione cuius voluntas vult finem [4] sub ratione finis non est simpliciter deliberativum [5] proprie loquendo, sic scilicet quod supposito aliquo volito per se et non est certum per quid possit adipisci, investigatur quid sit illud per quod possit melius adipisci ; et cum ad hoc etiam plura inquiruntur, investigatur per quid hoc fieri melius possit ista comparando et conferendo ad invicem et ad ipsum finem, et cetera ; sed est quasi simplex iudicium vel solum inquisitivum utrum illud sit bonum et appetendum considerando illud in se ipso.

Cod. P fol. 173 Vb

Ex hoc ulterius patet quod ad servandam libertatem voluntatis postquam ratio dictavit aliquid esse volendum vel appetendum, et hoc vel simpliciter vel propter se ut finem aliquem vel in ordine ad aliud, ut id quod est ad finem, non oportet ponere quod sic omnimoda necessitas excludatur quod voluntas possit tale quid non velle vel non eligere, immo etiam oppositum eligere possit ; hoc enim est impossibile. Et hoc patet etiam ex hoc quod ab omnibus doctoribus in theologia concessum est quod haec propositio est vera et tenenda secundum quod verba | eius sonant et praetendunt, scilicet quod non est malitia in voluntate nisi sit error vel nescientia in ratione. Haec enim propositio non posset habere veritatem si contra iudicium rationis posset esse electio voluntatis. Propter

Cod. C fol. 83 Rb

[1] et C. — [2] *del. et suprascrip. alia m.* C. — [3] liberum arbitrium] VP *et 1a m.* C. — [4] quia — finem] *om 1a m.* C. — [5] vel tum *add. in marg. 2a m.* V.

Digitized by Google

quod etiam quidam articuli [1] (1) ab episcopo reprobati, ante approbationem tamen huius [2] propositionis, qui videntur contrariari [3] huic propositioni, sunt sic exponendi quod huic propositioni, prout fieri potest, concordent. Nec huic repugnant dicta Bernardi [4] (2), libro De Libero Arbitrio, capitulo *secundo* [5] ubi dicit : habet voluntas quocumque se voluerit rationem semper co | mitem et quodam modo pedisecam, non quod semper ex ratione, sed quod nunquam sine ratione moveatur, ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est per eius ministerium contra eius consilium vel iudicium. Unde est illud (3) : prudentiores sunt filii huius saeculi filiis lucis in generatione | sua ; et rursus (4) : sapientes sunt ut faciant mala. Neque enim prudentia neque sapientia inesse potest creaturae, neque utique in malo, nisi per rationem.

Cod. P fol. 174 Ra

Cod. V fol. 147 Va

Per ista enim dicta non potest argui quod voluntas aliquid possit velle contra iudicium rationis sive contra illud quod iudicatum est a ratione esse volendum et eligendum, nisi accipiatur iudicium pro sano et recto iudicio procedente ex recto et sano consilio. Immo manifeste vult Bernardus (5) quod voluntas in omni actu suo movetur a ratione obiecti ; sed aliquando a ratione recta et tunc dicitur moveri simpliciter ex ratione ; aliquando vero a ratione erronea, et tunc dicit [6] moveri rationem [7] etiam contra ipsam rationem. Et hoc innuunt verba quae sequuntur, scilicet quod voluntas facit per ministerium rationis, id est [8] per id quod ratione errante proponitur contra eius consilium, id est contra id quod sane suadet ratio. Et hoc manifestat per ea quae sequuntur : neque enim prudentia vel sapientia, et cetera ; sed ad servandam voluntatis libertatem sufficit quod istis suppositis voluntas non consentiat simplici et absoluta necessitate ab alio causata, quae potest reduci ad necessitatem coactionis, sed consensu proprio in quo etiam est sibi causa et ideo libere consentit. Unde, cum dicit Bernardus (6), De Libero Arbitrio, capitulo secundo : ratio data est voluntati ut instruat illam, non ut destruat. Destrueret autem ipsam si ullam [9] ei necessitatem imponeret, quo minus libere pro

[1] articulo P. — [2] huiusmodi V. — [3] contrarii C. — [4] bedae *vel* boethii (?) PC. — *In margine notavit* V : ostendit dicta Bernardi non esse contradictoria quibus tamen aliqui innituntur. — [5] vigesimo tertio. — [6] dicitur P. — [7] ratione *corr. 2a m.* C — [8] id est] *om* C. — — [9] nullam PC.

(1) Opiniones ducentae undeviginti Siger de Brabantia, Boetii de Dacia aliorumque, a Stephano episcopo Parisiensi de Consilio doctorum Sacrae Scripturae condemnatae, 7 Martii anno 1277, — nos 130 et 131 (H. Denifle et Chatelain E., Cartularium Universitatis Parisiensis, t I, p. 531). — (2) Ibid , c. II, 3 (Migne, PL., t. 182, col. 1003). — (3) *Respic.* Luc. XVI, 8. — (4) *Respic.* Ierem., IV, 22. — (5) S. Bernardus, *De Libero Arbitrio* (loc. cit.) *Fere verbo ad verbum.* — (6) Idem, *ibid.* (loc. cit.) c. II (Migne, PL., t. 182, col. 1003).

Digitized by Google

arbitrio sese volveret [1] sive in malum [2] sive ad bonum. Quod si ex necessitate et absque consensu propriae voluntatis iusta iniustave [3] potest rationalis creatura, aut misera esse non debet aut beata esse non potest. Ex istis videre possumus quod non excludit necessitatem omnimodam, sed illam quae consensum spontaneum | propriae voluntatis excluderet. Ista autem est cuius ipsa non esset sibi causa aliquo modo active quae, ut dictum est, potest reduci ad necessitatem coactionis. Talis enim necessitas coactionis [4], quae libertati repugnat [5], non solum est in his quae violentia moventur, sed universaliter in omnibus ratione carentibus sive agant sive patiantur; quia talia magis aguntur quam agant, quia ipsorum actio in eorum potestate non est. Non sic autem est in homine, qui habet potestatem super actus suos per rationem includentem intellectum et voluntatem. Unde cum occurrit apprehensioni alicuius aliquod appetibile, si ex hoc modo supradicto velit talis considerare an illud sit tale quod secundum se et propter se sit bonum volibile ut finis vel iam actu volens aliquid pro fine, velit considerare de alio an sit conveniens et expediens ad illum finem volitum et in hoc etiam iam sit quodam modo illud volens implicite et in potentia et ex suppositione, ita quod si ratione inquirente invenerit illud expediens ad illum finem, tunc velit explicite et in actu, et voluntas illud ut sic non possit non velle; hoc non videtur libertatem impedire, cum consensus talis in actu et in particulari sit ei ex se et ex propria et convenienti naturae suae inclinatione et ex consensu suo proprio iam praecedente implicite in actu quo volendo finem determinate voluit etiam in generali et indeterminate [6] illud quod est finis inductivum; quod non potest poni in natura irrationali [7]. Et hoc patet per exempla Bernardi (1), ubi supra, in Petro et in aliis qui timore | mortis inducti sunt facere malum. Dicit enim ibi: quod a se voluntas pertulit ex voluntate fuit et non ex necessitate verum est simplici et absoluta; sed voluntarium fuit. Si autem voluntarium et liberum, quem sua denique ad denegandum voluntas compulit, compulsus est qui voluit; immo | non com | pulsus est, sed consensit et [8] non alienae potentiae, sed propriae voluntati illi utique [9] qui mortem omnimodam evadere voluit; et ita est ergo quaedam compulsio, sed non habet excusationem, cum sit voluntaria. Cogebatur christianus negare Christum et quidem [10] volens, non tamen nisi volens volebat nimis [11] gladium vitare ferientis. Atque ista talis voluntas intus praesidens [12] os aperiebat, non gladius qui exterius aperiebat [13]. Ecce

Cod. P fol. 174 Rb

Cod. C fol. 83 Va

Cod. P fol. 174 Va
Cod. V fol. 147 Vb

[1] volunt PC. — [2] malis C. — [3] iniustane PC — [4] talis — coactionis] *om.* C. — [5] quae *add. 2a m.* C. — [6] interminate C. — [7] irrationabili V. — [8] *om* C. — [9] illi utique] utique illi P. — [10] quidam PC. — [11] minis C; in illis *corr. alia m.* C. — [12] praecidens *1a m.* C, *in* praecedens *corr. alia m.* C. — [13] apparebat PC.

(1) *Ibid.* (loc. cit.).

Digitized by Google

quomodo qui vult omnibus modis [1] vitare mortem, et illam vitare non potest nisi mentiendo vel Christum negando, tali necessitate, ut dictum est, vult mentiri ; quia simul cum eo quod vult [2] non mori, quod non potest contingere nisi mentiatur, non stat quod possit nolle mentiri ; et tamen libere et voluntarie hoc vult. Ad hoc enim quod velle mentiri sit peccatum, requiritur quod sit voluntarium, non sic quidem quod aliquis etiam volendo omnino vitare mortem et illam non potens vitare nisi per mendacium possit velle non mentiri vel nolle mentiri, sed sic quod non [3] necessitate ab extrinseco totaliter inducta hoc vult, sed est sibi causa volendi illud. Et haec sufficiant ad videndum quae sit ratio libertatis propter quam aliqua dicuntur libera.

His ergo [4] duobus expeditis, scilicet quid sit appetitus et quid sit libertas, nunc ad tertium articulum [5] propositum transeamus, ut scilicet rationes quae praedicta impugnant dissolvamus et eorum qui tenent contrarium quaedam dicta destruamus. Nam, sicut ex iam dictis patet, irrationabiliter dicunt aliqui quod quis potest velle finem, et tamen cum per syllogismum practicum deductum est aliquid sine quo finis non potest haberi, potest voluntas illud non velle. Quod [6] ostendunt quibusdam exemplis. Quia aliquis vult scire et tamen non vult addiscere nec | studere, sciens tamen quod sine hoc non habetur scientia. Item aliquis vult esse abbas et tamen non vult esse monachus, sciens quod sine hoc non potest esse abbas.

Cod. P fol. 174 Vb

Sed haec non valent. Quia, sicut in maiori propositione syllogismi speculativi sive in antecedente includitur virtualiter et implicicite conclusio sive consequens et in eius assensu assensus [7] illius ; et ideo cum per syllogismum explicatur, assentiens maiori et sumpta minore de necessitate conclusioni assentit ; ita in syllogismo practico in maiori includitur virtualiter et implicite conclusio, et in assensu intellectus et consensu voluntatis in propositione maiori virtualiter includitur assensus et consensus conclusionis. Unde quando fit explicatio per sumptionem minoris et inductionem conclusionis, oportet illi assentire intellectu et consentire voluntate. Et hoc patet per exempla Bernardi (1), ubi supra. Si ex eis fiat syllogismus sic : illud per quod malum mortis effugitur est eligendum, hanc maiorem propositionem accipit pro principio ; iste [8] qui omnimode vult mortem fugere, et in hoc implicite vult illud per quod eam effugere potest. Si ergo pro minore accipiat hanc : sed nunc per negationem

[1] omnibus modis] omnimodis PC ; *in* omnino *per rasuram litterarum* dis *corr. alia m.* C. — [2] mentiri — vult] *om.* C. — [3] mentiri sed — non] sed sic quod mentiri non C. — [4] igitur PC. — [5] articuli C. — [6] quia PC. — [7] *om. 1a m.* C. — [8] ille PC.

(1) *De Libero Arbitrio* (locis citatis).

Digitized by Google

Christi mors effugitur, et non aliter constat quod virtute dictae maioris sequitur quod negationi Christi est assentiendum per intellectum et consentiendum per voluntatem; quamvis autem huiusmodi principium sive maior accipiatur ex appetitu vel voluntate finis, ex hoc scilicet quod aliquis vult conservationem vitae et evasionem mortis, format [1] sibi dictam maiorem, tamen consensus in illam maiorem [2] primo [3] et deinde per hoc etiam consensus in conclusionem non debet attribui voluntati secundum se, | ita scilicet quod quia [4] absque hoc quod per se moveatur ab obiecto, se ipsam sua libertate movet in finem sive consentit per se fini [5]; et illo consensu supposito, non potest non consentire ei quod est ad finem, quia aliter contradictio includeretur [6] in actibus voluntatis, | scilicet quod vellet finem ut sic, secundum quod dicunt aliqui. Licet [7] voluntas non possit non consentire [8] tali conclusioni, non est tamen dicendum quod hoc sit quia movetur per se ab intellectu sic concludente; sed hoc est attribuendum voluntati solum quae, quia libere movit se ad volendum finem, illo supposito, necesse habet movere se in illud quod est ad finem, cum fuerit apprehensum. Immo est dicendum quod in omni actu voluntatis causa per se est intellectus sive apprehensum ab intellectu, licet in agibilibus ex diversa dispositione voluntatis vel appetitus diversa insurgunt obiecta primo respectu intellectus, deinde respectu voluntatis, prout dicit Philosophus (1), tertio Ethicorum : qualis unusquisque [9] est, talis finis videtur ei.

Cod. C fol. 83 Vb

Cod P fol. 175 Ra

Ad instantias autem est dicendum quod velle scire tanquam finem potest intelligi dupliciter: uno modo secundum quod aliquis vult vel desiderat scire simpliciter et absolute ut perfectionem quandam suam, non vult tamen propter hoc difficultatem aliquam sustinere; unde talis bene vellet quod sibi scientia infunderetur, et sic vellet eam habere absque aliqua difficultate quae ad ipsam acquirendam requiritur; non oportet autem quod sic volens habere scientiam vel scire, velit studere; quia studere, ut sic, non est ad istum finem ut sic volitus est, exclusa scilicet difficultate. | Alio modo potest quis velle scire sic quod ut finis non habitus appetitur ut habendus, ita quod aliquis sic velit scire quod scientiam omnino vult sibi acquirere per quamcumque viam possibilem quantumcumque difficilem salva subiecti constantia; cum autem ad hoc studium ordinetur et sine ipso hic [10] finis haberi non possit, volens sic hunc finem et sciens hoc sic ordinari ad ipsum, hoc etiam de necessitate vult. Haec

Cod. V fol. 148 Ra

[1] forte C. — [2] in illam maiorem] intellectu minorem C. — [3] *om.* PC. — [4] *om.* C. — [5] fieri P. — [6] illuderetur P. — [7] aliqui licet] aliquibus PC. — [8] ei quod est — consentire] *om. 1a m.* C. — [9] quisque C. — [10] hoc PC.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 (ed. Bekker, vol. II. p. 1114, a. b.).

Digitized by Google

etiam experiuntur studentes qui volunt sibi scientiam simpliciter acquirere; et ex hoc | tanquam principio syllogizant quod studendum est. Et sic velle est velle [1] simpliciter et perfecte et in particulari et in actu. Non sic autem velle quo quis vult scire quadam velleitate imperfecta et quasi in universali, sed scientiam non vult efficaciter sibi acquirere, quia magis vult [2] aliquid aliud, puta quietem vel delectationem in aliis, vel habet aliam occupationem necessariam a quibus per studium impediretur; et ideo ratione finis sic imperfecte voliti, non vult studii laborem per quem a magis volito impediretur. Similiter etiam proiciens merces in mari, ut periculum maris evadat, voluntate absoluta vult esse dives et non potest esse dives si merces proiciat; et tamen non vult eas non proicere, quia aliter non potest dictum periculum evadere, et sic ut nunc non vult esse dives; et cetera.

Cod. P fol. 175 R[b]

Haec autem possunt aliis faciliter adaptari, ut scilicet haec quae inducunt pro se magis valeant ad propositum nostrum; quia ex eis ostendi potest voluntatem necessario sequi rationem. Universaliter enim haec experiuntur [3] circa ea quae dicuntur voluntaria mixta, tertio Ethicorum (1), et de quibus dicit Damascenus (2), libro *secundo* [4] capitulo vigesimo quarto, quod sunt quaedam media voluntarii quae in [5] delectabilia et tristia, quae et propter maius malum acceptamus. Si enim voluntas posset non moveri praesente obiecto et posset moveri contra omne iudicium rationis [6], et nihil [7] efficeret obiectum in voluntate, tunc contingere posset ut homo sine tristitia ageret id quod apprehenderet ut valde malum sibi et valde contristativum; puta, cum apprehenderit quod proicere merces in mari est malum propter malum [8] paupertatis quod est nolendum [9] et fugiendum et detestandum. Si voluntas non moveretur ab obiecto sed se ipsam moveret in obiec | tum si vult, posset omnino voluntas | stare sic quod respectu huius [10] mali apprehensi nullo modo esset in actu, ita quod tali casu occurrente posset quis omnino voluntarie et sine omni tristitia proicere merces nihil habens de involuntario, quia malitia paupertatis non moveret eum si vellet ad fugam vel detestationem paupertatis, ratione cuius ipsum proicere dicitur sortiri quandam rationem involuntarii et contristabilis, licet ratione alterius sortiatur rationem voluntarii. Unde semper est uniformitas et conformitas [11] in motu voluntatis et in iudicio rationis, et non talis contrarietas qualem quidam [12] ponere videntur. Et in

Cod. C fol. 84 R[a]
Cod. P fol. 175 V[a]

[1] est velle] *om.* C. — [2] vel P. — [3] exprimitur PC. — [4] quarto. — [5] quae in] *1ª m.* C, *in* quaedam *corr. alia m.* C. — [6] *om.* C. — [7] *om. 1ª m.* C. — [8] propter malum] *om.* C. — [9] non volendum V. — [10] huiusmodi PC. — [11] et conformitas] *om.* C. — [12] quidem V.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (ed. Bekker, vol. II, p. 1110.) — (2) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXIV (P.G. t. 94, col. 955).

Digitized by Google

hoc scilicet quod voluntas in volendo semper conformatur rationi [1] in iudicando, etiam semper talis necessitas est quae dicitur non necessitas absoluta, sed ut nunc et ex suppositione et sub condicione, sic scilicet quod tali iudicio stante oportet esse talem appetitum. Sed quia talis necessitas, qua dicitur quod voluntas de necessitate sequitur iudicium rationis, contingit in homine ut est consiliativus, solum post collationem et deliberationem praecipue respectu eorum quae sunt ad finem et etiam aliquo modo respectu finis non simpliciter ultimi, cum ratio quae deliberat de diversis sic devenit ad aliquid determinatum, quod nihilominus potest et ab initio potuit ad aliud determinari et non ad illud secundum se et absolute determinatur ; non debet propter hoc dici quod voluntas sic conclusum simpliciter velit de necessitate, sed | solum sub praedicta condicione et suppositione ; sicut etiam in naturalibus nihil ita evenit absque necessitate simpliciter et contingenter propter indeterminationem causae a qua immediate evenit effectus contingens, quin secundum ordinem omnium concurrentium ut sic non eveniat aliquo modo de necessitate ; talis autem necessitas in naturalibus contingentiam non excludit et etiam respectu voluntatis libertatem non solum liberae voluntatis, sed etiam liberum arbitrium non excludit. Cod. V fol. 148 Rb

Unde post praedicta dicit Bernardus (1) : voluntatis vo | luntarius consensus, ob voluntatis inamissibilem libertatem et rationis quod secum semper et ubique portat indeclinabile iudicium, non incongrue dicitur liberum arbitrium ipse liber sive [2] propter voluntatem, ipse iudex sive [3] propter rationem. Vult ergo per hoc, si quis bene consideret, quod consensus voluntatis semper et incommutabiliter et necessario sequitur iudicium rationis ; et hoc includit liberum arbitrium. Cum ergo aliquis vult aliquid tanquam finem et conclusum sic de aliquo quod est ad illum sic quod sine isto haberi non potest, tali necessitate oportet velle illud primo volito manente et tamen libere, quia voluntarie, ut dictum est. Cod. P fol. 175 Vb

Verumtamen contra hoc adhuc a quibusdam opponitur ; sed obiectioni eorum facile est respondere. Aliqui enim arguunt quod si voluntas non posset eligere oppositum [4] ostensi a ratione, illa deductione stante, tunc voluntas non posset dici peccare ex certa malitia vel ex certa scientia ; hoc autem videtur inconveniens ; quare et cetera.

Dicendum quod modorum peccandi unus dicitur ex ignorantia, alius ex infirmitate vel passione, alius ex malitia vel industria. Si autem hoc sit peccare ex certa malitia, scilicet eligere aliquod malum contra rectum iudicium rationis, tunc omnis sciens se male facere sic peccaret et non

[1] ratio PC. — [2] sui C. — [3] sui C. — [4] oppositionem V.

(2) Cfr. Sanctus Bernardus, *De Libero Arbitrio*, c. II, 4. (Migne, PL., t. 182, col. 1004).

Digitized by Google

Cod. C fol. 84 R[b] valeret dicta distinctio, quia | membra non differrent. Iste enim, qui fornicatur ex passione, potest agere contra iudicium rationis in hoc quod iudicat illum actum non esse faciendum, quia est quid inhonestum et contra divinum praeceptum. Sed quia propter vehementiam passionis iudicat ut nunc delectatione carnali fruendum, ut nunc iudicat fornicandum; et sic [1] talis aliquo modo agit contra rectum iudicium rationis; nec tamen dicitur ex certa scientia peccare, prout per hoc intelligitur tertius modus peccandi. Non est ergo intelligendum quod aliquis dicatur sic peccare ex certa scientia quod, in eligendo sic peccare non sit in eo aliquod iudicium perversum quo semper aliquod bonum ut nunc assequendum vel
Cod. P fol. 176 R[a] malum | ut nunc fugiendum, iudicet erronee pro hora talem actum in quo peccatur potius faciendum quam omittendum. Sed praedicta distinctio est sic intelligenda : ecce enim aliquis continens potest fieri in aliqua passione vehementi sic quod bonum ut nunc iudicabit fornicari et fornicabitur, sciens tamen quod male facit in hoc quod utitur tali actu illicito, quia [2] non in sua magis tamen eligens et melius iudicans pro nunc hoc malum facere quam bono delectationis, ad quod vehemens passio inclinat, carere. Universaliter enim nullus peccans peccat, nisi iudicans melius ut nunc facere illud [3] quod facit quam omittere illud. Sed ad hoc inclinatur quandoque ignorans in actu rationem unde est ibi deformitas et unde est illicitum; et dicitur peccare ex ignorantia. Pro tanto tamen talis ignorantia est voluntaria implicite, quia debuit vel potuit scire, sicut patet in isto qui accedit ad non suam, quam credit suam, non adhibita tamen diligentia quam debebat. Aliquando autem est sciens hoc; sed inclinatur ad hoc faciendum ex vehementia passionis, sicut iste de quo prius dictum est; et dicitur peccare ex infirmitate. Aliquando vero ex mala dispositione habituali ad hoc inclinatur.

Cod. V fol. 148 V[a] Item, cum | arguunt quod tunc sequeretur voluntatem non esse liberam, quia cogi posset in eo quod intellectus cogitur quem sequitur; dicendum quod non potest dici quod intellectus cogatur, nisi quia de necessitate assentit aliquibus conclusionibus. Sed, ut dictum est et communiter conceditur, necessitas non impedit libertatem. Unde sicut in voluntate ponitur respectu suorum actuum duplex necessitas, una quidem quasi simpliciter dicta et absoluta respectu finis saltem ultimi, et alia ex suppositione et condicione respectu aliorum; ita etiam est de intellectu quod respectu aliquorum per se notorum et respectu aliorum, alia et alia
Cod. P fol. 176 R[b] est necessitas in assentiendo [4] illis. Constat | enim quod consiliari, deliberare et conclusio per deliberationem et consilium sunt actus liberi, non serviles. Quin immo etiam videtur quod voluntas in aliquibus suis acti-

[1] *om* C. — [2] in *add.* P *et 1a m.* C; *in* etiam *corr. alia m.* C. — [3] id C. — [4] assensione C.

Digitized by Google

bus magis accedit ad rationem violentiae et coactionis quam intellectus. Et hoc patet in his quae fiunt a voluntate, prout vult aliquid non voluntario simpliciter dicto, sed mixto, ubi est aliquid de invo | luntario ; et in tantum est ibi aliquid de violentia vel coactione. Sed non sic est proprie in actibus intellectus. Cod. C fol. 84 Va

Ex praedictis autem patet quod ad salvandum libertatem voluntatis non oportet ponere, sicut aliqui (1) dicunt, quod voluntas ab obiecto nullo modo per se et vere movetur, sed tantum metaphorice et ut a causa sine qua non. Immo secundum intentionem Philosophi (2) et sanctorum, est dicendum quod voluntas movetur ab obiecto per se, ita tamen quod et nihilominus sic movetur ab illo obiecto, quod ipsa etiam movet se ipsam sic quod eius motus dicitur esse ab ipsa et voluntarius simpliciter. Non sic autem potest dici de aliis potentiis et quibuscumque quae moventur et quae etiam aliquo modo mota movent. Brutum enim, quod movet se non quidem ad appetendum, sed ad comedendum vel aliquid tale, non dicitur movere se sic quod sit sibi causa talis motus, ut supra est declaratum, tanquam apprehendendo rationem finis, licet id quod est finis vel ad finem apprehendat, ut dictum est. Sed homo qui movet se non solum ad opus extrinsecum, sed ad ipsam electionem interiorem est etiam per voluntatem causa sibi talis electionis. Propter quod etiam dicitur electio voluntaria, ita quod non solum actus electivus, puta loqui vel aliquis alius, est voluntarius, quia est voluntatis volentis illud ut quoddam obiectum et sic movetur voluntas in actu illo, scilicet quo vult loqui ab isto [1] actu qui est loqui ut [2] ab obiecto, quasi effective habens formam et speciem ab isto ; sed etiam sic actus quo quis vult loqui est voluntarius, quia est volitus per ipsam voluntatem, in quantum voluntas ab initio | voluit intellectum movere ad considerandum circa tale obiectum, quod consideratione facta, ipsa voluntas fierit in actu secundum obiectum iudicatum ; et in hoc quidem voluit implicite talem actum et virtute illius, cum explicatus est in actu, est volitus ; et sic est causa talis actus effectiva secundum rationem moventis et impellentis quasi ad exercitium actus. Et per hoc possunt exponi omnes auctoritates sanctorum quae videntur induci ad alium modum motionis voluntatis a se ipsa prima et per se, quod utique non oportet. Cod. P fol. 176 Va

Quia vero brutum motum ab aliquo apprehenso non sic ulterius movet, sicut dictum est de homine, ideo non sic est sibi causa talis

[1] illo PC. — [2] qui est *del.* C *et in marg. scrip.* 2ª *m.* C.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum*, XIII (t. II, fol. CCCCCXXXVII, R. Ad tertium principale). — (2) Cfr. Aristotelis *De Anima*, l. III, c. 10 (Bekker, vol. 2, p. 433, a).

Digitized by Google

actus quod sic possit dici liber et voluntarius. Et ex hoc patet responsio ad quaesitum principale, scilicet quod appetitus bruti non est liber.

Ad rationem ergo in oppositum est dicendum quod appetibile vere et per se movet appetitum, sicut aliquod obiectum vere et per se dici potest movere potentiam quamcumque animae. Potest tamen poni quod sic movet appetitum intellectivum quod hoc [1] veram libertatem non excludit, sed eam respectu motionis | appetitus bruti excludit.

Cod. V fol. 148 Vb

Est ergo intelligendum quod finis comparatur ad efficientem et ad subiectum actionis et hoc secundum eius esse duplex, scilicet secundum esse reale extra animam et secundum esse cognitum vel apprehensum in anima. Si ergo comparatur [2] ad agentem, sic dicendum quod vere, non metaphorice movet agentem, appellando vere movere aliquid educere illud de potentia in actum, sicut contingit de quolibet obiecto respectu suae potentiae. Et cum enumerantur quatuor causae, finis ut sic connumeratur [3] cum agente, quia non dicitur agens nisi secundum formam finis apprehensam per quam factus est actu volens ipsum finem propter quid [4] agit. Si autem comparetur ad subiectum factionis et secundum esse suum reale, non movet, id est non | transmutat materiam vel subiectum transmutationis nisi metaphorice. Et [5] hoc Philosophus (1) pertractat, | primo, de Generatione, quia finis non educit illud [6] subiectum de potentia in actum, sed factione completa habet esse, unde tunc cessat et est quies; quia tamen ratione eius secundum tale esse facta est transmutatio quam tamen non efficit, sed agens praehabens istum finem secundum esse cognitum, ideo dicitur movere secundum metaphoram. Et haec est intentio Commentatoris (2), duodecimo Metaphysicae, ubi dicit quod finis dicitur movens dupliciter secundum eius duplex esse; dicitur enim movere secundum quod est agens et sic vere et secundum quod est finis et sic metaphorice. Dicit (3) enim sic : in nobis differunt illud [7] quod est movens nos secundum quod est agens et quod movet nos secundum quod est finis. Est enim duplex esse, in anima et extra animam. Secundum autem quod est in anima, est agens motum; secundum vero quod est extra animam est movens secundum finem; verbi gratia, quoniam balneum duplicem habet formam, in anima et extra animam, et propter istam formam quae est in anima desideramus aliam quae est extra animam; forma ergo balnei [8] in quantum est in anima est agens desiderium

Cod. P fol. 176 Vb
Cod. C fol. 84 Vb

[1] *ras.* C. — [2] comparetur PC. — [3] quatuor — connumeratur] *om.* 1a *m* C. — [4] quid 1a *m.* C, *in* quem *corr.* 2a *m.* C. — [5] per *add.* 2a *m.* C. — [6] id C. — [7] id C. — [8] *om.* P.

(1) Cfr Aristotelis *De Generatione*, l I, c. 7 (ed. Bekker, vol 1, p. 324, b). - (2) Cfr. Averroès Cordubensis, *Metaphysica*, l. XII, com. 36 (Venetiis, 1562, vol. 8, fol. 318 V) (3) Idem, *Ibid.* (loc. cit.). *Fere verbo ad verbum.*

Digitized by Google

et motum ; secundum autem quod est extra animam est finis motus, non agens ; et cetera.

Cum ergo secundum supradicta, non solum voluntas sit potentia libera in ratione, sed intellectus, si quaeratur quae istarum sit liberior, posset dici quod, sicut una est libera respectu suorum actuum, ita est alia etiam libera respectu suorum ; unde sicut voluntas libere eligit quod iudicatum est intellectu, ita etiam intellectus libere iudicat de eo de quo deliberavit et de eo quod apprehendit, considerando non solum id quod apprehendit et iudicat, sed [1] rationem propter quam sic iudicandum est de isto [2] ; et sic etiam propter illum iudicat ; cum enim unius rationis sit radicalis causa libertatis istarum potentiarum, sicut patet ex supradictis, potest dici quod una non est liberior alia, ut dictum est.

Sed quia ambae istae potentiae sunt principia omnium actuum hominis secundum quod homo, qui scilicet ex deliberatione procedunt [3], et nulla | istarum per se sufficit ad aliquem [4] talem actum, et [5] in quolibet tali actu est conformitas inter ipsas ; quia tamen ipsa voluntas est posterior et in eius actu electivo conformiter se habente ad actum intellectus iudicantis quasi completur id in quo consistit principium actuum [6] humanorum [7] respectu quorum homo dicitur habere libertatem, ideo secundum communem usum loquendi libertas magis intelligitur appropriata voluntati. Cod. P fol. 177 Ra

Cum ergo aliqui dicunt quod magis libera potentia est voluntas quam intellectus, quia intellectus ab exercitio sui actus potest retrahi per voluntatem et impelli in ipsum ad libitum voluntatis, voluntas autem tantae libertatis est quod a nullo in actum suum impelli potest, nec ab isto potest ab alio retrahi, sed absque impulsu vadit in actum suum et absque alio retrahente ab isto [8] cessat | a suo actu ultronee sicut placet, sic loquentes videntur supponere quod sola voluntas sit principium actuum humanorum et quod ad hoc non exigatur operatio intellectus, cum tamen homo sit homo per rationem ut comprehendit intellectum et voluntatem. Propter quod voluntas et intellectus [9] in essendo principia actuum humanorum sic coniunguntur quantum ad utrosque suos actus, scilicet quantum ad iudicium intellectus et quantum ad acceptationem per voluntatem, quod vix potest discerni cuius actus sit iste ultimus in quo quasi consummatur, ut dictum est, principium actuum humanorum, scilicet actus electivus. Unde, secundum Philosophum (1), sexto Ethicorum, dicitur quod electio est appetitus intellectivus vel intellectus appetitivus. Est ergo Cod. V fol. 149 Ra

[1] secundum C. — [2] illo PC. — [3] procedit C. — [4] aliquam C. — [5] etiam C. — [6] vel activum V. — [7] humanarum VPC. — [8] illo PC. — [9] et *add.* V.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. VI, c. 2 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1139, b).

Digitized by Google

dicendum quod voluntas sola nullius actus humani est principium nec etiam intellectus solus, sed voluntas in virtute intellectus cui conformatur. Unde non potest voluntas intellectum impellere vel movere ad exercitium alicuius actus nec etiam retrahere ab aliquo nisi secundum modum et formam intellectus, quo apprehen- | ditur et iudicatur | sic impelli vel retrahi esse bonum. Ipsa [1] voluntas etiam per se ipsam non vadit ad actum suum qui, ut dictum est, proprie est principium actuum humanorum, scilicet electio etiam ut extendit se non solum ad ea quae sunt [2] ad finem, sed etiam aliquo modo ad ipsum finem, declarat Commentator (1), sexto Ethicorum ; nec etiam per se ipsam ab illo se retrahit nisi simul ad hoc intellectu movente et iudicante, ut patet consideranti.

Cod. P fol. 177 R[b] Cod. C fol. 85 R[a]

[1] illa PC. — [2] sint C.

(1) Cfr. Averroes Cordubensis, *Ethica*, l. VI, c. 2, com. (Venetiis, 1562, vol. 3, fol 82 V a, l).

Digitized by Google

QUAESTIO XVII

Utrum subsistere quo species panis in sacramento altaris subsistit sit realiter idem cum essentia quantitatis vel aliud.

Deinde ultimo circa naturam accidentalem quaerebatur unum, scilicet utrum subsistere quo species panis in sacramento altaris subsistit sit realiter idem cum essentia [1] quantitatis vel aliud. Et arguitur quod non sit aliquid aliud, quia aut substantia aut accidens ; non substantia, quia supponitur quod ibi nulla substantia est ; nec accidens, quia non est aliquod accidens cui magis possit convenire subsistere quam ipsi quantitati ; ergo ; et cetera.

Contra. Quandocumque aliqua sunt idem ubicumque est unum et alterum ; ergo si subsistere quantitatis sit idem quod quantitas secundum rem, ubicumque esset quantitas, ibi esset subsistere quantitatis [2] ; hoc autem est [3] falsum ; ergo ; et cetera.

Per praedicta in prima quaestione potest responderi [4] ad hanc ultimam quaestionem ; quia semper esse sequitur essentiam, immo est idem quod essentia ; unde cum esse accidentis sit idem quod eius essentia [5], ipsum autem accidens si inhaeret substantiae, essentia eius et eius esse est inhaerere quoddam, ita quod inhaerere non addit per se et secundum se ad esse vel essentiam accidentis nisi quod connotat quiddam aliud, propter quod quantum ad id quod principaliter importat [6], ex parte accidentis est simpliciter idem realiter cum essentia accidentis et cum eius esse ; sed quantum ad id quod connotat, quia inhaerere importat aliquid [7] esse non secundum se, sed in alio, quantum ad hoc differentiam quandam importat inhaerere respectu esse simpliciter et non facta variatione in essentia accidentis vel in eius esse secundum se. Facta tamen variatione in isto [8] respectu connotati | , scilicet subiecti, ut videlicet ab isto [9] separetur nec cum isto [10] sit pars alicuius totius, sic [11] potest fieri Cod. P fol. 177 Va

[1] esse C. — [2] ibi — quantitatis] *om.* C, esset illud id est subsistere quantitatis *in marg.* C. — [3] *om.* C. — [4] dici C. — [5] eius essentia] essentia eius C. — [6] principaliter importat] importat principaliter C — [7] ad PC. — [8] ipso P ; in isto] immo C. — [9] illo PC. — [10] illo PC — [11] sicut C.

Digitized by Google

variatio circa ipsum inhaerere, ut scilicet inhaerere fiat non inhaerere, id est esse inhaerens alteri, et ut pars quaedam alteri innitens fiat esse non inhaerens vel alteri non [1] innitens, nec ut pars in actu cum altero existens.

Ita etiam loquendo in proposito, scilicet de quantitate abstracta in sacramento, ipsum subsistere, quod sic habet, non dicit secundum se aliquid aliud realiter ab illo esse vel esse [2] quantitatis, sed [3] quiddam aliud connotatum, scilicet alterius exclusionem, quia dicit esse quantitatis ut secundum se non alteri inhaerens vel ut pars cuiusdam compositi alteri parti non | innitens secundum actum, sed solum secundum aptitudinem.

Cod. V fol. 149 Rb

Per hoc patet responsio [4] ad argumentum, quia subsistere non est omnino idem cum esse dicto modo ratione connotati; ideo ratione illius, accidente manente in sua essentia et esse absoluto, fit variatio secundum subsistere vel non subsistere. Intelligendum tamen quod nunquam contingit proprie sibi [5] subsistere, tum quia nunquam est ens in se et secundum se perfectum et completum, quod etiam dicitur de anima separata; tum quia semper [6] habet aptitudinem naturalem et inclinationem ad inhaerendum alteri ut subiecto, quod [7] proprie non convenit animae, licet habeat [8] aptitudinem ut perficiat materiam.

Explicit octavum quodlibet Magistri de Fontibus [9]. Incipit nonum quodlibet [10].

[1] inhaerens — non] *om.* C. — [2] essentia *corr. 2a m.* C. — [3] secundum P *et 1a m.* C. — [4] *om.* C. — [5] proprie sibi] sibi proprie C. — [6] pars C. — [7] quamvis V. — [8] hanc C. — [9] Explici — Fontibus] *om.* C; octavum — Fontibus] *om.* V; — [10] incipit — quodlibet *om.* VC; — explicit quodlibet octavum magistri Godefridi de Fontibus incipit nonum *scripsit ima parte folii 2a m.* V.

Digitized by Google

CORRECTIONS ET ADDITIONS

Page 20, note 1, *au lieu de :* q. 17, *lisez :* q. IX.
» 21, » 1, *ajoutez* tome II *après* q. IX.
» 36, *lisez :* Cod. P, fol. 135 V^b.
» 45, note 2, *lisez :* t. 158.
» 65, Cod. P. fol. 145 R^a, *corrigez* 144 V^b.
» 95, *ajoutez aux notes :* (5) c. 2, Ebron, C. XIII, q. 2 (ibid., vol. I, col. 721.)
» 97, ligne 18, *lisez :* nihil vos.
» 98, » 20, » *:* sepultum, et hoc.
» 99, » 8, » *:* infelici | oris *et ajoutez en marge :* Cod. C, fol. 72 V^b.
» » » 13, » *:* vita mortali.
» » » 16, *au lieu de :* Cod. C, fol. 72 V^b, *lisez :* Cod. V, fol. 137 V^a.
» 100, » 4, *lisez :* poenae ; ordo.
» » » 25, » *:* puniuntur, boni.
» » *lisez :* Cod. V. fol. 137 V^b.
» 110 » Cod. P, fol. 158 R^a.
» 119, ligne 21, *lisez :* daremus vobis.
» 120, » 6, *au lieu de* : quidat *lisez :* qui dat.
» 121, » 7, *après* intelliguntur, *mettez un point et ajoutez :* Non enim per loculos.
» 122, » 27, *lisez :* non habere ; et.
» 128, note 1, *au lieu de :* 1170, *lisez :* 1179.
» 131, ligne 30, » : bona | corporis, *et ajoutez en marge :* Cod. P, fol. 164 V^a.
» 133, » 2, » : religiosus ; cum.
» 139, » 3, *après :* factus, *ajoutez :* simpliciter subiectus episcopo et exemptus est.
» 148, » 18 et 19, *corrigez la ponctuation comme suit :* unumquodque, et — huiusmodi nihil agit, agens tale nihil.
Page 149, *suppléez :* Cod. V. fol. 144 V^b.
» 162, *au lieu de* : Cod. P, fol, 146 V^b, *corrigez* : Cod. V.

SIGLES : Cod. V = n° 14311 lat. Bibl. nat. Paris.
Cod. P = n° 15842 » » » »
Cod. C = n° 170, Pembroke College, Cambridge.

Nota. La TABLE ALPHABÉTIQUE DES AUTEURS et la TABLE GÉNÉRALE DES MATIÈRES seront publiées à la fin du fascicule 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV, FASCICULE II

LE NEUVIÈME QUODLIBET

de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,
DOCTER EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

LOUVAIN
INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

1928

Digitized by Google

Digitized by Google

QUODLIBETUM NONUM

QUAESTIO I

Utrum Deus possit unum accidens in aliud convertere.

Quaerebantur quaedam [1] circa Deum, quaedam [2] circa creaturas. Circa Deum quantum ad eius potentiam quaerebantur tria [3]. Primum est [4] utrum Deus possit unum accidens in aliud convertere ; secundum utrum aliqua actio Dei possit in nihil terminari sive utrum Deus possit aliquid in nihilum redigere ; tertium utrum potentia divina possit naturam irrationalem in unitate suppositi [5] assumere | . Cod. P fol. 177 Vb

Ad primum arguitur quod Deus possit unum accidens in aliud convertere ; quia non minus videtur de nihilo aliquod [6] ens facere quam unum ens quodcumque in aliud convertere, quia maior videtur esse distantia nihili ad aliquid quam alicuius unius entis ad aliud. Sed Deus potest de nihilo aliquid producere. Ergo unum accidens poterit [7] in aliud convertere | . Cod. C fol. 85 Rb

Contra. Quandocumque aliqua sic se habent quod unum in aliud potest converti vel transmutari, illis debet esse aliquod [8] commune ratione cuius hoc eis conveniat ; sed cum accidentia sint [9] formae simplices, non possunt in aliquo tali communicare ; ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod circa possibilitatem conversionis unius naturae in aliam, talis quidem quae habeat utrumque terminum positivum et in actu et nullum commune subiectum secundum se vel secundum essentiam suam in utroque termino manens, si unus terminus secundum totum id quod est convertitur in alium totaliter, et quia ille manet, ideo etiam conversum in ipsum non dicitur annihilatum. Alias in quaestione qua quaerebatur, utrum substantia materialis : puta lapis, posset transsubstantiari in

[1] quidam C. — [2] quidam C. — [3] *om.* C. — [4] erat P. — [5] suppositum C. — [6] aliquid P. — [7] potest P. — [8] aliquid P. — [9] sicut P.

Digitized by Google

naturam [1] pure spiritualem, scilicet in angelum, tetigi duas vias. Et secundum unam illarum plane esset dicendum quod quodlibet [2] accidens in quidlibet [3] converti [4] potest. Quod enim in transmutatione naturali non possit unum in aliud converti nisi illa convenirent in communi quod est materia, hoc est, quia agens naturale et limitatum non potest agere nisi sit aliquod [5] subiectum suam actionem suscipiens, quia non potest in totam rationem entis ; et ideo transmutatio quam facit illa fit aliquo subiecto communi transmutationem suscipiente et secundum idem [6] quod est essentialiter sub [7] utroque termino manente ; propter quod nec totum secundum totum, sed secundum aliquid sui manens in aliud convertitur, et pro tanto etiam non annihilatur ; et ideo potest naturaliter quodcumque materiale converti in quodcumque materiale, non autem in aliquod immateriale. Sed cum in illa mutatione terminus a quo non mutetur in terminum ad quem secundum aliquid sui manens, ratione cuius etiam non dicatur annihilari, sed secundum | suam totam entitatem, quae secundum nihil eius ut est aliquid secundum se manere dicitur, convertitur in terminum ad quem ; et ita non ratione alicuius partis suae manentis non dicitur non annihilari sed solum quia manet entitas illius in quod convertitur et pro tanto dicitur non annihilari [8], videtur quod in huiusmodi transmutatione solum requiratur quod uterque terminus importet aliquam entitatem vertibilem sive [9] creatam et mutabilem [10] secundum totum illud quod est, saltem a creante, et | sic communicet [11] in communi natura entis creati. Et quia agens infinitum sua actione potest attingere quamcumque entitatem creatam, potest quidquid entitatis est in quacumque natura [12] creata convertere in entitatem quae est in alia, sicut etiam [13] unumquodque creavit cum omnino nihil erat. Et hoc videtur dicere Ambrosius (1) in libro *De Sacramentis* ; et est [14] in glossa (2), prima Corinthiorum, decimo : de totius mundi operibus legimus : quia dixit et facta sunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo aliquid facere quod non erat non poterit mutare ea quae sunt in illud quod non erant. Sed quia, secundum quod dicit Ambrosius (3), talis conversio, etsi fiat praeter [15] ordinem et cursum naturalem, non tamen potest dici quod fiat sic contra cursum et ordinem naturae quod aliquo modo contradictionem videatur importare ; magis consonum rationi videtur quod

Cod. P fol. 178 R[a]

Cod. V fol. 149 V[a]

[1] materiam VP ; naturam m. *add. in marg.* 2[a] *m.* V. — [2] quidlibet C. — [3] quodlibet P. — [4] possit *add.* V. — [5] aliquid P. — [6] id. C. — [7] ab PC. — [8] sed solum — annihilari] *om.* P. — [9] secundum PC. — [10] immutabilem P. — [11] convincet P. — [12] non P. — [13] in C. — [14] hoc — est] *om.* P. — [15] propter P. *et* 1 *m.* C.

(1) Sanctus Ambrosius, *De Sacramentis*, l. IV, c. 4, 15-16 (Migne, PL., t. 16, col. 440-441.) — (2) Cfr. *Biblia sacra cum glossa ordinaria*, super I Cor., XI. (Antwerpiae 1634, t. VI, col. 294, F.) — (3) Cfr. Sanctus Ambrosius, *De Sacramentis*, l. IV, c. 4, 17-18. (PL., t. 16, col. 441-442).

Digitized by Google

non possunt aliqua ad invicem sic converti quin sic communicent realiter in aliquo uno reali, quod unum non [1] habet distinctionem sic ab alio disparatam quin unum secundum se et absolute consideratum ratione alicuius ad naturam suam pertinentis, natum sit esse alterum. Et e converso, quod non contingit nisi ratione alicuius communis realis, quod secundum se est indifferens ad quodlibet et est quodlibet aliquo modo, scilicet in potentia, — lapis enim in actu est lignum in potentia, et e converso; — si vero sit unum ab alio disparatum, et diversitas inter illa sit talis quod nullum [2] illorum nullo modo natum est esse alterum, nullo modo ex uno potest [3] fieri aliud non existens ; immo ipsum penitus annihilaretur si ex illo aliud fieri diceretur. Non enim videtur possibile quod ex lapide fiat angelus non existens | quocumque agente ; et hoc quia non videntur in[4] aliqua natura communicare ratione cuius unum | natum sit esse vel etiam fieri aliud. Et eadem ratione videtur etiam quod nec lapis possit converti in angelum existentem, sed posset ex lapide fieri vitulus non existens et etiam posset converti in iam existentem. Quia enim materia in omnibus materialibus est eiusdem rationis, et in ipsa virtualiter et potentialiter sunt omnes formae materiales; ideo omnia materialia ratione materiae nata sunt esse unum et quae naturaliter ad invicem transmutantur, sed ipsa entitate materiae supposita quae non potest secundum suam essentiam ab agente naturali transmutari. Sed quia Deus qui est causa entitatis materiae sua actione eius essentiam attingit, potest ipsam secundum suam essentiam transmutare et in aliam convertere cum qua ut secundum se considerata nata est esse unum et id ipsum ; et ideo illa in quam sic convertitur manente, dicitur etiam ipsa conversa manere. Sic autem una forma non est nata esse id ipsum quod alia nec unus angelus id ipsum quod alius nec materiale id ipsum quod immateriale [5]. Et secundum hoc videtur quod possit sic unum ens materiale in aliud converti, non autem in ens immateriale. Et hoc videtur dicere Augustinus (1), septimo, super Genesim ad litteram, capitulo decimo sexto, ubi dicit : omne corpus in omne corpus mutari posse credibile est ; quodlibet autem corpus posse mutari in materiam [6] incorpoream absurdum est.

Cod. P fol. 178 R[b] Cod. C fol. 85 V[a]

Sed ex istis videtur aliud inconveniens sequi, scilicet quod cum omnes [7] formae specificae sive substantiales sive accidentales secundum se, ut etiam simpliciter et absolute considerantur, essentialem distinctionem importent et non aliquid unum secundum rem, tunc videretur quod ipsum ens materiale

[1] *om.* C. — [2] unum PC.— [3] poterit P. — [4] inde C. — [5] sic — immateriale] *om.* PC. et V ; *add. in marg. alia m.* V — .[6] naturam etiam C. — [7] omnis P.

(1) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. VII, c. XX. Litteraliter. (Migne, PL., t. 34, col. 365.)

Digitized by Google

sumptum cum sua forma substantiali specifice ab alia differens, secundum totum id quod est in aliud converti non posset ; et sic tota substantia panis non posset converti in corpus Christi habens [1] aliam formam substantialem specifice differentem, sed solum in aliam partem eiusdem speciei. Et similiter esset intelligendum de accidentibus.

Et ideo propter difficultatem intelligendi huiusmodi conversionem
Cod. P fol. 178 Va multa circa hoc | dicta sunt. Et etiam [2] in temporibus modernis aliqui dixerunt quod conversio sic fieri habet quod, suppositis verbis fidei quibus dicitur
Cod. V fol. 149 Vb quod substantia panis fit corpus et caro Christi, ipsa | substantia panis quantum ad materiam et formam convertitur in materiam corporis Christi ut tamen habet esse sub modo et dispositionibus ratione quorum potest dici quoddam totum quod dicitur et [3] corpus et caro ; et sic per se non videtur fieri conversio nisi materiae in materiam, quia converti formam panis cum eius materia in materiam corporis Christi hoc non est aliud quam ipsam resolvi in ipsam materiam unam, scilicet tam panis quam corporis Christi. Immo potius secundum eorum modum ponendi primo secundum rationem et quasi natura intelligeretur resolvi forma panis in suam materiam et sic converti ipsam substantiam panis in substantiam corporis. Sed quia secundum hoc non posset bene poni [4] quod aliqua forma substantialis esset per se vi [5] conversionis in termino ad quem, si scilicet fieret conversio per se in materiam ; nec etiam proprie posset dici converti ex parte termini a quo aliquid ad formam pertinens, quia prior forma, etsi possit [6] dici resolvi in materiam quam informet, quia ipsa corrupta vel non existente, manet nihilominus in materia forma alia eiusdem rationis secundum speciem in potentia ; non tamen potest vere et proprie dici converti in ipsam substantiam materiae.

Ideo intelligendum est quod, sicut se habet [7] forma [8] ad agere et convertere, ita materia ad converti et pati vel agi. Tota autem [9] ratio conversionis et actionis activae est ex forma. Unde verum est quod totum compositum per se agit, sed ratione formae. Ita etiam videtur quod tota ratio conversionis passivae erit ex materia ita quod forma in nihil per se convertitur, sed ut est coniuncta materiae. Et tunc videtur posse poni quod quodcumque compositum ex materia et forma materiali quacumque sive eiusdem speciei [10] sive alterius per se potest converti, licet ratione materiae, in quodcumque compositum materiale ; puta, aqua existens in ignem existentem. Unde sicut naturaliter potest ex aqua existente fieri ignis non existens ratione materiae
Cod. C fol. 85 Vb eiusdem et in igne et in aqua[11] | , ratione cuius aqua in actu est ignis in

[1] habente. — [2] *om.* PC. — [3] *om.* P. — [4] proponi P. — [5] in P. — [6] possit P. — [7] *om.* P. — [8] habet forma] forma habet C. — [9] eius V. — [10] *om.* V. — [11] et in igne et in aqua] et in aqua | et in igne PC.

Cod. P fol. 178 Vb

Digitized by Google

potentia, ita etiam virtute divina ratione huiusmodi [1] communitatis poterit ipsa aqua secundum totum id quod est, licet principaliter ratione materiae, converti in ignem existentem ; quia ratione talis communitatis materiae est ipsa aqua in potentia ut ipsa fiat, per sui conversionem in aliud, omne id in actu existens ad quod ut non existens in actu ipsa est in potentia respectu agentis naturalis. Prout aqua in actu dicitur esse in potentia ignis, non ignis existens in actu in se ipso, sed existens in potentia materiae ex qua potest educi per actionem naturalis agentis ; quae non est talis conversio, sed est naturalis generatio ; et sicut ipsa conversa in ignem per agens naturale non annihilatur, quia manet in potentia materiae quae manet et actu habet esse sub igne,ita etiam [2], ipsa conversa in ignem existentem non annihilatur quia manet [3] secundum materiam et formam in quantum manet ignis in quam conversa est. Sic ergo videtur posse poni quod materiale secundum formam et materiam tum [4] ratione materiae potest converti in alterum materiale praeexistens etiam secundum materiam et formam, tum etiam ratione formae [5]. Utrobique enim et quod convertitur et in quo conversio fit, habet rationem passivi sustinentis ; scilicet quod hoc [6] in aliud convertitur et quod hoc [7] conversionem alterius in se sustineat. Hoc autem, ut dictum est, principaliter fit ratione materiae. Et ideo ratione ipsius potest fieri [8] huiusmodi conversio secundum omnia entia naturalia habentia communicationem in materia sub quacumque forma materiali existant.

Ex hoc autem ulterius patet quomodo accidentia possunt in accidentia converti ; quia accidentia quae communicant in identitate materiae possunt in accidentia quaecunque alia quae [9] communicant in eadem materia converti, ut scilicet compositum ex substantia et accidente, ratione tamen subiecti, in compositum[10] ex alio | accidente et subiecto ratione etiam[11] ipsius subiecti convertatur. Et sic aqua posset in ignem converti secundum materiam et formam substantialem ; et frigidum in calidum secundum substantiam et formam accidentalem. Et sic potest poni quod totus panis et secundum esse substantiale et accidentale in corpus Christi converti posset, et nihil eius maneret extra ipsum corpus Christi ; et ex huiusmodi[12] conversione nullis speciebus rei conversae rema | nentibus non possit dici corpus Christi esse alicubi sacramentaliter.

Cod. V fol. 150 R.

Cod. P fol. 179 R.

Si autem quaereretur de speciebus panis manentibus, quae non sunt nisi quaedam accidentia sine materia, utrum ipsa sine subiecto possent in alia converti accidentia[13], dicendum esset de hoc sicut dicitur quomodo ipsa

[1] huius V. — [2] *om.* C.— [3] in potentia — manet] *om.* P.— [4] tamen V.— [5] materia PVC. — [6] habet P. — [7] habet P. — [8] sciri P. — [9] *om.* PV et 1a *m.* C. — [10] composito C ; ex substantia — compositum] *om.* P. — [11] ratione etiam] etiam ratione C. — [12] huius V ; *om.* C. — [13] converti accidentia] accidentia converti PC.

Digitized by Google

possunt corrumpi et quomodo potest ex eis aliquid generari et quomodo nutrire possunt.

Si autem quaeretur [1] de formis quibuscumque sine materia existentibus sive substantialibus sive accidentalibus [2] utrum possint sic converti, videtur posse dici quod, si sint eiusdem rationis ut scilicet secundum quod secundum se considerantur, non sunt [3] nisi unum, sed per accidens sunt plura, sicut contingit in differentibus solo numero ; quamvis sic posset unum in aliud converti et non annihilaretur. Quamvis enim nihil possit esse subiectum passionis proprie dictae et praecipue respectu agentis naturalis et conversionis modo naturali factae nisi materia vel ratione materiae, quae necessario in omnibus talibus subicitur, tamen respectu mutationis quae fit ex nihilo, ubi etiam materia in esse constituitur et respectu talis conversionis, respectu scilicet agentis supernaturalis, quodlibet tale ens potest habere rationem sustinentis huiusmodi conversionem et ut ipsum in aliud convertatur ; et hoc quia unum sunt per se, ratione cuius unum natum est in aliud converti virtute eius qui attingere potest essentiam rei cuiuslibet ut per se consideratur.

Cum ergo arguitur quod accidentia non possunt converti, quia sunt entia simplicia non habentia aliquod commune et cetera, si loquamur de accidentibus inhaerentibus, dicendum esset sicut etiam diceretur de forma substantiali, quae etiam simplex est, licet sit aliquid compositi ; quia ipsa accidentia etiam sunt aliquid compositi ex subiecto et accidente ; et sic sicut forma substantialis convertitur ratione dicti communis in quo conveniunt substantiales formae, ita etiam diceretur de accidentibus ratione sui communis subiecti, ratione cuius principaliter esset conversio. Si autem loquamur de ipsis separatis, dicendum sicut diceretur de eorum corruptione et de modo quo ex eis aliquid generaretur et nutri | retur, ut iam dictum est. Quamvis autem argumentum pro parte illa inductum gratia conclusionis sit concedendum, quia tamen plus concludit quam concessum sit, scilicet quod quodlibet ens possit sic converti in quodlibet, dicendum ad illud quod loquendo de huiusmodi [4] conversione praecise verum est quod non minus est aliquid ex nihilo producere, sic scilicet quod | ipsum nihil convertatur in aliquid et non annihiletur, sicut contingit in huiusmodi conversione, quam quodcumque ens in quodcumque, quia nihil non dicit aliquid in aliud convertibile tali modo. Sed loquendo de transmutatione creationis sic quod aliquid dicatur fieri ex nihilo, cum primo habet esse in actu, nullo supposito per quod haberet prius esse in potentia nisi solum infinita potentia agentis, dicendum quod minus ex nihilo [5] est sic aliquid producere quam ens aliquod in aliud convertere, quia

Cod. P fol. 179 Rb

Cod. C fol. 86 Ra

[1] quaerebatur V. — [2] accidenlitibus 1m m. V in accidentalitibus corr. 2 m. V. — [3] sint V. — [4] huius V. — [5] ex nihilo est sic est sic ex nihilo PC.

Digitized by Google

illud non implicat aliquam contradictionem, sed dicit tantum impossibilitatem respectu agentis limitati, cuius actio necessario supponit aliquid. Sed conversio quantum ad aliqua entia videtur contradictionem importare, ut patet pertractanti. Cum autem dicitur quod non est maior distantia inter quascumque creaturas ad invicem quam inter nihil et creaturam, potest dici quod inter distantias istas proprie non potest poni comparatio, quia inter quascumque creaturas | differentes erit aliqua vera distantia, quia sunt etiam termini distantes ; sed inter nihil et creaturam nulla est et sic nulla repugnantia, sed solum carentia vel privatio possibilitatis ad esse respectu agentis quod agit ex possibilitate in sibi praesupposita materia. Sed inter quaedam entia est talis distantia vera [1] et talis repugnantia ad quam, si ponatur unum converti in aliud, sequerentur impossibilia, scilicet quod annihilaretur illud quod converteretur, et non annihilaretur et converteretur, et non converteretur ; et cetera. Cod. V fol. 150 R[b]

Si autem arguatur quod si fieret conversio accidentium panis | in accidentia corporis Christi, tunc corpus Christi posset esse localiter simul in diversis locis, quia sicut est secundum veritatem suae substantiae ubicumque erat [2] substantia vera panis vi conversionis, licet hoc non ponat ipsam esse localiter in pluribus locis, quia hoc non convenit substantiae ratione substantiae quae solum est ibi per se et vi conversionis, ita esset secundum veritatem suarum dimensionum ubicumque fuerunt dimensiones panis. Cum igitur dimensiones sint rationes [3] essendi corpus in loco et localiter et circumscriptione [4], corpus Christi posset localiter esse in pluribus locis [5] in quibus posset fieri huiusmodi conversio. Hoc autem concedunt aliqui. Sed prout alias (1) tractavi [6], reputandum est hoc impossibile. Et ideo dicendum quod secundum conversionem quae nunc fit, dicitur corpus Christi secundum veritatem esse ubi sunt dimensiones panis [7]; et hoc quidem sacramentaliter, quia huiusmodi [8] dimensiones sunt id per quod substantia panis, quae non est annihilata sed in corpus Christi conversa, in loco fuit, et per hoc etiam ipsum corpus in quo sic remanet substantia panis. Cum per hoc dicantur illae dimensiones aliquo modo ad verum corpus Christi realiter pertinere, dicitur ibi esse quamdiu manent [9]; non tamen localiter, quia non afficiunt nec perficiunt formaliter corpus Christi. Unde si statim facta conversione substantiae panis, illae species annihilarentur, nullo modo diceretur corpus Christi ibi esse, quia non esset ibi aliquid pertinens ad ipsum corpus Cod. P fol. 179 V[a]

[1] distantia vera] vera distantia PC. — [2] erit C. — [3] ratione PC. — [4] vel circumscriptive *add. in margine* 2[a] *m.* V. — [5] *om.* C. — [6] tractatum P. — [7] *om.* C. — [8] *om.* C. — [9] maneret P.

(1) Cfr. *Quodlibetum* VI, q. III. (vol. II, p. 113.)

Digitized by Google

Christi ut aliquid eius vel ut aliquid conversi in ipsum. Similiter etiam facta conversione panis secundum accidentia, quia solum per dimensiones illas erat corpus Christi in loco in quo erant illae, ipsis existentibus secundum se ; et illae formaliter et in actu non manent nec in se nec in corpore Christi, sed solum manent pro quanto manet corpus Christi et dimensiones propriae eius secundum quas non debetur sibi esse nisi in uno loco et non nisi ubi erat [1] tempore con | versionis factae, et secundum hoc ipsae dimensiones panis iam non possunt dici habere illud nisi quod prius habebant ; ergo nec dimensiones Christi illud habere possunt per illas, etiam si locus qui fuit panis conversi posset manere sine alio corpore, facta tali conversione ; et sic corpus Christi non poterit magis dici esse ubi prius fuerunt dimensiones panis quam si omnino essent annihilatae ; sed quia [2], speciebus manentibus, manet illud ubi quod erat vel natum est esse ubi [3] proprium substantiae panis conversae, ideo sicut substantia panis diceretur per illas ibi esse localiter, ita corpus [4] in quod conversa est substantia panis dicetur ibi esse vere, sed sacramentaliter.

Cod. P fol. 179 Vb

Cod. C fol. 86 Rb

Non videtur etiam esse negandum quin ipsa substantia panis, speciebus manentibus, posset converti in totum corpus Christi et secundum substantiam et secundum dimensiones ; et tunc non per *con*comitanciam [5], sed vi conversionis, corpus Christi secundum proprias suas [6] dimensiones esset ubi vere esset secundum suam substantiam [7], et tamen non posset dici esse localiter sub illis speciebus sive in loco specierum ; oporteret enim quod dimensiones corporis Christi dimensionaliter essent cum dimensionibus panis et quod dimensiones corporis magni commensurarentur praecise dimensionibus loci multo minoris ; sed solum hoc esset verum quod ipsae dimensiones corporis Christi essent sacramentaliter et ex vi conversionis sub speciebus panis, sicut et ipsa substantia. Differt autem [8] multum esse sacramentaliter et per conversionem alicuius in aliud, et esse per se et secundum propriam naturam alicubi.

[1] erit PC. — [2] qui P. — [3] nisi PC. — [4] *om.* C. — [5] comitantiam P.V ; communicanciam C. — [6] *om.* V. — [7] suam substantiam] substantiam suam P. — [8] a P.

Digitized by Google

QUAESTIO II

Utrum aliqua actio Dei possit in nihilum terminari sive utrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.

Post hoc ad secundum arguebatur quod actio Dei non possit in nihilum terminari sive quod Deus non possit aliquid redigere in pure | nihil ; quia aut hoc esset efficiendo, scilicet sic quod ipsum nihil divina actione efficeretur ; hoc autem est impossibile, quia id quod est terminus actionis alicuius efficientis in efficiendo est res aliqua et natura ; nihil ergo nullius actionis hoc modo terminus esse posset. Aut hoc esset manutenentiam [1] | subtrahendo, sic scilicet quod cessaret influere esse ; sed hoc non potest esse, quia quod est Deo proprium cessare vel deficere non potest ; sed dare esse Deo est proprium ; quare et cetera. Aut sic quod faciat aliquem effectum ad quem sequatur nihil ; sed hoc esse non potest, quia quod agens creatum efficiendo unum aliquid aliud corrumpit, hoc est [2] imperfectionis et defectus ; sed in Deo non est aliqua imperfectio nec defectus ; ergo ad eius effectum non sequetur nihil sive annihilatio.

Cod. V fol. 150 V.

Cod. P fol. 180 R.

Contra. Non minus potens est Deus in destruendo res quam in producendo eas ; sed simpliciter conceditur quod producit res ex nihilo ; ergo etiam potest redigere eas in nihilum [3]. Praeterea arguitur specialiter quod potest facere aliquid ad quod sequatur [4] nihil, quia materiam existentem sub aliqua forma et quantitate et sic locum occupantem potest Deus conservare in esse absque omni forma, ut ab aliquibus ponitur ; sed illa [5] tunc locum non occupabit; ergo latera corporis continentis concurrent [6], sed non nisi in tempore ; ergo in illo tempore concursus erit saltem ponere vacuum, quod est esse nihil.

Respondeo. Dicendum est quod si loquamur de potentia Dei simpliciter et absolute, sicut omnem [7] creaturam produxit in esse, ita potest etiam [8] illam reducere in non-esse ; et si ex nihilo producta est in esse, potest reduci ab [9] esse in nihilum; quia creatura non solum producitur in esse Deo agente, sed etiam per divinam actionem conservatur in esse, secundum illud Hebraeo-

[1] manutenantiam V. — [2] esse P. — [3] nihilo C ; nihil V. — [4] sequitur P. — [5] quia *corr. alia m.* C. — [6] concurrerent V. — [7] dictum C. — [8] *del. alia m.* C. — [9] aliquid C.

Digitized by Google

rum (1), primo : portans omnia verbo virtutis suae ; ubi dicit [1] glossa (2) Augustini (3) de libro quarto, Super Genesim : Si autem [2] a Deo creata sunt omnia, ita per eum immutabilem conservantur ; creatoris enim dispositio causa [3] est subsistendi omni creaturae ; quae virtus, si ab eis quae condidit tenendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species et natura concideret. Sicut autem Deus propria et spontanea voluntate et nulla [4] necessitate absoluta egit res in esse constituendo et agit eas in esse conservando, ita etiam potest actionem suam ad conservationem earum communicatam subtrahere ab | ipsis rebus conservandis, et hoc ipso omnia deciderent in non esse.

Cod. P fol. 180 R[b]

Cod. C fol. 86 V[a]

Sed utrum debeat dici quod res vere sint productae ex nihilo, | quia sic etiam possent redigi in nihil, circa hoc est intelligendum quod secundum modum secundum quem quidam ponunt res procedere a Deo et habere esse a Deo, videtur quod proprie loquendo res non possunt produci de nihilo, sic videlicet quod per creationem proprie dictam entitatem realem habeant a Deo, cum ab Ipso nullam haberent prius ; nec etiam propter hoc possent redigi in nihil, quia possunt omnes creaturas ab aeterno non solum habere esse agnitum [5] a Deo et sic esse solum in Dei notitia, sed esse a Deo constitutas secundum rationem causae formalis exemplaris in esse vere praedicamentali et reali essentiae et quidditatis realiter differente non quidem in potentia, sed etiam in actu ab ipsa natura divina ; sicut ipsa realitas et essentia vel quidditas creaturae ab aeterno etiam non solum est essentia et quidditas realis in potentia et in esse cognito, sed in actu secundum esse essentiae reale et quidditativum. Creaturae autem sic in esse essentiae et quidditativo secundum rationem exemplarem a Deo ab aeterno constitutae dicuntur esse in potentia ad esse existentiae, ut scilicet a Deo constituantur in esse existentiae secundum rationem causae efficientis per creationem. Et hoc nituntur ostendere pluribus rationibus. Primo sic : quia [6] Deus, qui produxit res, cognoscens eas antequam eas producat in esse existentiae, habet vere et perfecte notitiam suarum entitatum et quidditatum. Deus enim non solum cognovit se ipsum non producibilem [7] ab aeterno, sed etiam cognovit quidditatem cuiuslibet entis producibilis,licet non cognosceret alia a se per se sive ut obiectum primum | et per se sui intellectus, sed per se ipsum in [8] quantum intelligens se ipsum sub ratione imitabilitatum secundum quas est imitabilis diversimode a creaturis, quae dicuntur

Cod. V fol. 150 V[b]

[1] dixit PC. — [2] si autem] sicut C. — [3] tamen P. — [4] non C. — [5] *om.* C. — [6] quod P. — [7] producibile PC. — [8] *om.* C.

(1) *Ad Heb.*, I, 3. — (2) *Glossa ordinaria*, (Migne, PL., t. 115, col. 644.) Fere litteraliter. — (3) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. IV, c. 12. (Migne, PL., t. 34, col. 304). Fere verbotenus.

Digitized by Google

rationes ideales et exemplares in Deo, simul in illis et per illas ut quasi obiectum | secundarium quidditates omnium creaturarum intellexit ; et sic ab aeterno fuit Deus exemplar et idea omnium rerum ab eo intellectarum. Quare oportuit eas importare aliquam realitatem, quae esset obiectum verum et reale intellectus divini realiter differens a suo exemplari ; quia inconveniens est quod ipsa idea sit ideatum et exemplar sit exemplatum. Cod. P fol. 180 Va

Item secundo sic arguunt : secundum Augustinum (1), Deus non aliter cognoscit fienda quam facta ; constat autem [1] quod cognoscendo facta veram quidditatem realiter a se ipso differentem cognoscit ; ergo similiter quando non sunt in existentia eandem veram essentiam ut rem a se realiter differentem cognoscit. Item tertio sic arguunt : si dicatur quod ante esse existentiae non habeat esse res creabilis nisi esse cognitum et sic non sit nisi ens rationis et diminutum non habens aliquod esse reale in actu, sed solum in potentia agentis, et sic nihil sit in actu nisi ipsa essentia divina et non sit realiter aliquid secundum se, cum inconvenientibus praedictis sequeretur quod creabile esset ipse creator ; illud enim quod Deus intelligit [2] de creaturis, ut angeli natura quam Deus intelligit [Deus] antequam existat [3], est creabile ; et cum illud non ponatur esse aliqua realitas alia a Deo, tunc Deus diceretur creabilis. Quarto sic arguunt : diminuta entitas, puta domus in anima quae dicitur ipsa cognitio domus non fit domus extra, sed verum obiectum reale et realiter distinctum ab hac sua cognitione ; ergo etiam ita erit in proposito. His et consimilibus rationibus ostenditur [4] secundum istos rem creandam essentiam esse distinctam in actu ab essentia divina et esse verum ens et veram essentiam et veram quidditatem realem. Cum ergo id quod est verum ens et vera essentia et quidditas ab alia, realis, vera [5], realiter non solum in potentia, sed in actu [6] differens, qualem | entitatem ponitur quaelibet creatura ab aeterno habuisse, ut [7] iam dictum est, non possit dici nihil, non potest [8] poni quod creatura antequam existeret esset nihil ; | angelus enim creandus, si est verum ens secundum realem quidditatem substantialem ut vere sit substantia rationalis, licet non dicatur secundo adiacens quod sit, dicitur tamen tertio adiacens quod sit substantia, non potest dici nihil; quod enim [9] est substantia est aliquid, et quod est aliquid non est nihil. Similiter etiam si corrumpatur angelus secundum esse existentiae, cum dicatur manere secundum esse essentiae praedictum quod non est nihil, sed vere aliquid, non potest dici cedere in nihil. Si enim dicatur quod, antequam existat, nihil

Cod. P fol. 180 Vb

Cod. V fol. 151 Ra

[1] ergo V. — [2] intelligere P. — [3] exeat C. — [4] ostendere P. — [5] re *add.* P. — [6] sed in actu] *om.* V. — [7] *om.* P. — [8] possit P. — [9] non VP.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XV, c. 13 (Migne, PL, t. 42, col. 1076.)

Digitized by Google

est secundum esse existentiae et non dicatur nihil secundum esse essentiae, patet quod non dicitur esse nihil simpliciter, sed potius secundum quid, cum esse existentiae, secundum istos, non addat aliquam rem absolutam super essentiam, sed solum quendam modum et respectum, oportet ergo quod dicatur quod, antequam crearetur essentia, omnino nihil erat, nisi in sola potentia creatoris. Si debeat dici creatura produci simpliciter de nihilo, id est cum nullam entitatem prius haberet secundum se sive in sua essentia vel natura [1], secundum hoc unicuique statim potest apparere contrarietas in dictis praemissis quantum ad hoc quod dicunt quod angelus, antequam sit, est [2] verum [3] ens secundum se secundum realem quidditatem, et est vere substantia; et tamen non potest vere dici [4] esse simpliciter ; sed cum producitur in esse existentiae, dicitur esse simpliciter, quia quando est, praedicatur [5] tertium adiacens. Si illud tertium non dicat entitatem diminutam et secundum quid, potest inferri secundum adiacens. Substantia autem non dicit ens diminutum ; ergo si est, substantia est. Immo secundum [6] istos videtur quod creatio non terminatur ad aliquam rem absolutam, quia dicunt quod supra entitatem essentialem sive supra ipsam essentiam, ipsum esse essentiae [7] et
Cod. V fol. 151 Ra esse existentiae nullam rem absolutam important, sed respectum | solum ad causam exemplarem et efficientem ; ergo cum respectus non det essentiae
Cod. P fol. 181 Ra realitatem aliquam secundum se, sed solum habitu | dinem ad aliud, ex eo quod dicitur creatura esse secundum existentiae quae prius fuit secundum esse essentiae non plus nec perfectius habet de entitate absoluta quam prius ; sed illa entitas, quae prius habuit respectum ad causam exemplarem secundum esse quod dicitur esse essentiae, postea dicitur habere respectum ad causam efficientem secundum esse quod dicitur existere vel esse existentiae. Praeterea implicatur etiam in his aliud inconveniens ; quia nec etiam talis respectus [8] novus poterit per se acquiri, cum respectus non fiat in aliquo nisi facta aliqua transmutatione in aliquo absoluto ; isti autem respectus sunt ipsius essentiae ut fundamenti absoluti. Cum autem, ut isti dicunt, ipsa creaturae essentia non est id quod ipsa est essentialiter ad se ipsam a se ipsa, sed a Deo, in hac sua entitate oportet ipsam constitui ; et sic, licet ponantur res secundum suam essentiam esse a Deo ab aeterno, sicut Philosophus (1) posuit mundum simpliciter ab aeterno, tamen natura et secundum rationem intelligendi prius habet essentia [9] non esse essentiae quam illud

[1] et *add.* PC.— [2] esse V.— [3] rerum C. — [4] vere dici] dici vere C.— [5] producatur C.— [6] secundum *add.* P. — [7] esse essentiae] essentiae esse P. — [8] et *add.* P. — [9] esse P.

(1) Cfr. Aristoteles, *De Coelo*, l. I, c. 3 (ed. Bekker, vol. I, p. 270', 12-17), et l. I, c. 10 (ibid., p. 279 b-280 a) ; idem ibid. l. II, c. 1 (p. 284a, l. 13-20) ; idem; *De Generatione et Corruptione*, l. II, c. 10 (Bekker, vol. I, p. 336a, l. 15 ssq.)

Digitized by Google

esse ; et secundum se intelligitur quasi in potentia ad illud, et transmutatione non nova, sed aeterna, illud consequitur secundum actum a Deo ; et est terminus huiusmodi [1] transmutationis sic dictae ipsa entitas realis et quidditativa creaturae, quae dicitur ipsa vera essentia creaturae ; et ex [2] hoc consurgit talis respectus ad Deum qui dicitur esse quoddam essentiae. Ergo similiter si debeat consequi aliquam novam relationem ad Deum, oportet quod hoc fiat aliqua eius transmutatione, cuius sit terminus per se aliquid absolutum. Quaero ergo quid est illud absolutum quod consequitur ipsa realis essentia, cum a Deo producatur secundum rationem causae efficientis ? Non potest dici quod hoc sit ipsa essentia, quia ipsa est terminus secundum primam causalitatem. Nec etiam ipsum esse existentiae potest dici terminus quia ultra essentiam non dicit nisi respectum, qui non est per se terminus alicuius transmutationis. Nec potest dici quod ipsa essentia secundum totalitatem | suae entitatis, quae fuit terminus secundum primam causalitatem, sub ratione esse essentiae, sit terminus secundum suam totalitatem [3] sub ratione esse quod dicitur esse existentiae ; primo quia absolutum quod debet [4] esse semper per se terminus transmutationis, non potest dici proprie esse terminus sub ratione alicuius respectus ; iam enim ille respectus sub termino per se comprehenderetur. Sed sicut non potest esse respectus per se terminus transmutationis, ita nec absolutum ut sub respectu. Sicut enim dicere quod lignum est terminus transmutationis secundum albationem, et hoc secundum quod est albedini subiectum vel [5] secundum quod album, est dicere quod albedo sub ratione termini per se comprehendatur, ita etiam in proposito esset. Debet ergo poni secundum praedicta quod ipsa realitas essentiae secundum se est terminus transmutationis. Unde non debet proprie dici quod ipsa essentia secundum rationem primae causalitatis constituta sit | secundum esse essentiae, prout per hoc intelligitur quidam respectus ad causam secundum rationem exemplarem, sed simpliciter quod ipsa est constituta secundum id quod est secundum se ipsam, qualiscumque respectus ipsam ex hoc consequatur.

Cod. P fol. 181 R[b]

Cod. C fol. 86bis R[a]

Nec etiam secundum rationem secundae causalitatis debet dici constituta secundum esse existentiae, prout per hoc intelligitur quidem respectus ad causam secundum rationem efficientem [6], sed simpliciter quod ipsa est constituta secundum id quod est secundum se ipsam. Cum ergo ipsa sic sit constituta secundum primam causalitatem, nihil de ipsa constituetur secundum [7] causalitatem secundam. Et ex hoc patet secundo quod res secundum huiusmodi totalitatem non potest dici terminus secundum secundam causa-

[1] huius PC. — [2] *om.* C. — [3] suae entitatis — totalitatem] *om.* P. — [4] dicitur P. — [5] ut P. — [6] efficientiam P. ; efficientis *corr.* 2[a] *m.* C. — [7] *om.* P.

Digitized by Google

litatem, quia sic principalius esset terminus verae actionis secundum aliquid respectivum quam secundum aliquid absolutum. Item, ut dictum est, ista secunda causalitas supponit primam, secundum quam res perfecte constituta est secundum esse essentiae. Male ergo ponitur quod ipsa essentia iam constituta ponatur per se terminus posterioris mutationis.

Non videtur ergo posse distingui inter ista realiter, scilicet quod essentia creaturae tota constituatur secundum causam efficientem. Immo ex quo tota secundum totam entitatem absolutam est constituta secundum primam causalitatem, secundum nihil absolutum potest constitui secundum | secundam. Bene ergo videtur poni ad quid terminatur prima constitutio, scilicet ad totalitem entitatis essentiae quam consequitur aliquis respectus; | sed non relinquitur ad quid secunda constitutio terminetur. Nec potest dici quod esse essentiae et esse existentiae dicant quasi quatuor, ut essentia cum suo esse accipiatur pro duobus et existentia cum suo esse accipiatur pro aliis duobus, ita quod existentia pro absoluto et esse suum pro respectivo ut sic creatio terminaretur ad existentiam ut ad quoddam absolutum et exemplificatio ad essentiam ; immo utrumque oportet ponere esse ipsius essentiae ut dicatur : essentia est ut exemplata, essentia est ut effecta.

Cod. P fol. 181 Va

Cod. V fol. 151 Rb

Immo etiam non apparet unde accipiatur ista distincto circa essentiam, ut ipsa dicatur habere esse essentiae uno modo et habere esse existentiae alio modo. Nec etiam ex auctoribus ista distinctio sumi videtur. Esse enim dividitur sicut et essentia ut, sicut quaedam est essentia secundum substantiam, quaedam secundum accidens, ita et res habet esse secundum hoc et secundum hoc ; et sicut essentia substantiae dividitur in essentiam in actu et in potentia, ita etiam et ipsum esse ut dicatur esse asini esse in actu vel esse in potentia. Item, sicut dicitur esse essentia [1] in anima et secundum cognitionem vel essentia extra secundum propriam entitatem, ita etiam et dicitur sic vel sic esse, ut quantum habet res de essentia tantum habet et de esse quomodocumque [2] dicatur. Non enim est esse communius essentia vel e converso, sive dicatur esse simpliciter sive esse essentiae sive esse existentiae. Non enim potest dici quod aliquid sit res aliqua secundum essentiam et non secundum existentiam, vel e converso. Si enim est secundum essentiam vel in actu vel in potentia, ita etiam est secundum existentiam sive secundum existerit, in actu scilicet vel in potentia. Non refert enim dicere : hoc est vel [3] hoc existit ; haec est substantia vel haec existit substantia ; hoc est secundum esse essentiae et hoc est secundum esse existentiae.

Intelligendum etiam circa ista quod secundum istos videtur quod idea in mente divina sit quasi exemplar secundum quod vel secundum cuius

[1] *om.* C. — [2] quandocumque C. — [3] nihil C.

Digitized by Google

participationem [1] constituitur essentia creaturae, ut quasi exemplatum ; et ista essentia videtur esse ulterius quiddam secundum cuius participationem per constitutionem in esse existen | tiae individuum aliquod existere habet. Cod. P fol. 181 Vb
Sed qui sic ponunt et tamen ponunt quod huiusmodi res et essentia nullum esse existentiae secundum se habet, multo peius videntur ponere quam ponentes ideas Platonis per se subsistentes. Item dicere quod aliquid habeat esse secundum suam realitatem et quidditatem essentialiter ab aliquo differentem [2] et non a se, sed ab alio, et non se habeat illud a quo hanc [3] suam entitatem habet vere, in ratione principii effectivi proprie sumpti, et hoc in ratione veri et proprii effectus, non videtur rationale. Impossibile est ergo dicere quod essentia creaturae sit res aliqua modo praedicto et non sic constituatur a Deo secundum rationem causae efficientis. Quod enim aliquid habeat aliquam realitatem et quidditatem veram secundum se, non tamen a se, et huiusmodi non sit aliqua causa efficiens non videtur. Quamvis enim res aliqua constituatur ad entitatem realem habendam sine causa materiali, puta : si sint aliquae naturae simplices, non tamen aliquid potest habere quamcumque entitatem non quidem a se nisi secundum rationem causae vere efficientis. Quod etiam distingui debeat inter causam constituentem [4] aliquid secundum esse reale secundum rationem exemplarem et non efficientem, et causam constituentem aliquid secundum aliquod [5] esse reale secundum rationem efficientem, non videtur, ut fuit alias (1) declaratum. Nec a Philosopho invenimus nisi [6] quatuor causas ad constitutionem cuiuscumque entis praecipue materialis concurrentes. | Cod. C fol. 86bis Rb

Ergo oportet causam exemplarem cum aliqua istarum concurrere, quia oportet ipsam cum efficiente connumerari si per eam aliqua realitas distincta ab ipsa constituatur. Unde Augustinus (2), *quadragesima sexta* [7] questione, ubi agit de ideis quas dicit formas vel rationes exemplares, nunquam dicit eas habere rationem causalitatis secundum quam aliquid per eas constituatur nisi respectu existentiae creaturarum in sua natura extra. Unde dicit (3) : alia ratione, id est idea, conditus est homo, alia equus ; et cetera. Item si, quia ideatum realiter differt ab idea et cognitum creatum a Deo cognoscente, et creabile ab ipso creante, ideo oportet hoc importare aliquam essentiam veram realiter a Deo differentem, illam | autem [8] oportet dicere secundum huiusmodi realitatem ab ipso Deo aliquo modo constitutam vel creatam, et Cod. P fol. 182 Ra

[1] participatione P. — [2] differente C. — [3] habeant PC. — [4] efficientem V. — [5] aliquid V. — [6] quin P, qui C. — [7] octogesima tertia. — [8] aut P.

(1) Cfr. *Quodlibetum* II, q. 2 (p. 67). — (2) Cfr. Sanctus Augustinus, *De* 83 *quaestionibus*, q. XLVI, 2. (Migne, PL, t. 40, col. 30.) — (3) Idem, *ibidem* (loc. cit.) *Sententialiter*.

Digitized by Google

non nisi secundum rationem exemplarem modo supradicto, cum quicquid Deus extra, id est a se realiter distinctum producit, illud constituat secundum rationem exemplarem ; et ut perfecte et distincte cognoscens oportet ponere | talem essentiam constitui ut a Deo intelligitur ; non autem poterit intelligi nisi habeat rationem obiecti ; et sic, cum intellectus divinus constituendo ipsam habeat ipsam pro obecto et non potest esse intellectus divini obiectum, ut scilicet eius in sua realitate et entitate vere habeat Deus cognitionem nisi habeat huiusmodi realitatem, ipsa illam habet antequam sit constituta secundum illam ; quamvis enim ponatur quod sit Deo coaeterna duratione, tamen natura et secundum rationem intelligendi oportet quod prius sit intellecta per rationem idealem et exemplarem quam sit in sua realitate constituta secundum illam. Item si non potest Deus intelligere realitatem et essentiam creaturae nisi ipsa creatura sit secundum se vera quidditas et essentialiter a Deo distincta, ergo intellectus divinus causaretur [1] vel dependeret ab alio a se, et aliud a Deo esset per se obiectum intellectus divini. Si dicatur quod non dependet, sed magis consecutive se habet talis entitas creaturae ad intellectum divinum, sicut enim constitutio creaturae secundum esse existentiae simul est cum actione Dei creantis in quantum creans, nec potest Deus esse creans in actu nisi ipsa creatura sit in actu, et tamen prius natura est actio creantis et non dependens a creabili, non est simile ; quia intelligere est actus manens intra in quo se habet obiectum ut prius et movens et ut illud a quo intellectus secundum hunc actum dependet ; et ideo non potest dici se habere consecutive sic, sed antecedenter [2] respectu actus intelligendi ; secus est de actu faciendi vel creandi.

Cod. V fol. 151 Va

Praeterea [3] cum secundum istum modum ponendi oportet dicere quod creatura secundum eius essentiam et quidditatem realiter est a Deo constituta ab aeterno et hoc ex | nihilo, saltem ordine naturae, quia non a se habet entitatem hanc, nec illa est eiusdem naturae cum essentia divina, et non minus [4] potens est Deus in constituendo aliquid secundum rationem causae efficientis quantum ad esse existentiae, quam secundum rationem causae exemplaris secundum hoc esse essentiae [5] ; item ex parte creaturae non est talis habitudo inter talia duo esse creaturae quod unum non semper compatiatur [6] secum aliud ; essentia enim secundum suum esse essentiae nullam habet repugnantiam ad suum esse existentiae [7] ; ergo statim essentia constituta in esse essentiae constituta est vel potest esse constituta in suo esse existentiae. Cuius contrarium tamen tenent qui sunt de ista opinione. Dicere enim quod non repugnat essentiae creaturae [8] quod ipsa ab aeterno sit con-

Cod. P fol. 182 Rb

[1] crearetur PC. — [2] ancedenter V. — [3] propterea C. — [4] unius P, nimis C. — [5] ideo secundum hoc esse essentiae *add.* C ; et secundum hoc esse essentiae *add. et del.* V. — [6] compatiatur C. — [7] essentiae P *et* 1a *m.* C. — [8] naturae P.

Digitized by Google

stituta de non esse essentiae in ipsum esse [1] essentiae ; hoc enim oportet ponere, ut visum est, cum non sit ipsa sua essentia a se nec sit aliquid essentiae divinae ; sed hoc repugnat creaturae respectu esse existentiae ut non possit a Deo esse constituta simul de non esse existentiae in esse existentiae; hoc [dictum] est dictum sine ratione ; et eadem facilitate, immo magis rationabiliter potest poni contrarium. Dicitur enim ab istis [2] quod illud, quod de se nihil est, non potest consequi esse reale sine mutatione ; mutatio autem [3] de non esse in esse non potest fieri circa id quod semper habet esse; et cetera.

Verumtamen quomodo sit solvendum ad tales rationes, alias (1) visum est. Hoc [4] tamen [5] dicto eorum supposito, sic arguitur contra eos in | proposito : essentia creaturae de se nihil est non solum secundum esse existentiae, sed secundum esse essentiae ; immo secundum id quod ipsa est secundum se [6] dicitur non esse a se, sed constitui a Deo modo praedicto ; ergo etiam secundum hoc mutari intelligitur a nihilo ad aliquid ; immo solum talis mutatio, qua scilicet res constituitur in suo esse essentiae, poterit dici creatio, quia ex pure nihilo. Item | cum secundum istum modum ponendi essentia ex sui constitutione in esse essentiae [7] ipsius consequatur [8] quandam relationem ad Deum constituentem ipsam, sic quaero | : quomodo ponetur quod in habente talem realitatem sit relatio realis qua creatura actu realiter ab aeterno refertur [9] ad Deum.

Cod. C fol. 86bis Va

Cod. V fol. 151 Vb

Cod. P fol. 182 Va

Si[10] enim habeat [11] talis relatio esse existentiae, sicut [12] oportet dicere, si insit ipsa relatio, quia suum inesse ponit suum existere et fundamentum, scilicet ipsa essentia creaturae tale esse existentiae haberet. Item, sicut alias (2) arguebatur, si propter hoc quod creatura in sua vera quidditate intelligitur oportet eam esse realiter secundum suam veram quidditatem et essentiam, cum non solum ab aeterno intelligatur circa creaturam suum esse essentiae, sed etiam suum esse existentiae, nec enim Deus aliter novit facta quam fienda, creata quam creanda, (decimo quinto, de *Trinitate* (3), capitulo *decimo* [13] tertio) ; ergo essentia secundum suum esse existentiae aeternaliter cognita cum importet aliquam realitatem, oportet quod secundum illam[14] fuerit ab aeterno in tali sua [15] realitate existentiae constituta[16], quod patet esse falsum. Nec valet quod dicitur quod non sequitur si meum existere est cognitum vel obiectum intellectus divini ab aeterno, quod propter hoc sit simpliciter ab aeterno ; sicut non sequitur : essentia ab aeterno est obiectum

[1] *om.* C. — [2] his C. — [3] *om.* P. — [4] hac VP. — [5] cum C. — [6] non *add.* C. — [7] *om.* C. — [8] onsequitur C. — [9] referatur C. — [10] si *add.* C. — [11] habeant C. — [12] sic P.— [13] trigesimo. — [14] illa P. — [15] tali sua] s a tali PC. — [16] constitutae C.

(1) Cfr. *Quodl.* II, q. 2, (p. 55 ssq.) — (2) Cfr. *Quodl.* III, q. 1 (p. 170 ssq.). — (3) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XV, c. 13 (Migne, PL, t. 42, col. 1076.)

Digitized by Google

intellectus divini, ergo est ab aeterno ; non enim arguitur sic. Sed etiam secundum ipsos, sumendo esse [1] ut est tertio adiacens, sic sequitur : res est intellecta a Deo secundum esse essentiae ; ergo res vere est secundum esse essentiae ; ergo sequitur res est intellecta a Deo secundum esse existentiae ; ergo [2] res est secundum esse existentiae [3] realiter secundum se et ab existere Dei distinctum, sicut esse essentiae [4] eius est secundum se et extra Deum, scilicet realiter ab esse essentiae Dei distinctum. Aut [5] isti dicentes [6] et bene in hoc [7] scilicet nullam esse differentiam inter esse essentiae et esse existentiae ratione cuius possit unum [8] alicui attribui quin aliud eidem in tantum et eodem modo attribuatur, habent etiam dicere quod Deum intelligere rem secundum esse essentiae suae nihil aliud est quam Deum intelligere rei essentiam sive existat in actu sive non exi | stat ; propter quod non sequitur ex hoc : ergo est. Ita etiam Deum intelligere rem secundum esse existentiae nihil aliud est quam intelligere talem realitatem, quae dicitur esse existentiae, sive existat sive non existat ; propter quod non sequitur : esse existentiae rei intelligitur, ergo [9] est. Sed, sicut prius dictum est, si sequitur : intelligit[10] essentiam secundum suum esse essentiae, ergo est aliquid[11] realiter secundum talem entitatem ; ita etiam sequitur : intelligit essentiam secundum suum esse existentiae, ergo est aliquid realiter secundum talem entitatem. Quod tamen isti non concederent | . Cum ergo oportet ponere quod essentia[12] secundum suum esse existentiae sit vere intellecta[13] a Deo, et cum non sit res alia extra Deum secundum se actualitatem distinctam habens, sed solum natum habere in actu et habens[14] in potentia, non quae sit aliquid ex parte sui sed Dei[15], ita etiam oportet dicere quod essentia secundum[16] suum esse essentiae sit vere intellecta, et tamen secundum illud res non habet aliquam entitatem realem extra Deum realiter ab ipso Deo differentem, nisi in potentia dicto modo; non enim oportet quod illud quod intelligitur ab aliquo, sive cuius est intellectus, sit realiter id quod intelligitur ut vera res secundum propriam suam rationem essentialiter differens[17] ab eius intellectu.

Cod. P fol. 182 Vb

Cod. C fol. 86bis Vb

Sed verum est quod illud quod est ratio intelligendi sive a quo sumitur cognitio alicuius rei oportet quod sit res aliqua ad illud quod per ipsum intelligitur habens aliquam habitudinem vel proportionem ut in illo et per illud possit[18] intelligi, licet illud secundum se nullam habeat entitatem, sed habeat hanc sui repraesentationem vel repraesentativam simulitudinem ; quia res potest intelligi per aliquam eius[19] similitudinem, etiam ipsa re secundum se

[1] est VP *et* 1a *m.* C. — [2] *om.* C. — [3] essentiae P. — [4] existentiae P. — [5] tamen *corr.* 2a *m.* C. — [6] dicerent *corr.* 2a *m.* C. — in hoc] nihil C. — [8] possit unum] unum possit P. — [9] intelligitur ergo] *del.* 2a *m.* C. — [10] intelligitur P. — [11] *om.* C. — [12] *om.* C. — [13] intelligere C. — [14] ens. C. — [15] sed Dei] *ras.* C. — [16] *om.* C. — [17] differentes P. — [18] posset PC. — [19] cuius P.

Digitized by Google

non existente ; puta chimaera per similitudinem verorum animalium | remanentium in fantasia vel imaginatione ; vel rosa per similitudinem verae rosae prius existentis, quae remanet rosa simpliciter corrupta; vel creatura quaecumque per similitudinem idealem quam habet in Deo, sive ipsa sit sive non sit. Et tunc de re non est aliquid secundum se sive secundum [1] propriam realitatem actualem dif | ferens realiter ab ipsa eius cognitione vel similitudine, secundum quam cognoscitur ; sed [2] bene est aliquando aliquod ens et quidditas vera [3] in potentia, aliquando non ; puta, cum intelligitur figmentum propter quod etiam illa dicuntur entia solum rationis, quia nec actu nec potentia habent secundum se aliquam entitatem nisi solius cognitionis, et sunt entia omnino diminuta quia esse solum secundum animam est esse diminutum respectu esse extra secundum se ; alia autem etsi non sint actualiter nisi secundum cognitionem nec habeant actu nisi esse cognitum, quod est esse diminutum, non tamen dicuntur esse solum entia diminuta vel entia pure rationis, sed entia realia, non quidem quia secundum se iam sint secundum aliquam realitatem, sed dicto modo in potentia [4] suorum principiorum vel intrinsecorum vel extrinsecorum ; ut modo est rosa in virtute principii passivi quod est materia, quae essentialiter aliquid eius erit in actu et nunc [5] solum est aliquid eius in potentia, est etiam in virtute principii activi in quo virtualiter et secundum quaedam similitudinem est eius forma in potentia activa vel solum est in potentia principii extrinseci activi sicut creatura in Deo. Sicut autem non intelligimus rem nondum [6] esse habentem per eius similitudinem iam existentem, sic [7] in proposito; quia essentia divina ratione suae perfectionis infinitae continet in se virtualiter perfectiones omnium creaturarum. Et in hoc etiam est similitudo perfecta omnium et [8] imitabilis et participabilis quasi ab infinitis creaturis non existentibus nisi in potentia Dei, ideo etiam secundum huiusmodi [9] similitudines habet perfectam cognitionem omnium, quae tamen cognita non habent aliquam realitatem secundum se et[10] in natura sua nisi in potentia, sed solum habent entitatem secundum esse cognitum | et secundum huiusmodi similitudinem, quae sunt unum et idem in Deo. Unde nec sancti aliquam entitatem dant creaturis nisi hanc[11] duplicem, scilicet quod entitatem habent aliquando solum in Dei scientia et nullam in sua natura ; aliquando autem habent etiam[12] entitatem in sua natura, | cum scilicet sunt causata et creata a Deo. Nec aliquis unquam posuit hanc duplicem entitatem creaturarum in sua natura, scilicet secundum esse essentiae et secundum esse existentiae, sed semper accipiunt ista pro

Cod. V fol. 152 R[a]

Cod. P fol. 183 R[a]

Cod. C fol. 87 R[a]

Cod P fol. 183 R[b]

[1] suam *add.* C. — [2] secundum C, hoc *add.* 2[a] *m.* C. — [3] *om.* C. — [4] dicto modo in potentia] in potentia dicto modo C. — [5] nec PC. — [6] mundum C. — [7] sicut P. — [8] etiam P. — [9] huius V. — [10] *om.* P. — [11] habeat P. — [12] et C.

Digitized by Google

eodem. Unde Augustinus (1), super illud Hebraeorum (2), undecimo : ut ex [1] invisibilibus visibilia fierent, dicit : per invisibilia signatur mundus [2] invisibilis qui erat [3] in Dei sapientia et ad cuius similitudinem factus est hic [4] visibilis mundus ; haec autem [5] *visibilia* [6], antequam fierent, non erant [7] ; quomodo ergo Deo nota [8] erant quae non erant [9] ; et quomodo faceret quae sibi nota non erant. Proinde antequam fierent et erant et non erant ; erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Unde tantum duplex esse vel duplicem entitatem dat Augustinus (3) creaturis, unum solum secundum esse cognitum et aliud secundum esse in effectu in seipsis. Non enim distinguit quod in sua natura habeant [10] esse secundum essentiam antequam essent secundum existentiam [11]. Item, dicit idem Augustinus (4), quinto super Genesim, capitulo decimo quinto : creatura omnis secundum esse quod habuit ab aeterno erat vita, scilicet terra et huiusmodi [12]. Constat autem, sicut ipse [13] ibidem declarat (5), quod hoc est secundum esse solum quod habebant [14] in Deo ; et sic, antequam essent in [15] existentia, nullam entitatem habebant nisi in Deo, in quo habebant esse cognitum et vitale. Item, secundum Anselmum (6), Monologio, trigesimo quarto : creatura eodem verbo dicitur quo ipse creator dicitur. Et constat quod si res, antequam existat, habet aliquam entitatem, quod illa est aeterna et verbo aeterno dicta. Ibi tamen dicit (7) tangens quandam difficultatem, quomodo scilicet tam differentes res scilicet [16] creans | et
Cod. V fol. 152 R[b]
creata essentia dici possunt uno verbo, cum [17] verbum ipsum sit dicenti coaeternum, creatura autem non sit illi coaeterna; (supple : secundum aliquam entitatem propriam), quamvis (supple : sit) verbo aeterno dicta ; quod non posset intelligi si aliquam entitatem aeternam haberet, sicut isti ponunt quod creatura quantum ad esse reale essentiae suae est Deo coaeterna. Et respondet
Cod. P fol. 183 V[a]
Anselmus (8) dicens : forsitan quia | ipse est summa sapientia in qua sunt quae facta sunt, quemadmodum opus quod fit secundum aliquam artem,

[1] in C.— [2] signatur mundus] *om.* C.— [3] erant *corr.* 2[a] *m.* C.— [4] hoc C.— [5] habeant C. — [6] invisibilia PCV. — [7] et *add.* C. — [8] nata PC. — [9] quomodo — erant] *om.* C. — [10] hab bunt (?) C. — [11] essentiam C. — [12] herba *corr.* 2 *m.* C. — [13] sicut ipse] *om.* C. — [14] habebat C. — [15] *om.* C. — [16] sicut P. — [17] tamen P.

(1) Verba quae sequuntur, paucis mutatis vel omissis, in quadam glossa ordinaria leguntur (Antwerpiae, 1634, t. VI, col. 919-920), et ex Sancto Augustino, *De Genesi ad litteram*, l. V, c. XVIII, deprompta sunt. (Apud Migne, PL, t. 34, col. 334. — (2) *Ad Hebr.* XI, 3. — (3) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. V, c. 18 (PL, t. 34, col. 334), passim. — (4) Alluditur Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. V, c. 15. (Migne, PL, t. 34, col. 332.) — (5) R sp. idem *ibidem*. — (6) Alluditur Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. XXXIII [al. XXXI] (PL, t. 158, col. 187-188). — (7) Idem, *ibidem*, c. XXXIV [al. XXXIII] (Resp., *ibid.*, col. 188-189). — (8) Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. XXXIV (PL., t. 158, col. 189.)

Digitized by Google

non solum quando fit sed etiam [1] antequam fiat [2] et postquam dissolvitur, semper est in ipsa arte non aliquid quam quod est ipsa ; ideo cum ipse spiritus dicit se ipsum, dicit omnia quae facta sunt ; nam etiam [3] antequam fierent, et cum [4] iam facta sunt et cum corrumpuntur, semper in ipso sunt non quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse ; etenim in se ipsis sunt essentia mutabilis secundum immutabilem rationem creata ; in ipso vero [5] sunt ipsa prima essentia [6]. Isti autem ponunt quod secundum esse essentiae sunt res vere immutabiles in se ipsis. Et trigesimo sexto capitulo, constat quod et omnis creata [7] substantia tanto verius est in verbo, id est in [8] intelligentia creatoris, quam in se ipsa, quanto verius existit creatrix quam creata essentia. Cum enim creatura non est in se ipsa, creatura aliquo modo [9] dicitur creator, quia quicquid entitatis actulalis convenit creaturae est ipse Deus in quo virtualiter et potentialiter tantum modo [10] habet esse ab aeterno a quo habet esse formaliter et actualiter secundum se ipsam cum creatur. Et sic patet quod secundum dicta sanctorum, creatura, antequam sit in existentia per creationem, nullam actualem entitatem realem habet aliam | ab ipsa Dei notitia, quae non est aliud quam Deus ipse secundum quod ratione suae perfectionis est idea et similitudo creaturae natae ex hoc habere entitatem secundum se. Si ergo quaeritur quid est illud et quam entitatem habet cuius est talis cognitio, dicendum quod non est aliqua res distincta a Deo in actu, sed est nata esse et distingui realiter. Cum fuerit [11] angelus, ergo creandus est angelus [12] in potentia, et substantia [13] in potentia, et neutrum in actu. Deus ergo habet nunc et per aliquid reale, scilicet per se ipsum notitiam eius quod non est aliquid reale nisi in potentia. Hoc enim sufficit ad hoc quod aliquid cognoscatur quod sit aliqua res habens similitudinem ; per suam similitudinem cognoscitur[14], sive sit sive non sit, ut patet per haec dicta sanctorum. Unde | bene possunt cognosci distinctae res et distinctio aliquorum potest esse cognita absque hoc quod habeant secundum se aliquam realitatem et distinctionem, dum tamen habeant distinctas similitudines secundum rationem repraesentativam quibus sufficienter repraesententur[15]. Verum est ergo quod creatura existente, illud quod de creatura cognoscit Deus est vera res. Cum autem non est, illud idem tamen Deus cognoscit ; sed non est iam vera res, quia nec sua realitas secundum se sed secundum suam similitudinem quae semper uniformiter in se manet [16], est ratio cognoscendi sive est id [17] unde sumitur per se etiam immediate notitia illius.

Cod. C fol. 87 Rb

Cod. P fol. 183 Vb

Cum ergo arguitur quod actui intelligendi respondet obiectum, dicendum

[1] et C. — [2] *om.* C. — [3] *om.* P, et C. — [4] cetera P. — [5] natura C. — [6] prima essentia] possunt esse C. — [7] creatus C. — [8] *om.* C. — [9] aliquo modo] *om.* C. — [10] terminum P. — [11] *om.* C. — [12] ergo — angelus] *om.* P. — [13] in — substantia] *om.* C. — [14] cognoscatur. — [15] representetur P, *om.* C. — [16] manens C. — [17] idem. C.

Digitized by Google

quod verum est. Ergo actui, quo intelligitur a Deo asinus, respondet quidditas asini pro obiecto, verum est. Quidditas asini in potentia, quia et intelligitur asinus est ens in potentia ; ergo est realiter aliud a Deo intelligente, verum est in potentia ; sed in actu et secundum se nihil aliud est quam ipse Deus intelligens, quia, ut dictum est, non ens in se et in actu potest intelligi et esse obiectum intellectus per aliud [1] ens [2] continens eius similitudinem [3] et repraesentativam rationem. Cum etiam dicitur, si cognitum non sit realiter aliud a Deo per ideam cognoscente [4], tunc idem est realiter idea et ideatum, exemplar et exemplatum ; dicendum, sicut prius, quod creatura non existente, idea et exemplar non dicuntur in Deo respectu | ideati vel exemplati, ita quod sit res aliqua differens realiter ab his [5] secundum actualem entitatem distincta, sed solum in potentia, ut dictum est ; et sic ideatum secundum entitatem actualem, quam tunc [6] habet, non est realiter aliud ab idea ; nec est inter ideatum et ideam ut sic relatio realis, sed solum secundum rationem [7]; sed secundum realitatem quam natum est habere, natum est realiter aliud et differens esse ; et est realiter differens [8] cum est secundum se [9] ipsum aliquid[10] in natura ideatum ; ergo in potentia differt realiter | in potentia ab idea, et cum erit actu, actu differet[11].

Cod. V fol. 152 Va

Cod. P fol. 184 Ra

Cum etiam postea arguitur quod non aliter cognoscit Deus fienda quam facta, dicendum est quod non valet ; quia, etsi hoc verum sit ex parte Dei scientis qui rei praesentiam et actualitatem et actualem differentiam ipsius rei ad ipsum ab aeterno intuebatur et nunc intuetur cum praesens est, tamen non est verum a parte rei scitae propter cuius variationem dicitur scire ipsius, Dei variari non in se, sed in modo significandi ; propter quod dicitur Deus non scivisse aliquando quod modo dicitur scire, puta Christum esse natum ; unde licet nunc sciat actualem differentiam quidditatis rei iam existentis esse ad ipsum sive quod nunc simpliciter et in actu differt, non tamen sequitur ipsum hoc ab aeterno scivisse, scilicet quod ab aeterno esset talis realis differentia inter ista[12]. Cum etiam dicitur postea quod Deus intelligit creaturam creabilem sive aliquid creabile; ergo vel est aliud a Deo vel Deus creator est creabile ; dicendum quod contra rationem creabilis est quod antequam creatur competat sibi aliqua realis entitas secundum[13] quam[14] differre possit realiter in actu a creatore vel[15] etiam a quocumque, quoniam secundum entitatem talem quam praehaberet non posset acquirere esse. Sed verum est quod creabile quod est ens in potentia, secundum totum id quod ad ipsum

Cod. C fol. 87 Va

[1] quod *add. in marg.* 2a *m.* C.— [2] est C. — [3] similitudines C. — [4] cognoscentem C. — [5] *om.* C, ea 2a *m.* C. — [6] non *add.* 2a *m.* C. — [7] nec — rationem] non est inter ideatum et idea 1a *m.* C., *del* 2 *m.* C. — [8] esse et est realiter differens *add.* C. — [9] *om.* C. — [10] ad C. — [11] actu differet] *om.* C. — [12] scilicet — ista] *om.* C. — [13] sed. V. — [14] quod C. — [15] et C.

Digitized by Google

pertinet, est aliud a creante etiam [1] in potentia, et erit [2] aliud in actu cum creatum fuerit ; quod enim omnino est non-ens realiter ab aliquo nullo modo differt ; sed quod est aliquid [3] eo modo qui est ab alio potest realiter differre ; unde quod est in actu ab alio differt in actu et quod est in potentia ab alio differt [4] solum in potentia. Et secundum hoc est dicendum quod Deus intelligit non aliquid quod secundum se sit res aliqua quae sit creabilis secundum [5] suam propriam potentialitatem, sed intelligit rem quae est ens in potentia et creabilis potentia creatoris ; et sic est potentialiter aliud realiter a creante, non autem actu nec [6] secundum aliquam realitatem actualem sive quam actu habeat [7]. Et [8] sic [9] crea*bile*[10] | non est creabile materialiter et subiective, quia scilicet creatur ; est[11] tamen creabile sic, quia de creabili nihil est in actu ultra esse cognitum nisi Deus ipse, nec aliam habet entitatem nisi in Deo unde nata est emanare tota entitas creaturae ; nec antequam sit creata est de eius realitate aliquid aliud. Et sic intelligit Anselmus[12] (1) quod creatura nihil aliud est quam ipsa creatoris essentia, cum scilicet non est creatura secundum se ipsam[13]. Et sic est dicendum quod creabile, antequam creetur, si consideretur quantum ad quamcumque entitatem quae sibi nata est secundum se et in propria natura competere sive secundum esse essentiae sive secundum esse existentiae nec est aliud a Deo nec est etiam ipse Deus ; quia ut sic nihil est in actu, sed solum potest esse potentia creatoris. Sed eius sic considerati bene est esse cognitum et tamen ipsum esse cognitum sive[14] ipsa cognitio eius non est illud quod dicitur creabile et[15] creatur, sed illud cuius est talis cognitio et cuius est solum tale esse cognitum, quod secundum se nihil est in actu secundum aliquam suam propriam entitatem, sed solum in potentia dicto modo. Eius tamen actualis est cognitio et sic Deus cognoscendo creabile non cognoscit aliquid quod habeat aliquam realitatem secundum se entem quod substernatur[16] actui creationis, sed cognoscit aliquid quod secundum se nihil est in actu ; habet tamen in ipso cognoscente prin | cipia secundum quae natum est esse aliquid in se ipso et sic actui creandi nihil substernitur[17] ; hoc enim proprie includit ratio actus creandi. Cum etiam postea dicitur quod si non sit aliud realiter, tunc est ens solum secundum cognitionem vel secundum esse cognitum et sic erit ens rationis tantum, dicendum est quod, sicut dictum est supra, illud est solum ens rationis quod nec actu nec potentia est vel natum est esse nisi secundum esse intellectum vel cognitum ; tale autem

Cod. P fol. 184R b

Cod. V fol. 152 Vb

[1] et C. — [2] erat P. — [3] ad C. — [4] simul *add.* C. — [5] *om.* C, per 2ª *m.* C. — [6] ut P. — [7] *om.* C. — [8] *ras.* C. — [9] fit *vel* sit C. — [10] creator VPC. — [11] *om.* C. — [12] a se *corr.* 2ª *m.* C. — [13] ipsa 2ª *m.* C. — [14] sed·m·*add. in marg.* V. — [15] quod *add.* P. — [16] substituatur PC. — [17] substituitur PC.

(1) Alluditur Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. XXXIV (PL., t. 158, col. 189.)

Digitized by Google

Cod. C fol. 87 Vb Cod. P fol. 184 Va

non est hoc. Sed verum est quod quantum ad entitatem aliquam actualem non est | nisi secundum esse cognitum [1]; quantum tamen ad eius entitatem | potentialem natum est esse res vera et distincta secundum se ipsum, et hoc virtute ipsius cognoscentis, in quo ut est dictum, quia virtualiter et eminenter continetur, natum est in sua entitate actuali ab illo effluere ; et iam antequam sit aliquid in actu secundum se ipsum [2] dicitur esse in potentia, quia in [3] virtute suae causae a qua secundum totum id [4] quod natum [5] est esse dependit. Cum dicitur quod domus intellecta et non cognitio eius fit [6] vel creatur ; similiter etiam asinus, non qui est cognitio quaedam, sed obiectum fit vel creatur ; ergo obiectum tale realiter est aliquid secundum se aliud a cognitione ; — dicendum sicut prius quod [7] si domus fienda et asinus creandus essent [8] realiter et in actu id quod vere per hoc significatur, jam non essent fienda vel creanda. Per hoc ergo quod dicuntur fienda et creanda, ostenditur quod non sunt aliquid in actu, sed solum in potentia. Verum est ergo quod cognitio domus fiendae vel asini creandi non fit nec creatur, quia illa iam est in actu ; sed ipsa domus vel asinus non existens in actu, sed solum in potentia, cuius tamen est cognitio in actu, fiunt vel creantur. Cum enim alicuius bene sit cognitio ut obiecti tamen [9] ipsius secundum suam propriam entitatem nihil est in [10] actu, sed secundum aliquid quod est eius repraesentativum cognoscitur. Et sic cum de tali obiecto non est aliquid in actu nisi eius cognitio et principia virtute quorum habet esse in potentia, non oportet quod tale obiectum sit aliquid in rerum [11] natura secundum aliquam suam entitatem. Et sic verum est quod non fit ipsa cognitio, quia ipsa iam est, sed fit id quod per huiusmodi cognitionem est apprehensum, quod secundum se nihil est. Sicut enim re destructa remanet [12] eius imaginatio per idolum remanens, in cuius virtute intelligitur quod non est, sed est praeteritum et destructum, ita etiam in intellectu per similitudinem remanentem et aliquam proportionem et [13]

Cod. P fol. 184 Vb

habitudinem aliquarum rerum bene constituitur aliquis intellectus et con | ceptus alicuius rei uniformiter se habens sive res sit sive non sit ; et huic conceptui respondet pro obiecto res ipsa sive existens sive non existens, quod realitas ipsa et entitas rei sive sit praesentialiter sive praeterita sive futura uniformiter est obiectum intellectus per huiusmodi [14] suam similitudinem qua causatur illius eiusdem eadem cognitio, quomodocumque ipsum secundum suam propriam entitatem in se ipso varietur.

Per hoc patet quod non multum valet quod quidam, qui nituntur quadam via media circa praemissa procedere, dicunt, scilicet : quod res secundum quod habent esse in Deo sive in Dei essentia, est in causa et ut in potentia

[1] cognitionem P. — [2] ipsam PC. — [3] etiam C. — [4] totum id] *del.* 2ª *m.* C. — [5] nata PC. — [6] sit PC. — [7] quia P.— [8] esset VP. — [9] eum C. —[10] *om.* PC. — [11] *om.* P. — [12] *litt.* re *del.* 2ª *m.* C. — [13] *om.* C. — [14] huius V.

Digitized by Google

illarum causativa [1], sic sunt aliae et distinctae a Deo ; causa enim et potentia dicunt respectum ad aliquid extra et ad distinctum et secundum hanc considerationem [2] creatura sive essentia creaturae antequam sit in actu et [3] in sua natura est rei vera ut obiectum cognitum ; quod enim omnino non est non intelligitur ; et etiam est res vera [4] ut possibilis, sive ut est aliquid in potentia creantis ; quod enim potest esse aliquo modo est in potentia per quam [5] potest esse [6]. Et secundum hoc dicunt quod, quia creatura antequam sit in actu, est ut possibilis et ut [7] alia et distincta a Deo [8], ad ipsam etiam [9] ut sic dicitur respectus ideae qui | non est respectus nisi rationis et se habet eodem modo ad possibilia et ad entia in actu. Cod. V fol. 153 Ra

Sed ista non obstant praedictis [10]. Per omnia enim talia, si recte intelligantur, non potest ostendi quod res, antequam sit in actu et in propria natura, sit aliquid realiter distinctum a Deo nisi solum secundum esse cognitum et [11] in potentia ; quia ad hoc quod aliquid possit dici obiectum cognitum, non oportet quod sit in actu et in propria natura, quia potest cognosci per aliud, ut dictum est. Quod etiam dicitur quod | illud quod habet esse in Deo ut in causa et potentia oportet quod sit res alia et distincta, verum est quod eo modo quo est aliquid est res alia a Deo ; unde cum est solum in potentia, est etiam in potentia res alia. Cod. C fol. 88 Ra

Sed non solum talem entitatem volunt alii dare rebus antequam sint ; quos tamen isti | videntur velle aliquo modo exponere et sustinere, quia etiam ponunt quod talem realem entitatem habet res antequam sit quod secundum illam relationem non solum secundum rationem, sed realiter[12] refertur ad Deum ut ad causam a qua est in esse essentiae constituta. Cod. P fol. 185 Ra

Cum arguitur ad principale, dicendum quod si Deus redigeret aliquid in nihil non diceretur proprie quod hoc fieret aliqua divina actione. Unde proprie loquendo non debet dici quod Deus sua actione possit aliquid redigere in nihil, quamvis in naturalibus actio agentis terminetur ad corruptionem, quia corruptio unius est generatio alterius, eo quod non corrumpitur proprie aliquid nisi per hoc quod materia eius consequitur aliam formam per actionem agentis. Sed annihilatio non sic[13] fit per introductionem vel per productionem alicuius ad quod consequatur annihilatio alterius ; sed fit quasi per accidens[14], scilicet per[15] influentiae [16] substractionem ; sicut per substractionem solis privatur aer luce et[17] annihilaretur si secundum suam totam entitatem dependeret a sole sicut lumen suum.

Cum arguitur quod Deo proprium est dare esse, ergo videtur quod non

[1] creativa P. — [2] considerans 1a *m.* C. *in* considerata *corr.* 2a *m.* C. — [3] *om.* C. — [4] res vera] vera res PC. — [5] quod C. — [6] essentia C. — [7] in V. — [8] et *add.* C. — [9] *om.* C. — [10] sed — praedictis] *om.* C. — [11] *om.* P. — [12] reali VP *et* 1a *m.* C. — [13] *om.* C. — [14] alterius *corr.* 2a *m.* C. — [15] scilicet per] *om.* C. — [16] influentivae C. — [17] etiam C. —

Digitized by Google

posset cessare ab influendo esse; dicendum quod sic est Deo proprium quod nihil dat esse nisi ipse vel in virtute eius, sed non sic quod [1] de necessitate dat esse. Cum arguitur specialiter quod potest facere aliquid ad quod sequatur nihil,quia [2] potest corrumpere omnem [3] formam in materia, et cetera; hoc non oportet hic [4] induci nisi propter illam difficultatem : an materia posset esse sine forma? de qua nihil ad praesens. Sed quantum ad difficultatem praesentem posset sic argui : non posset negari quin totum panem posset Deus convertere in corpus Christi et quin omnia corpora infra concavitatem caeli posset corrumpere. Ex quibus tamen concessis videntur sequi inconvenientia, quia remaneret superficies corporis continentis, quae dicitur locus, sine corpore locato ; item partes aeris, ubi totus panis converteretur, concurrerent non subito, quia hoc est contra rationem motus ; ergo in va | cuo esset motus ; et cetera.

Cod. P fol. 185 Rb

Propter hoc ergo est intelligendum quod Deus nec actione sua proprie nec substractione actionis et influentiae suae facit nihil ; quia nihil non dicit aliquid factibile vel quod factionem aliquam [5] proprie consequatur ; sed facit solum vel facere potest quod eius quod aliquid est, non maneat aliquid ; non aliquid autem nihil dicit ; sicut etiam non facit aliquid [6] ex nihilo ut scilicet nihil sit id quod fit vel ex quo fit, sed facit quod id cuius non erat aliquid vel quod id quod non erat secundum aliquid sui habet esse aliquid. Et sic etiam posito quod corrumpatur aliquod corpus in loco ubi non succedit aliud, non dicetur quod Deus faciat vacuum quod est nihil ; sed dicetur quod substractione actionis divinae eius quod prius erat non remanet aliquid, quia [7] nihil non [8] dicit illud quod proprie possit fieri | vel per se vel per alterius factionem sive [9] corruptionem. Sed quid dicetur? Est-ne verum quod aliquid sic in nihil redigatur quod eius nihil maneat, ut videtur de caritate et habitibus infusis a Deo qui non videntur resolvi in potentia subiecti, quia nec ex illa dicuntur educi? Item, numquid sic potest contingere nihil quod dicitur vacuum ex quo videntur[10] sequi inconvenientia quae Philosophus (1) ponit, quarto Physicorum ?

Cod. V fol. 153 Rb

Ad primum videtur dicendum quod nec gratia nec caritas nec alia talia in nihil reducuntur, quia nec sunt entia quibus debetur secundum se habere esse vel fieri, sed ipsum compositum et idea, sicut aliquid de non grato fit gratum, non ex nihilo, quia[11] erat prius licet non gratum actu, potentia tamen gratum[12], ita etiam cum gratum deficit et fit non gratum, non annihi-

[1] quia P. — [2] qua C. — [3] enim P ; enim (?) 1 *m*. C *in* omnem *corr*. 2a *m*. C et *del alia m*. C. — [4] *om*. C. — [5] aliqua C. — [6] aliqui C. — [7] etiam *add*. PC. — [8] *om*. P. — [9] vel P. — [10] videretur P. — [11] qua C. — [12] actu — gratum] *om*. C.

(1) Cfr. Aristoteles, *Physica*, l. IV, c. 8. (Bekker, vol. I, p. 214b, 215).

Digitized by Google

latur, quia in eo quod est non gratum nunc [1], ipsa gratia in illo remanet in potentia. Ea enim quae ex potentia materiae educuntur per agentia naturalia non dicuntur fieri ex nihilo, sed ex aliquo et secundum rationem seminalem, | non quia in materia sit aliquid essentialiter ad formam pertinens quod per extractionem [2] agentis de potentia fiat ipsa essentia formae completae, non enim dicitur intelligi quod forma non fit ex nihilo quia | fit ex aliquo sui, sed sic quia ipsa non fit, sed totum compositum per se fit, et hoc ex aliquo sui, quia ex materia ; ideo nihil est in ipso quod proprie fiat de nihilo vel creetur. Quia ergo gratia non fit nec est aliquid secundum se [3] factibile sed totum gratum de non grato fit per se gratum et hoc ex aliquo sui, quia ex potentia naturae rationalis, ideo etiam gratia proprie non fit de nihilo nec creatur proprie, quia creari et fieri non convenit nisi entibus per se ; et huic concordare videtur sententia Augustini (1), nono, super Genesim, versus finem ; sed tamen dicitur creari, quia non est nata fieri nisi actione creatoris.

Cod. C fol. 88 Rb

Cod. P fol. 185 Va

Cum ulterius dicitur quod si totus panis converteretur et materia ab omni forma denudaretur concurrerent latera aeris et cetera ; dicendum quod motum successivum localem quemcumque fieri in vacuo, quod dicitur pure nihil, non reprobat Aristoteles (3) ; hoc enim ab omnibus debet supponi tanquam per se notum ; sed hoc reprobat de vacuo sicut cadit in imaginatione ut [4] sit [5] spatium sine corpore sive dimensio separata ; quia in vacuo quod dicitur pure nihil non posset mobile occupare secundum aliquam eius partem prius unam partem spatii quam secundum aliam. Tamen non videtur inconveniens quod, non existente loco aliquo, corpus aliquod posset moveri secundum rarefactionem vel huiusmodi, quia hoc respicit tantum extensionem propriae quantitatis secundum se et ordinem partium in toto, non autem secundum aliquam habitudinem ad aliud sine ordine illarum partium in situ. Et ita in proposito, si [6] in loco panis conversi nihil ipsius panis remaneret, possent tamen latera aeris fieri concurrentia non per motum secundum locum primo et per se, sed per motum rarefactionis, et cetera.

Ad aliam instantiam quod latera coeli distarent et non distarent, quia tangerent [7] se et non tangerent, erunt simul et non simul, quia nihil esset medium inter ea quo [8] distare possent [9] et quia nihil esset coniungens ea, cum prius distabant adhuc distarent ; dicendum quod, dummodo pos | sit evitari contradictio potentiae Dei, nihil substrahere debemus. Si ergo in

Cod. P fol. 185 Vb

[1] nec C. — [2] excessionem C. — [3] esse C. — [4] ut *add.* V. — [5] sic V. — [6] sed V. — [7] quia tangerent] *om.* C, tangerent *suppl.* 2a *m.* C. — [8] quomodo P. — [9] possint PC.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. IX, c. XVIII, 33-34. (PL., t. 34, col. 406-407.) — (3) Cfr. Aristoteles, *Physica*, l. IV, c. 8. (Bekker, vol. I, p. 214b.)

Digitized by Google

istis, cum ponitur sic vacuum, non includuntur contradictoria, concedendum est esse possibile. Videtur ergo posse dici quod non erunt simul [1] dicta contradictoria, quia quod aliqua distent et non distent [2] simul, sint et [3] non sint simul, et quod distent et simul sint, ista important contradictionem ; et ista
Cod. V fol. 153 Va non concluduntur ex praedictis. Sed quod aliqua non distent | et quod etiam non sint simul, non videtur inconveniens. Ita autem videtur posse dici in proposito, quia [4] dicta latera non distabunt nec tamen erunt simul vel tangent se, quia illa non conveniunt corporibus secundum se, sed secundum, habitudinem ad distanciam et dimensionem localem ; qua non existente nullum istorum poterit eis convenire. Exemplum ad hoc potest poni de angelis. Si ponatur quod secundum suam substantiam nullo modo sunt in loco, dicetur quod, ubicumque intelligantur esse, nec distant nec simul sunt ; quia etiam loco existente nullam habent habitudinem ad ipsum, cum tamen [5] secundum hoc illae proprietates sumantur ; ita in proposito, loco vel distancia non existente, illa quae secundum se nata sunt distare vel tangere se, nec distarent nec simul essent, quia nec situm haberent; quare actu nullam habitudinem ad distanciam vel ad simultatem haberent.

QUAESTIO III

Utrum persona divina possit naturam in unitate suppositi assumere.

Postea ad tertium arguebatur quod persona divina posset [6] assumere naturam irrationalem [7] ad [8] unitatem suppositi ; quia, cum potentia et virtus divina, quia sustentat in supposito aeterno naturam humanam, est infinita et illimitata, ergo eadem ratione potest sustentare aliam naturam quamcumque ; sed [9] hoc intelligitur assumere in unitate suppositi ; ergo et cetera.

Cod. C fol. 83 Va Contra. Id quod non habet potentiam elevabilem | secundum operationem beatificam [10] non potest elevari secundum eius naturam, quia elevata

[1] simili C. — [2] et non distent] *om.* C. — [3] etiam C. — [4] quod P. — [5] tantum C. — [6] possit PC. — [7] irrationabilem V. — [8] *om.* C. — [9] secundum P. — [10] beneficam P *et* 1 *m.* V.

Digitized by Google

natura elevatur et eius potentia. Item quod non potest id quod minus est, non potest id quod magis est ; sed minor est unio secundum operationem quam secundum [1] esse personale. Sed Deus | non potest quod minus est, scilicet unire sibi naturam irrationalem secundum operationem, quia illa non potest ipsum [2] cognoscere vel amare ; et sic etiam non potest illam elevare secundum eius potentiam ; ergo nec secundum esse personale quod est maius. Cod. P fol. 186 Ra

Respondeo. Intelligendum quod circa hoc dicunt aliqui (1) quod dupliciter [3] habet esse Deus in creaturis, uno modo communiter secundum modum naturalem sive [4] secundum modum congruentem [5] naturae rei secundum quod secundum limites suae naturae consideratur, et hoc est per illapsum secundum quod dicitur esse in omnibus praesens et intimus per essentiam, praesentiam et potentiam ; et isto modo inest Deus rei ad duo, scilicet ad actum naturae primum qui est esse stabiliendum ut persistat, et ad actum naturae secundum qui est operari producendum ut existat ; sine enim [6] huiusmodi illapsu non potest creatura in esse persistere nec operationem propriam elicere. Alio modo dicitur esse in re modo supernaturali et supergredienti limites naturae ; et isto modo est in natura assumpta per circumincessionem ; et hoc ad duo etiam, scilicet ad sublimandum naturam ad actum primum qui est esse subsistentiae divini suppositi et potentiam ad actum secundum qui est operari, scilicet ad actum beatificum [8] intelligendi et amandi ; ut sicut se habet Deus in omni creatura per illapsum naturalem ad duas actiones praedictas modo congruenti naturae,sic se habet ad naturam assumptam per circumincessionem [9] ad duas actiones praedictas supergredientes limites naturae. Sed nulla creatura est susceptibilis illapsus Dei quantum ad operationem primam praedictam, quin etiam susceptibilis sit quantum ad secundam ; ergo nulla creatura susceptibilis est unionis per circumincessionem[10] ad suscipiendum in se supra limites naturae suae primam Dei operationem praedictam quin etiam susceptibilis sit operationis secundae cuius non est susceptibilis nisi per potentias intellectus et voluntatis ; ergo ubi[11] potest elevari essentia quantum ad dictum primum actum, ibi | potentiae poterunt elevari quantum ad secundum ; et[12] ubi non, non[13]. Unde ratio per se quare aliqua natura sic est assumptibilis, est ratio imaginis Dei, quae non est nisi in natura intellectuali. Si autem sic uniatur alicui naturae non intellectuali, sicut corpori Christi in morte unitus mansit filius Dei, quia non | Cod. P fol. 186 Rb Cod. V fol. 153 Vb

[1] *om.* P. — [2] *om.* C. — [3] *om.* P. — [4] vel C. — [5] contingentem P. — [6] enim C. — [7] non VP. — [8] beneficum PC. — [9] circumintercessionem P. — [10] circumintensionem P. — [11] nisi C. — [12] poterunt — et] *om.* C. — [13] enim P.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum XIII*, q. 5 (fol. 526, V et sq.)

Digitized by Google

uniebatur ei nisi ut ad naturam intellectivan pertinens [1] ut perfectibile ab ipsa et in ordine ad ipsam, ex hoc non potest argui quod alteri naturae omnino disparatae sic posset uniri. Et ex hoc etiam ulterius ponitur ab istis quod, cum actus fruitionis in hoc perficitur quod [2] obiectum fruibile se repraesentet [3] et illabatur virtuti fruibili et eam immutat ad actum, habitu nihil operante nisi quod elevat potentiam et disponit ut ideona sit ad convenientem immutationem [4] cum [5] obiectum praesentatur [6], per hoc quod ex habitu prompta est et expedita ut in ipsum inclinetur, nunc [7] autem omnem elevationem et habitudinem quam potest facere habitus in potentia ut inclinetur in obiectum praesens multo eminentius operatur ipsa unio cum ipso fruibili in personae unitate ; unio enim in unitate [8] personae necessario repraesentat obiectum sub ratione fruibilis potentiae fruenti, ita quod per hanc unionem non possit esse in essentia, ut est essentia et natura, ad perfectionem ipsius naturae assumptae in quantum essentia quaedam est et [9] natura quae dicitur homo deificatus, quin simul et per quandam concomitanciam sit [10] in eius potentiis ut habet essentia rationem cognitivi et volitivi, et ipsa natura divina ad quam facta est unio se habet[11] in ratione cogniti et voliti. Licet enim isti sint diversi modi essendi et perficiendi, unus tamen eorum necessario est alteri annexus.
Cod. C fol. 88 Vb Unde sicut obiectum fruibile non postest obiective il | labi in potentia beatorum ut beatificans eam quin simul illabatur essentiae etiam ut beatificans
Cod. P fol. 186 Va eam[12] et alterius etiam in corpus cuius est forma | quantum ad dotes corporis, ita multo fortius essentiae naturae humanae illabi non potest substantialiter per unionem in hoc beatificans ipsam quantum essentia beatificari potest ut est essentia, quin illabatur potentiis ipsas beatificando quantum beatificari possunt, quod non fit nisi per actum. Si enim hoc non ponitur, sequitur inconveniens, scilicet[13] quod Christus posset peccare et damnari, et quod Deus esset irrationalis[14], asinus, lapis et cetera. Sed potest dici quod ista inconvenientia quamvis includant aliquid[15] impossibile Deo, prout impossibile opponitur possibili[16] secundum potentiam ordinatam, quia talia viderentur incongrua vel indecentia Deo, non tamen concludunt[17] impossibile prout impossibile opponitur possibili secundum potentiam absolute sumptam, quia omnino entis rationem non subterfugiunt. Et ideo dicendum quod assumptibilis vel unibilis dicitur creaturae non ab habitudine[18] quae sumatur a potentia naturali creaturae, sed[19] a[20] potentia obedientiali respectu agentis supernaturalis. Si ergo consideretur assumptibilitas simpliciter et[21] absolute

[1] pertinet VP. — [2] *om.* 1ª *m.* C. — [3] repraesententur 1ª *m.* C. — [4] *om.* C. — [5] *om.* C; cui P. — [6] praesentetur C. — [7] circa P. — [8] in unitate] *om.* C. — [9] in P. — [10] sic P. — [11] habet P. — [12] quin — eam] *om.* C. — [13] secundum PC. — [14] irrationabilis V. — [15] aliqui C. — [16] possibilitati V. — [17] includunt P. — [18] ab habitudine] ad habitudine C ; ad habitudinem V. — [19] *om.* 1 — *m.* C. [20] *om.* C. — [21] absoluta *add.* C.

Digitized by Google

respectu potentiae divinae simpliciter et absolute [1], dicendum quod quaelibet creatura, saltim nata constituere suppositum, secundum se est assumptibilis in unitatem [2] suppositi divini. Si vero consideretur ut sub aliqua [3] ratione congruitatis in comparatione ad potentiam Dei ordinatam, sic non est assumptibilis nisi natura humana.

Primum patet si consideretur ratio vel causa secundum quam dicitur possibilis talis unio, quae patet ex eo quod causa quare aliquod suppositum, puta quodcumque suppositum creatum, non potest assumere aliam naturam secum in unitate suppositi. Hoc autem communiter dicitur esse quia suppositum, quod habet esse limitatum in natura limitata, non potest supplere vicem alterius suppositi, in sustentando [4] scilicet naturam quae nata est sustentari [5] in alio supposito, scilicet in se [6] ipsa substando. Et quia hoc est in qualibet creatura, quae limitata est et in sua natura et propria subsistentia, ideo ponitur | quod [7] nullum suppositum creatum in unitate suppositi potest aliam naturam [8] suscipere. Ergo cum suppositum divinum non habeat esse limitatum, | quia natura divina, sicut secundum se est infinita et illimitata, ita et quaelibet personalitas eius, quare poterit ad se assumere quamcumque naturam creatam natam secundum se subsistere ut eam in se secundum rationem suppositi sustentet. Sicut enim natura divina omnino illimitata [9] in se omnem rationem[10] perfectionis creaturae continet, licet eminentiori modo, ita etiam suppositum divinum rationem omnis suppositi ut vicem cuiuslibet in se supplere possit. Unde propter indeterminationem et illimitationem huiusmodi[11] personalitatis et naturae, potest ipsa personalitas sive ratio suppositi communicari naturae creatae limitatae, ut coniunctum continens naturam divinam et creatam non requirat aliam rationem suppositi vel personalitatis quam habet secundum ipsam naturam divinam.

Cod. P fol. 186 V[b]

Cod. V fol. 154 R[a]

Secundum patet. Quia congruitas ex parte naturae assumptibilis accipitur vel ratione dignitatis et nobilitatis ipsius naturae ; et sic, cum dignissima sit natura intellectualis sive angelica sive humana in qua est imago et perfectissima [12] assimilatio, quae nata est esse creaturae ad Deum, et sic capax eius est per nobilissimas operationes cognoscendo et amando ; cum, inquam, ita sic[13] sit, quaelibet talis natura habet rationem assumptibilitatis;– vel accipitur huiusmodi congruitas ratione necessitatis[14] et[15] indigentiae ipsius naturae assumptibilis ; et sic cum sola natura humana quae peccato | subiecta et lapsa reparabilis erat per talem unionem, sola natura humana est assumptibilis;

Cod. C fol. 89 R[a]

[1] respectu — absolute] *om.* PC. — [2] unitate P — [3] alia C.— [4] *et* [5] tiffi (?) *scripsit* 2[a] *m.* C. *supra litt.* nt. — [6] in se] *om.* C. — [7] *om.* 1[a] *m.* C. — [8] supplere *add.* V. — [9] illiterata 1[a] *m.* C. — [10] *om.* 1[a] *m.* C. — [11] huius V. — [12] perfecta C. — [13] sit sic] sic sit P. —[14] ratione — necessitatis] *om.* 1[a] *m.* C ; ratione et necessitatis 2[a] *m.* C.— [15] *om.* C.

Digitized by Google

non quidem natura irrationalis, quia defuit [1] prima condicio ; non angelica, quia [2] defuit secunda. Cum arguitur quod natura non potest elevari ad unionem tantae dignitatis quantum ad eius esse vel actum quasi primum, cuius potentia non potest elevari ad dignitatem actus sibi correspondentem, et cetera ; aliqui (1) | respondent [3] quod verum est quod elevata natura necesse est elevari potentiam quando potentia elevabilis est in natura assumptibili ut sic, quia in natura humana sunt quaedam potentiae elevabiles, ut [4] rationales, illas de necessitate elevat ; et quia sunt quaedam potentiae non elevabiles, ut vegetativae et aliae, illas non elevat. Et sic etiam non obstante quod in natura irrationali non possit potentia aliqua elevari, potest tamen talis natura per huiusmodi unionem elevari, quia ipsa potentia non potest elevari ad operationem [5] supernaturalem ; sed natura ipsa potest elevari ad esse hypostaticum supernaturale.

Cod. P fol. 187 Ra

Sed non videtur sic esse dicendum, quia cum potentia naturaliter consequatur condicionem naturae in qua radicatur, impossibile est naturam elevari quin potentia proportionaliter elevetur. Non videtur etiam necessarium quod, cum potentia est elevabilis, quod elevata natura secundum aliquem modum ipsa potentia elevetur [6] secundum quemlibet eius modum. Unde etiam non est necessarium forte quod elevata natura humana, per huiusmodi unionem personalem elevetur potentia secundum gloriosam operationem. Et ideo est intelligendum quod natura humana potest dupliciter elevari supernaturaliter ; et secundum hoc etiam eius potentia dupliciter elevatur. Et sunt istae elevationes diversarum rationum. Est enim elevatio naturae supernaturalis : uno modo quantum ad esse personale supernaturale [7] per gratiam unionis ; alio modo quantum ad esse spirituale per donum gratiae habitualis. Prima autem potest convenire cuilibet creaturae modo supradicto. Secunda vero non nisi naturae rationali. Secundum istas autem elevationes Deus diversimode unitur naturae creatae. Prima[8] secundum Damascenum[9] (2), videtur dici per circumincessionem et, licet sit supernaturalis ratione termini et modi, est tamen pro tanto naturalis secundum quod esse naturale distinguitur ab | esse spirituali, scilicet quia ad esse personale, licet supernaturale, terminatur. Secunda autem est secundum gratuitam inhabitationem, et etiam est supernaturalis, sed spiritualis. De qua prima Corinthiorum (3), sexto : qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum Deo. Et Johannis (4), *decimo*

Cod. V fol. 154 Rb

[1] desinit C. — [2] defuit — quia] *om.* P. — [3] et dicunt *add.* C. — [4] in P. — [5] opinionem P. — [6] elevatur P. — [7] et *add.* C. — [8] praeterea. — [9] substantiam C.

(1) Cfr. Henricus de Gandavo, *Quodlibetum XIII*, q. 5 (fol. 527 R.). — (2) Alluditur Johannes Damascenus, *De Fide orhtodoxa*, l. III, c. III, 208-209. (Migne, PG., t. 94, col. 994-995.) — (3) I *Cor.*, VI, 17. — (4) *Evangelium Johannis* XVII, 21.

Digitized by Google

septimo : | sicut tu pater in me et ego in te, et ipsi unum in nobis sint, scilicet fide et caritate. Et sic ista duplex elevatio est secundum duplicem unionem. Cod. P fol. 187 R[b]

Est autem tertia unio quae dicitur per illapsum. Et licet ista unio necessario supponatur in qualibet alia et ab illa necessario includatur, quia sine ista res omnino non esset, et habet ordinem essentialem ad quamcumque aliam, quia non ens nullius capax est ; cum aliae sint omnino disparatae nec una aliam necessario supponit nec includit ; unde quia secundum primam unionem non efficitur aliquid in natura assumpta per quod possit facere operationes proprias alterius rationis, scilicet gratiosas vel gloriosas vel huiusmodi [1] ad quod requiritur aliqua dispositio formalis, quia natura divina in cuius supposito subsistit nec est forma naturae assumptae nec ex ratione huius [2] unionis aliquid formaliter perficiens [3] effluit in natura assumpta, quia praecise terminatur ad esse personale ; ideo ex hoc solum consequetur natura assumpta quod [4] illae eaedem operationes sibi secundum naturam convenien | tes, quae essent solum talis naturae determinatae, puta hominis, si secundum se subsisteret, modo sunt operationes etiam Dei ; et ipse homo etiam operatur operationes divinas quod dicitur communicatio idiomatum, scilicet quod, quia homo et est Deus et Deus homo, et Deus videt, comedit et patitur, et homo creat et resuscitat mortuos. Et hoc etiam videtur intendere Damascenus (1) dicens huiusmodi [5] unionem esse secundum circumincessionem naturarum. Quamvis enim ratione huiusmodi [6] unionis Christus comprehendens naturam utramque sit agens supernaturale ratione personae [7] agentis, [8] tamen ex hoc non habet quod secundum naturam humanam conveniant ei actiones et operationes nisi pure naturales, scilicet comedere, intelligere et huiusmodi [9], sicut aliis conveniunt quantum ad ipsam propriam rationem operationis ut secundum se considerantur, sicut et actiones divinae ei conveniunt secundum suam propriam rationem. | Unde Damascenus (2), libro tertio, capitulo decimo quinto : duas actiones aïmus[10] in Domino Iesu Christo ; habet enim ut Deus divinam actionem et ut homo nobis homoysion humanae naturae actionem, scilicet propter unitatem personae agentis et in duabus naturis subsistentis[11]. Non enim in hac unione, ut dicit (3) capitulo decimo septimo, factum est unum secundum transmutationem naturae, sed secundum dispensativam unionem, ea quae secundum hypostasim et ea quae in vicem naturarum circumincessionem. Dicit (4) etiam, capitulo decimo

Cod. C fol. 89 R[b]

Cod. P fol. 187 V[a]

[1] huius V. — [2] huiusmodi PC. — [3] pertinens C. — [4] quia PC. — [5] huius V. — [6] huius V.— [7] potentiae PC. — [8] ege. s C.— [9] huius V.—[10] animus P.—[11] subsistens C.

(1) Alluditur Johannes Damascenus, *De Fide orthodoxa*, l. III, c III, 208 (*loc. cit.*).— (2) Johannes Damascenus, *De Fide orthodoxa*, l. III, c. XV (Migne, PG., t. 94, col. 1046-1047.) — (3) Johannes Damascenus *ibidem*, c. XVII (*loc. cit.*, col. 1070). *Sententialiter refertur.* — (4) Idem, *ibid.*, c. XIX. (col. 1079). *Sententialiter.*

Digitized by Google

nono, quod habuit novum et ineffabilem modum naturalium actionum, dicens: non divisas [1] aïmus [2] actiones neque divise [3] agentes naturales [4], sed univoce [5] unaquaque [6] cum alterius communione [7] agente hoc quodque [8] proprium ; neque enim humana egit secundum hominem solum, non enim nudus erat homo ; neque divina [9] secundum [10] Deum solum, non enim erat nudus Deus.

Quemadmodum enim naturarum unionem et naturalem differentiam cognoscimus, ita etiam naturalium voluntatum et actionum. Et sic verum est quod, prout natura elevatur, scilicet quantum ad esse personale et suppositi, ut videlicet habens talem naturam non solum dicatur homo sed etiam Deus ipse, ita etiam potentia elevatur, quantum [11] scilicet ad operationem, quod etiam illae operationes non solum sunt et dicuntur ipsius hominis, sed etiam Dei ipsius. Et haec videtur intentio Damasceni (1), tertio libro, capitulo decimo septimo, dicentis huiusmodi unionem esse [12] secundum circumincessionem. Unde sicut quaelibet natura creata nata secundum se subsistere sic elevabilis est ad tam nobile esse personale vel suppositi, sic etiam et quaelibet
Cod. V fol. 154 Va potentia | eius elevabilis est quantum ad operationem dicto modo. Sed elevatio secundum esse spirituale, quae fit[13] secundum perfectiones formales supernaturales naturam elevantes, est alterius rationis omnino ; et videtur quod potest una esse sine alia. Unde Deus potest uniri naturae alicui secundum esse personale cui[14] non uniatur secundum huiusmodi [15] esse spirituale,
Cod. P fol. 187 Vb et e converso. Et de tali unione etiam verum est quod non potest elevari | natura secundum tale esse spirituale cuius potentia etiam non elevatur secundum operationem proportionaliter respondentem. Et ideo quamvis Deus possit sibi unire quamcumque[16] naturam in unitate suppositi secundum gratiam unionis ; quia sic eius potentia etiam est elevabilis, non tamen potest sibi unire quamlibet naturam unione inhibitionis per gratiam habitualem ; nec etiam potentia cuiuslibet naturae est elevabilis per operationem correspondentem.

Cod. C fol. 89 Va Et per hoc patet responsio[17] ad simile quod alii (2) inducunt. Quia sicut | unio per illapsum requirit quod, sicut res per illam in esse naturali secundum se constituitur, ita etiam operationes sibi convenientes per suas potentias eliciantur, ita etiam ista[18] unio requirit quod sicut per eam natura humana in esse suppositi divini constituitur, ita etiam operationes secundum illam naturam sic eliciantur quod sunt operationes non solum hominis, sed etiam

[1] diversas PC. — [2] animus P. — [3] diverse PC. — [4] natales V. — [5] unite V. — [6] unaquaeque C. — [7] communicatione C. — [8] quia C ; que V. — [9] divinam C. — [10] *cm*. C. — [11] quemadmodum C. — [12] sed *add*. C. — [13] sit C. — [14] qui C. — [15] huius C. — [16] quantumcumque P. — [17] patet responsio] potest respondere C. — [18] illa P.

(1) Idem, *ibid.*, c, XVII, 239-240. (col. 1070-1071.) *Sententialiter.* — (2) Henricus de Gandavo, (*loc. cit.*, fol. 527 R.)

Digitized by Google

ipsius Dei, et cetera. Nec plus requirit talis unio. Et secundum hanc unionem etiam in natura rationali humana ita elevatur potentia sensitiva vel vegetativa sicut rationalis. Ita enim dicitur Deus videre vel digerere [1], sicut intelligere. Sed quantum ad unionem secundum esse spirituale potest elevari, ut dictum est, potentia rationalis, non autem aliae. Sed quia uniones praedictae sunt diversarum rationum, sicut dictum est, secundum aliquos forte diceretur quod posset etiam natura humana uniri secundum primam ita, quod non secundum secundam. Quamvis enim perfectissima sit illa unio considerando naturam cui unita est natura humana et modum perfectum unionis, scilicet in unitate simplicissima personalitatis sive secundum esse personale divinae personae ; non oportet tamen quod includat aliam unionem, quae est omnino alterius rationis, scilicet secundum esse spirituale per gratiam inhibitionis spiritualis secundum cognitionem et amorem supernaturalem ; uniri enim personae divinae in ratione suppositi sustentantis et in ratione obiecti beatificantis non sunt [2] eiusdem rationis ; immo, ut prius dictum est, ex quo prima unio quae per se non includit aliquod donum supernaturale habitualiter | Cod. P fol. 188 Ra animam perficiens et non efficit aliquid formaliter in natura humana, ipsa natura humana ex huiusmodi unione non potest in operationem in quam [3] prius non posset ; sed solum hoc consequitur quod illa est etiam ipsius Dei. Quod enim Deus non videtur a rationali natura, hoc non contingit propter eius realem absentiam vel distanciam, cum sit intimior unicuique rei quam res propria sibi, sed quia natura rationalis non est disposita ex natura sua ad hoc ; et quia etiam Deus, quantumcumque sit praesens secundum id quod ipse est, non tamen se ipsum repraesentat sub ratione obiecti qui est talis naturae quod videtur si vult, si autem vult non videtur ; ergo oportet in ea effici aliquam dispositionem supernaturalem secundum habitus gratiae et gloriae et quod Deus se ipsum ostendat. Et propter hoc communiter ponitur quod praeter gratiam unionis, quae non est aliud quam ipsum esse personale gratis communicatum naturae assumptae ad hoc quod natura humana assumpta possit in operationes spirituales, scilicet gratuitas et beatificas, indiget habitibus infusis. Non videtur posse poni quod praeter huiusmodi [4] habitus possit elicere tales actus potentia naturalis, qualitercumque [5] Deus sit praesens vel per illapsum, sicut naturae non assumptae, vel per [6] gratiam unionis, sicut [7] ipsi naturae assumptae. Sed si quaeratur tunc qualiter sunt | Cod. V fol. 154 Vb solvendae instantiae quod Deus posset peccare et damnari, quia hanc positionem non assero quantum ad hunc articulum utrum natura humana posset assumi absque tali elevatione potentiae, ideo etiam de talibus nihil plus ad praesens [8].

[1] dirigere PC. — [2] est P. — [3] qua V. — [4] huius C. — [5] qualiscumque P. — [6] *om.* P. — [7] *om.* V. — [8] et hoc dicit infra circa articulum quintum *suprascrips. alia m.* V.

Digitized by Google

QUAESTIO IV

Utrum natura humana in Christo fuerit aequalis perfectionis cum natura humana in statu innocentiae, puta ipsius Adae.

Post hoc circa creaturas quaerebantur quaedam circa naturam creatam a creatore assumptam, quaedam circa puras crea uras. Circa naturam creatam a Verbo assumptam quaerebantur duo : primum erat u rum na ura humana n Christo fuerit aequalis perfectionis cum natura humana in statu innocentiae, puta ipsius Adae. Secundum erat | utrum Christus secundum hu | manam naturam potuit generare.

Cod. P fol. 188 R[b] Cod. C fol. 89 V[b]

Ad primum arguebatur quod aeque perfecte fuerit natura humana in Christo cum natura humana in statu innocentiae, quia natura humana habens partes quae ad speciem pertinent [1], quae etiam formales dicuntur, et partes materiales sive secundum materiam dictas et ad individuum pertinentes, aequa'is perfectionis cum natura alia [2] habente huiusmodi [3] partes est aequalis perfectionis cum illa. Sed ita est in proposito, quia [4] Christus assumps:t naturam humanam perfectam ex anima et corpore aeque innocentem sicut fuit in statu innocentiae. Ergo et cetera. Praeterea supponitur quod si [5] homo non peccasset, quod omnes homines habuissent naturam eiusdem dignitatis et perfectionis. Sed Christu› natus est sine omni peccato. Ergo eius natura est eiusdem sive aequalis dignitatis et perfectionis cum natura [6] Adae vel cuiuscumque in statu innocentiae.

Contra. Anima Christi est nobilior anima Iudae ; ergo eadem ration› et anima Adae, quia peccatum non dim'nuit naturam vel essentiam rei quantum ad essentialia. Quod ergo anima Iudae in peccato perseveravit non ponit [7] ipsam secundum naturam suam ignobiliorem anima Adae ; ergo potest esse quod aeque digna fuit ; sed anima Christi est nobilior illa ; ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod natura humana in Christo secundum suam substantiam non potest esse perfectior vel minus perfecta si substantia secundum id quod ad substantiam pertinet sic recipiat magis et minus quod in una et eadem specie possit una natura esse perfectior altera. Et cum circa hoc sint [8] opiniones, tamen, ut alibi (1) dixi, videtur quod in omni natura

[1] et *add.* P. — [2] natura alia] alia natura PC. — [3] huius V. — [4] quod P. — [5] *om.* C. — [6] anima PC. — [7] possit C. — [8] sicut P.

(1) *Quodlibetum II*, q. 2, p. 140 ss.

Digitized by Google

secundum quod ipsa est transmutabilis et variabilis, potest reperiri variatio secundum magis et minus. Et quia in individuis substantiae materialis invenitur variatio secundum id quod ad substantiam pertinet, scilicet secundum partes materiales, ideo etiam secundum hoc videtur in eis esse diversitas secundum magis et minus ; quamvis nulli formae specificae, ut intelligitur secundum rationem differre, vel formae abstractae possit convenire | magis vel minus, quia nulla talis res, ut sic intelligitur, possibilis est ad transmutationem per se et primo ut diversificetur secundum hanc differentiam quae, importat magis et minus circa [1] eandem rem [2]. Unde nulla natura, ut intelligitur ad speciem determinata, possibilis est diversificari per esse perfectius et imperfectius in eadem specie nisi sit natura transmutabilis per se vel per accidens ; et sic convenire poterit ei, scilicet ipsi naturae, magis et minus ut habet esse in individua substantia ut hic et nunc et in [3] determinata parte materiae, quia ut sic nata est transmutari et variari, et sic debet contingere variatio secundum magis et minus ubicumque invenietur. Et secundum hoc videretur [4] quod, cum substantiae separatae, quae angeli dicuntur, sint omnino immateriales secundum substantiam et sic secundum substan iam invariabiles, nullo modo videtur in eis posse poni perfectius et minus perfectum secundum id quod ad substantiam eorum pertinet eadem specie manente. Et sic etiam videretur de anima, nisi possit dici aliud de ipsa, quia scilicet aliquo modo materialis est in quantum est naturalis perfectio materiae secundum quam contingit transmutatio. Sed de | substantiis pure materialibus simpliciter videtur posse dici quod in eis est accipere magis et minus sive perfectius et imperfectius, unitate speciei manente. Et hoc declarabatur [5] auctoritatibus Philosophi (1) et rationibus, supposita quadam distinctione Philosophi, primo, de Generatione, ex qua accipitur quod in qualibet individua substantia materiali duplex est consideratio ; una ut est ens secundum formam et speciem, alia ut est ens secundum materiam. Et secundum hoc in substantia materiali transmutabili non est possibile magis et minus ut est ens secundum formam et speciem, sed ut est ens secundum materiam. Quomodo autem sint [6] haec intelligenda alias (2) fuit declaratum. Et ideo quantum | ad propositum, si anima humana esset forma simpliciter materialis, sicut anima asini, prout potest dici quod unus asinus etiam secundum id quod ad substantiam eius | pertinet est alio perfectior, ita etiam de natura unius hominis respectu alterius potest dici.

Cod. P fol. 188 Va

Cod. V fol. 155 Ra

Cod. C fol. 90 Ra

Cod. P fol. 188 Vb

Est ergo in quaestione proposita difficultas et secundum illos qui ponunt

[1] contra C. — [2] *om.* C. — [3] *om.* C. — [4] videtur C. — [5] declarabitur C. — [6] sunt C.

(1) Cfr. Aristoteles, *De Generatione*, l. I, c. 5. (Bekker, I, p. 321, b.) — (2) In *Quodlibeto* II, q. 10. (p. 141 et ssq.).

Digitized by Google

in nulla substantia posse [1] esse differentiam secundum magis et minus in eadem specie, et secundum illos qui hoc ponunt in substantiis pure materialibus ratione animae, quae non [2] est simpliciter materialis. Si enim, secundum quod magis communiter dicitur, in substantiis eiusdem speciei non potest una esse perfectior alia secundum [3] id quod ad substantiam pertinet, et ex consequenti etiam secundum proprietates naturales proprias et per se ipsam speciem consequentes [4] se, secundum hoc esset dicendum quod natura humana non solum in Christo,sed nec in quocumque alio homine fuit perfectior quam in Adam ; nec etiam e conversio ; et hoc non solum quantum ad id quod pertinet ad naturam humanam secundum formam, quae est anima, sed etiam secundum materiam. Secundum alios etiam, non videtur [5] posse diversificari natura humana secundum magis perfectum *vel* minus perfectum quantum ad id quod ad animam pertinet ; et secundum hoc utrisque difficile est evadere articulum (1).

Circa hoc autem est intelligendum quod articulo (1) ab episcopo condemnato non intendo [6] contradicere, tamen propter modum eius loquendi non videtur debere facere aliquam fidem in proposito, quia sive sint gradus secundum magis et minus in forma substantiali etiam quae est anima humana, sive non sint gradus, nihil ad hoc quod possit concludi animam Christi esse nobiliorem anima Iudae ; quia si ponatur quod non sint [7] gradus, nullum inconveniens sequitur ex hoc in Christo, quia non est inconveniens quod ipse habeat animam secundum gradum naturae qui natus est ei convenire ; nec inconveniens si sit aequalis gradus in anima peccatrice, quia aliquem non dicimus peccatorem quia habet animam secundum substantiam ignobiliorem; immo etsi gradus sint [8], potest contingere quod habens meliorem et nobiliorem gradum magis peccat, cum peccare a libera voluntate creata dependeat. Unde qui argueret animam esse nobiliorem anima, alioquin anima Petri secundum naturam non esset nobilior anima Iudae | non valeret ; sicut [9] non valet si arguatur : unus angelus secundum naturam est perfectior altero[10], quia aliter sequeretur quod Gabriel non esset secundum naturam perfectior Lucifero. Si etiam talis argutio terret, scilicet quod anima Christi, quae non peccavit, est nobilior anima Iudae quia ille peccavit, posset argui quod anima Christi esset etiam nobilior Lucifero. Similiter etiam de corpore potest dici quod, esto quod ponatur quod in corporibus non sint plures gradus secundum

Cod. P fol. 189 R[a]

[1] *om.* C. — [2] *om.* C. —[3] si C. —[4] convertens P ; convertentes 1[a] *m.* V. —[5] videntur. — [6] videndo P. — [7] sunt P. — [8] sicut P — [9] sic PC. — [10] alio PC.

(1) Cfr. Opiniones ducentae undeviginti Siger de Brabantia, Boetii de Dacia, aliorumque a Stephano episcopo Parisiensi de consilio doctorum Sacrae Scripturae condemnatae, 7 Martii Anno 1277 (Denifle et Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p 543, n° 124 et 187 Paris, 1889)

Digitized by Google

id quod ad substantiam corporis pertinet vel quod sint [1], non videtur tamen quod oporteat ponere Christum habuisse corpus nobilius quantum ad naturalia quolibet alio homine. Quantum enim pertinet ad nobilitatem corporis non videretur inconveniens ponere quod habuit corpus talis et tantae perfectionis qualis [2] congruebat secundum condicionem materiae ex qua formabatur, nisi pro quanto virtus Spiritus Sancti quae [3] habuerit in formatione eius vim activam, potest de illa [4] materia aliter disponere quam potuisset virtus debilis alicuius viri. Non videtur autem necessarium supponere quod beata virgo habuerit perfectissimum corpus humanum inter corpora omnium mulierum ; nec videtur necessarium etiam [5] supponere quod sanguis ex quo formatum—fuit corpus Christi fuerit [6] sanguis nobilissimus ex quo possit forma | ri corpus humanum et cetera. Unde quia istis sic vel aliter positis non contingit [7] aliqua variatio respectu eorum quae ad mysterium redemptionis nostrae pertinent, propter quae dicitur Dei filius incarnatus, non videntur multum exquirenda talia.

Cod. V fol. 155 R[b]
Cod. C fol. 90 R[b]

Verumtamen est intelligendum specialiter quantum ad illum modum qui ponit non esse gradus tales in substantia et sic oportere Christum non habuisse nobiliorem animam secundum substantiam vel essentiam quod, quamvis ex hoc videatur aliquod inconveniens sequi simpliciter et absolute, tamen hoc non liceret praecipue Parisius,quia videtur contradicere articulis (1), ut patet intuenti. Quia tamen haec opinio communior reputatur, | scilicet quod in nulla substantia eiusdem speciei, quantum ad id quod ad substantiam pertinet, est reperire magis et minus, perfectius et imperfectius, et quicquid sit de aliis substantiis pure materialibus, tamen de anima humana hoc videtur sentiendum.

Cod. P fol. 189 R[b]

Et qui hoc vellet de anima humana dicere et docere, posset ad articulos (2) qui videntur dicere contrarium respondere. Primus (3) dicit sic : inconveniens est ponere aliquos intellectus nobiliores aliis, quia cum ista diversitas non sit [8] a parte corporum, oportet quod sit a parte intelligentiarum ; et sic animae nobiles et ignobiles essent necessario diversarum specierum sicut intelligentiae. Error : quia sic anima Christi non esset nobilior anima Iudae. Alius (4) dicit sic [9] : quod[10] nos peius vel melius intelligimus, hoc provenit [11] ex intellectu passivo, qui dicitur esse potentia sensitiva. Error : quia hoc ponit intellectum unum in omnibus aut aequalitatem [12] in omnibus animabus.

[1] sicut P. — [2] quanta PC. — [3] *om.* P. — [4] ista C. — [5] necessarium etiam] etiam necessarium PC. — [6] fuit C. — [7] contingat PC *et* 1[a] *m.* V. — [8] possit PC *et* 1[a] *m.* V. — [9] *om.* PC. — [10] sic C. — [11] pervenit C. — [12] hoc — a quatatem] *om.* 1[a] *m.* C.

(1) Ut supra, *op. cit.*, (loc. cit.) — (2) Ut supra, *op. cit.*, (n° 124, 187).— (3) Ibidem, *op. cit.* (loc. cit., n° 124). — (4) *Op. cit.* (loc. cit., n° 187.)

Digitized by Google

Ad ista ergo videtur posse dici quod anima quae [1] secundum suam substantiam est forma naturalis corporis et sic substantia materialis cum aliis formis materialibus aliquo modo conveniens, est etiam nata secundum se subsistere modo imperfecto, tamen et in hoc communicans imperfecte tamen [2] cum substantiis separatis simpliciter, et sic mediam naturam importans, non est tantae abstractionis et immaterialitatis quin habeat aliquas proprietates et naturales potentias aliquo modo materiales ipsam substantiam suam, ut tali natura est in composito cuius alte a pars est corpus, consequentes, corpus autem multipliciter potest diversificari secundum diversas dispositiones et proprietates et proportiones naturalium dispositionum et qualitatum, licet non secundum id quod ad substantiam per se pertinet [3], ideo etiam potest poni aliqua diversitas in proprietatibus animae secundum quod diversorum corporum est perfectiva[4]. Harum autem proprietatum quaedam, scilicet vegetativae et sensitivae, sunt in ipso coniuncto per se et per
Cod. P fol. 189 Va organa corporalia operantur, quae requirunt ut propria subiecta. Et de istis | magis planum est quod sic possunt diversificari quod una potentia sensitiva est perfectior in uno eiusdem speciei quam in alio, cum non sit nisi quaedam dispositio accidentalis consequens animam secundum quod est talis organi perfectiva. Aliae autem sunt non in composito, ut praedictae, sed in anima, non tamen ut est substantia separata et immaterialis simpliciter secundum se habens modum naturae suae perfectum in esse huiusmodi [5] separato, sed ut est naturalis perfectio corporis organici ipsum in actu perficiens naturaliter vel naturaliter nata perficere ; et ideo etiam natae sunt consequi substantiam animae in ordine ad diversitatem corporis [6] quod [7] nata est perficere ; et sic etiam licet non consequantur [8] per se et immediate compositum ut subiectum et instrumentum quod perficiant et quo utantur in sua operatione per se [9], et in quo scilicet composito, ut dictum est, ratione corporis sunt praedictae diversae dispositiones et etiam in anima[10] quantum ad illas potentias quae etiam sunt in ipso composito ; quia tamen consequuntur animam in ordine ad tale subiectum quod naturaliter perficit et in quo etiam omnes
Cod. V fol. 155 Va suas[11] operationes naturaliter nata est exercere nisi aliquando per accidens, |
Cod. C fol. 90 Va cum[12] separatur, fuerit impedita, ideo | etiam est de natura talis animae quod ipsa possit habere huiusmodi[13] proprietates secundum perfectius et minus perfectum differentes. Non sic autem videtur posse dici de angelis. Et propter ista etiam dicitur quod non quaelibet anima nata est esse in corpore quolibet[14],sed etiam determinata in determinato non quidem propter diversi-

[1] *om.* V — [2] *del. alia m.* C. — [3] per se pertinet] pertinet per se P. — [4] perfectissima PC. — [5] huius C. — [6] corpus P. — [7] quae C. [8] consequatur P. — [9] *om.* P. — [10] alia P. — [11] *om.* C. — [12] enim *add.* C.— [13] huiusmodi.— [14] corpore quolibet] quolibet corpore C.

Digitized by Google

tatem secundum substantiam animae [1] secundum se, sed dictarum proprietatum. Et secundum hoc dicetur quod una anima est alia perfectior non solum a parte corporis, hoc et quia perficit diversa corpora diversas dispositiones habentia, sed etiam a parte ipsarum animarum in quibus sunt etiam diversae proprietates praedictae proportionaliter diversificatae [2] his quae in corporibus etiam reperiuntur ; unde industria et ingenium et cetera talia quae se tenent ex parte animae, sunt nobiliora in una | anima quam in alia. Cod. P fol. 189 Vb

Si autem velimus tenere opinionem quam alias (1) tetigimus, scilicet quod in individuis substantiae materialis et compositae potest esse perfectius unum alio, etiam secundum id quod ad substantiam pertinet et quomodo hoc contingit [3] fuit aliqualiter declaratum, poterit dici quod, licet planiori modo pateat [4] quomodo anima unius leonis sit perfectior anima alterius, quia est sic pure materialis et materiae immersa quod nec est nec nata est esse [5] nisi in corpore ratione cuius secundum ipsius substantiam etiam potest contingere talis variatio, quam in anima humana, quae nata est esse per se subsistens sicut angeli ; tamen secundum modum praedictum, est dicendum quod, quia natura [6] sic communicat in immaterialitate cum angelis quod secundum se simpliciter et absolute sit nata habere perfectum suae naturae modum, sed solum [7] ut pars compositi et ut naturalis perfectionis corporis, propter hoc etiam ponendum quod natura sua in hoc communicat cum aliis formis pure materialibus et differt a rebus separatis quod nata est contingere circa ipsam talis diversitas secundum perfectius et imperfectius quam habet et contrahit ex habitudine quam habet [8] ad corpus in quo etiam individuatur et nata est, cum separatur, huiusmodi diversitatem retinere retinens etiam individuationem quam contraxit in corpore quam etiam forte nata est a Deo, si vellet, assequi extra corpus in ordine tamen ad diversa corpora. Sed de hoc alias. Nec tamen intelligendum quod talis diversitas in anima habeat esse in anima causaliter propter diversitatem corporis, cum magis corpus sit propter animam quam e converso. Sed quia hoc videtur convenire formae non omnino secundum se subsistenti, sed in corpore, quod scilicet sit diversificabilis, ut in corpore existens, ideo secundum diversam dispositionem in corpore extenditur diversitas praedicta in animalibus et dicitur esse. Unde Commentator (2), primo, de Anima : videmus quod quilibet habet formam quia animam propriam [9] et corpus animalis proprium ; et hoc est in speciebus valde manifestum; membra enim leonis non differunt a membris cervi nisi propter diversitatem | Cod. P fol. 190 R

[1] *om.* P. — [2] diversitate C. — [3] *om.* P. — [4] pareat P. — [5] inesse C. — [6] non C. — [7] *om.* C. — [8] et contrahit — quam habet] *om.* C. — [9] animam propriam] anim propria P.

(1) Cfr. *Quodlibetum II*, q. 10. (*loc. cit.*) — (2) Averroès Cordubensis, *De Anima*, l. I, c. 1, in fine com. (Venetiis 156 , vol. 10, p. 28, V, nº 53).

Digitized by Google

animae cervi ab anima leonis ; et si esset [1] possibile ut anima cervi esset in corpore leonis, tunc natura otiose ageret. Et hoc etiam manifestum est in individuis eiusdem speciei ; et ideo diversi sunt mores. Et sic essent articuli (1) concedendi simplictier prout iacent, quia non est inconveniens ponere gradus dignitatum et perfectionum [2] in animabus eiusdem speciei, cuius contrarium dicunt articuli (1) praedicti damnati.

Cum ergo quaeritur utrum natura humana in Christo fuerit perfectior natura humana Adae in statu innocentiae, quaestio est de facto. Nec video rationem de necessitate probantem quod fuerit nobilior. Nec etiam per articulos (1) hoc probatur, quia solum ponunt animam Christi simpliciter | nobilio em an'ma Iudae. Sed ratione congruitatis et decentiae dicendum est et tenendum quod sic.

Cod. C fol. 90 Vb

Argumenta autem probantia quod fuit aequalis dignitatis [3] pro quanto determinant quod non minoris, concedenda sunt. Prout autem innuunt quod non maioris, est respondendum quod, licet fuerint aequalis dignitatis quantum ad innocentiam et immunitatem [4] culpae, potuerunt [5] tamen esse inaequales quantum ad condicionem singularis naturae. Si etiam homo nunquam peccasset, licet fuissent omnes aequales quantum | ad huiusmodi innocentiam et iustitiam originalem, sicut nunc omnes parvuli in baptismo aequaliter mundantur a culpa originali, tamen potuit esse diversitas in eis secundum [6] condiciones naturae singularis sine defectu omni et poena.

Cod. V fol. 155 Vb

[1] sic P. — [2] perfectionem C. — [3] et *add.* P. — [4] immutabilitatem V. — [5] poterunt VC. — [6] *om.* C.

(1) Cfr. supra : *Opiniones ducentae...* (loc. cit.) — (2) *Ut supra* (loc. cit.).

Digitized by Google

QUAESTIO V

Utrum Christus secundum humanam naturam potuit generare

Deinde ad secundum praedictorum arguitur quod Christus non potuit generare, quia Christus non potuit peccare ; ergo nec generare. Probatio consequentiae : qui consulit aliquid verbo cuius contrarium agit facto videtur peccare ; sed Christus consilium dedit de virginitate vel de continentia servanda ; ergo et cetera.

Contra. Perfectio est sibi simile generare posse ; sed Christus fuit homo perfectus ; ergo potuit sibi | similem [1] generare. Cod. P fol. 190 R[b]

Respondeo. Dicendum quod aliqui dicunt quod, sicut Christus potuit formare quaecumque verba per instrumenta naturalia quae habuit ad hoc apta et sic simpliciter et absolute habuit potentiam ad formandum verba mendacii ; quia tamen indecens fuit quod illis instrumentis uteretur ad formandum verba mendacii et minimum indecens in tanta sanctitate debet impossibile reputari, ideo potest dici quod non potest uti dictis instrumentis ad formandum verba mendacii ; ita etiam habuit membra perfecta ad generationis actum ; quia tamen indecens fuit quod illis ad talem actum uteretur, quia continentia virginalis est bonum secundum se et aliquid quod sub consilio cadit, carnalis autem copulatio [2] est bonum secundum indulgentiam quod permittitur quasi [3] bonum huic [4], qui scilicet non potest continere, ideo videtur non potuisse generare.

Sed hoc non multum cogit nec etiam valet similitudo, quia quod dicitur de mendacio respectu Christi aliter debet intelligi si consideretur natura assumpta simpliciter et absolute solum ut terminatur huiusmodi assumptio in unitatem suppositi divini, et aliter si consideretur ut donis gratiae et gloriae summae perfecta et elevata, sicut supponimus fuisse ab instanti conceptionis. Quia si, ut [5] dictum est in alia quaestione, talis unio non requirit elevationem animae [6] quantum ad esse spirituale per gratiam et ex consequenti nec informationem potentiarum per virtutes, quia, ut dictum est, esse personale personalitate [7] divina et aeterna ad quod assumitur natura humana et esse spirituale praedictum sunt diversarum rationum nec mutuo

[1] simile P. — [2] copula C. — [3] quod PC. — [4] habet PC *et* 1[a] *m.* V. — [5] si ut] sicut *corr.* 2[a] *m.* C. — [6] a se C. — [7] pluralitate PC.

Digitized by Google

se includunt, tunc posset dici quod potentia absoluta Christus potuit proferre verba mendacii et peccare.

Sed quia non decebat quod talis assumptio terminaretur solum ad tale esse, ideo non decebat, et [1] pro tanto etiam hoc esse non poterat quod natura assumpta non frueretur. Ad hoc autem sequitur quod non solum non decebat
Cod. P fol. 190 Va quod mentiretur | vel peccaret, sed quod etiam hoc simpliciter [2] non posset, quia supposita huiusmodi elevatione secundum tale esse spirituale non potuit mentiri.

Sed talis [3] elevatio actus naturales et animales, qui non sunt vitia vel peccata non excludebat. Sed quia huiusmodi [4] unio statum animalem et passibilem a Christo non excludebat [5], habuit enim opera vegetativae animae
Cod. C fol. 91 Ra secundum nutritionem et augmentationem, non videtur quare non | potuit habere etiam opera eius secundum generationem, cum talis actus non sit malus nec eius fruitioni contrarius, sicut nec alii. Praecipue cum illa membra essent omnino dominio ipsius subiectia etiam perfectius quam in statu innocentiae, videtur dicendum quod potuit, sed non decuit quod hunc actum exerceret. Quod autem potuit, patet per Damascenum (1), libro de Gemina natura et geminibus proprietatibus et actionibus Christi [6], dicentem : habet ex assumptione omnes naturales potentias humanitatis et operativas et passivas ut perfectus sit homo. Et prout pertractat in istis enumeratur non solum nutritiva et augmentativa, sed etiam seminativa, id est generativa. Sed quia postea subdit (2) : seminativum et generativum enim non habuit ; intran-
Cod. V fol. 156 Ra seuntes enim divinarum | hypostasium [7] proprietates impossibile est patrem vel spiritum sanctum filium fieri ; propter quod neque factus est filius hominis nisi filius Dei, ut maneat intransmutabilis proprietas ; videtur quod filius Dei etiam secundum naturam humanam non potuit generare alium filium, quia proprietas eius ratione personae est generari et non generare. Sed hoc [8] non obstat, quia hoc non importat non posse, sed non decere. Sicut enim non congruebat quod pater aeternus assumeret naturam humanam et sic esset pater et filius, tamen potuit ; ita etiam non decuit quod filius Dei aeternus secundum naturam divinam fieret pater secundum humanam. Potuit tamen, sed non decuit, quia nostram naturam assumpsit ut in ea opus nostrae redemp-
Cod. P fol. 190 Vb tionis perfectissime exerceret et efficiendo et meren | do et exemplum bonum praebendo. Et ideo licet omnibus bonis mundi si voluisset optime usus fuisset, tamen ea contempsit, ut homo, cuius concupiscentia prona [9] est ad illa ultra

[1] sed C. — [2] hoc *add.* VC. — [3] est *add.* C. — [4] huius V. — [5] sed quia — non exludebat] *om.* P. — [6] sic *add.* V. *del. post a.* [7] hypostasum VC. — [8] *om.* C. — [9] propria P.

(1) Cfr. Johannes Damascenus, *De Duabus in Christo Voluntatibus*. 12, 13, 14, 15. (Migne, PG., t. 95, col. 146-147.) — (2) Idem, *ibid*, 37. (loc. cit. ; col. 175.)

Digitized by Google

quam expedit, exemplo eius ab amore talium retraherentur [1]. Unde etiam, quia concupiscentia carnalis ad delectationes carnales nimium nos inclinat, ideo ab illis sine quibus individuum potest conservari omnino voluit abstinere ut nos etiam suo exemplo a delectationibus carnalibus retraheret. Et hoc dicit glossa Augustini super illud Hebraeorum (I), duodecimo : proposito sibi gaudio sustinuit crucem.

Sed tamen quamvis concupiscentia nostrae infirmitatis etiam in delectationibus gustus nimium nos inclinet [2], verumtamen non debuit Christus ab usu ciborum omnino [3] abstinere tum quia non putaretur fuisse verus homo, tum quia etiam nullus debet omnino a talibus abstinere durante vita animali, quamvis per hoc possit homo aliqualiter a maioribus bonis impediri et in usu talium peccare, sicut et in actu generationis. Unde quia est de necessitate vitae individui, sicut non potest quis se ipsum interficere, sic nec a cibis abstinere. Sed sicut augeri non est de necessitate conservationis individui, sed producendi ipsum ad quantitatem convenientem, et ideo illa adepta naturaliter cessat virtus augmentativa ab agendo, ita etiam generare, quia pertinet ad conservationem speciei. Cum species sufficienter habet conservari recto ; modo, puta per incorruptibilitatem in resurrectione vel per aliorum multorum actus qui generationi intendunt in vita praesenti, ideo etiam licet ab actu generationis voluntarie cessare. Et ideo verum est quod perfectum est posse sibi simile generare et sine hoc est imperfectus homo simpliciter. Sed non ipsum generare in actu est sic [5] ad perfectionem eius simpliciter pertinens ; quia tale actus, qui transeunt extra, | magis sunt perfectivi passivorum quam agentium. Quamvis etiam unumquodque agens aliquo modo sit perfectius cum est in actu secundo etiam transuente in exterior materiam [6], et sic perfectius est generare in actu quam non generare ; tamen quia per actus minus perfectus aliquando impeditur quis a maiori perfectione, ideo abstinere a tali actu minus perfecto, ut intendatur magis perfectio, est perfectius.

Cod. P fol. 191 Ra

Cod. C fol. 91 Rb

Cum igitur arguitur quod consuluit et cetera ; non semper consulens aliquid, quod non facit, peccat vel etiam minus perfecte agit non faciendo, sed cum ille cui dat consilium est eiusdem condicionis sicut ipse. Unde quia per actum generationis a maioribus alii [7] retrahuntur et impediuntur ; quia etiam difficile est illo sine aliquo vitio uti, ideo aliis consuluit continere ; sed si ipse Christus generasset, haec non fuissent [8] in ipso.

[1] retraheremur P. — [2] inclinat P. — [3] *om.* C. — [4] uno PC. — [5] sicut PV *et* 1a *m.* C. — [6] naturam C. — [7] aliis P. — [8] fuisset PC.

( ) *Heb.*, XII, 2.

Digitized by Google

QUAESTIO VI

Utrum ista duo stent simul quod creatio sit id quod factio ipsius esse creaturae et tamen ipsa tota creatura quantum ad totam essentiam et ipsum esse creetur.

Deinde circa puras creaturas quaerebantur quaedam pertinentia ad creaturas in generali, quaedam pertinentia ad quaedam creaturas in speciali.
Cod. V fol. 156 Rb Circa primum quarebatur unum per | tinens ad exitum creaturarum in esse a suo primo principio [1], aliud pertinens ad ordinem et distinctionem earum per comparationem ad suum primum principium [2] productivum. Primum praedictorum erat : supposito secundum Commentatorem (1) quod motus vel transmutatio sit forma imperfecta ad quam est sive id quod per ipsum acquiritur, utrum ista duo stent simul quod creatio sit idem [3] quod factio ipsius esse creaturae et tamen ipsa tota creatu a quantum ad totam essentiam et ipsum esse creetur. Secundum est utrum possint [4] esse duo entia specifice differentia aequaliter se habentia ad primum principium.

Ad primum arguitur quod praedicta stant simul, quia sicut se habet calefacere vel calefactio ad calidum vel calefactum, ita creatio ad creatum.
Cod. P fol. 191 Rb Sed calefactio idem est cum calore calidi vel calefacti, et tamen per eam [5] non fit [6] ipse calor solum, sed | totum compositum. Ergo etiam [7] ita [8] erit in proposito.

Contra. Creatio-actio est idem cum creante totaliter, quia in eo non est ponere aliquid ab ipso differens ratione cuius possit creare ; ergo creatio-passio idem est cum toto creato, quia non est ibi aliquid ratione cuius non creetur [9].

Respondeo. Circa solutionem huius [10] quaesiti, considerandum quomodo creatu a recipit vel consequitur esse secundum aliquam transmutationem praecipue quantum ad terminum transmutationis, in quo creatio magis assimilatur aliis veris et propriis transmutationibus. Videmus autem quod in huiusmodi

[1] primo principio] principio primo P. — [2] et distinctionem — principium] *om.* C. — [3] id P. — [4] possunt C. — [5] ea PV. — [6] sit C. — [7] *om.* C. — [8] *om.* P. — [9] creatur C. — [10] huiusmodi C.

(1) Cfr. Averroès, *Physica*, l. V, com. 5. (Venetiis, 1562, vol. 4, fol. 208 Rb) et com. 54 (ibid., fol. 240 R. b.)

Digitized by Google

veris et propriis transmutationibus in quibus supponitur aliquod ens subiectum vel ens quod est pura potentia, ut materia quae est hyle in generatione, vel ens quod est in actu simpliciter est tamen in potentia respectu alicuius perfetionis accidentalis ut in aliis mutationibus, semper per se fit totum compositum; unde talium factione verum est quod semper totum compositum fit. Non, tamen est verum proprie loquendo quod ipsa factio realiter sit idem cum toto eo quod per eam fit. Supposito tamen quod motus vel mutatio sit idem realiter cum termino factionis sive cum eo quod per ipsam acquiritur, prout dicitur quod motus vel mutatio est realiter idem cum forma incompleta quae per eam acquiritur ; quia enim in huiusmodi factione, quamvis totum compositum per se fiat, quia tamen non fit principaliter nisi ratione actus et formae; non quidem solum sic [1] quia ipsa forma sit principalior pars essentiae, ratione cuius ipsum factum habet esse in actu, sed quia secundum nihil eius praeerat nisi in potentia materiae vel subiecti, ideo secundum totam entitatem eius consequitur esse per talem mutationem ; ita tamen quod subiectum praesupponitur secundum id quod est in sua entitate essentiali, carens tamen actualitate ad quam est in potentia per ipsam formam et quam consequitur per transmutationem quam sustinet ; et sic ipsum subiectum fit secundum se,sed [2] ipsum praeexistens secundum suam entitatem quae [3] | erat in potentia ad actualitatem formae fit [4] sub forma ; et hoc est fieri compositum per se ; et forma etiam non fit secundum se, sed fit in materia vel subiecto non quidem | sic quod ispa, quae praeerat secundum suam aliquam [5] entitatem, illam communicet materiae [6] et sic fiat per se compositum, sicut dictum est, suo modo de materia, sed sic quod ipsa, quae secundum nullam eius actualitatem [7] praeerat, extrahitur de potentia materiae in entitatem et actualitatem suam quae est ipsa entitas formalis et actualis materiae praeexistentis quidem secundum suam absolutam et essentialitatem, sed non secundum hanc eius actualitatem. Et sic quamvis per transmutationem constituatur per se totum compositum quantum ad totam entitatem eius secundum materiam et formam, quia tamen entitas materiae non constituitur simpliciter secundum entitatem suae essentiae absoluta, sed sub actualitate talis formae sive in actu secundum talem formam, sed ipsa forma constituitur in entitate suae essentiae et naturae et suam entitatem communicat materiae, immo eius constitutio non est nisi eius communicatio materiae quam constituit in actu et per hoc totum compositum, ideo | transmutatio talis non sic potest realiter idem esse cum toto composito, sicut forma quae sic acquiritur. Et hoc patet in calefactione, quae est mutatio secundum quam fit [8] aliquod

Cod. P fol. 191 Va

Cod. C fol. 91 Va

Cod. V fol. 156 Va

[1] sit PC. — [2] *om.* P. — [3] quaeque P. — [4] sit PC. — [5] aliqualem P. — [6] materia P. — [7] materialitatem P. — [8] Sit C.

Digitized by Google

compositum calidum, et non fit [1] solum ipse calor ; et tamen calefactio non dicitur idem realiter cum calefactibili et calore, sed cum ipso calore ; calefactio enim nihil aliud est quam communicatio caloris in alio vel alicui [2].

Ex hoc autem videtur quod si esset aliqua mutatio per quam constitueretur in esse totum compositum secundum omnem entitatem suarum partium, licet sit principalius ratione formae quam materiae, quia [3] est pars principalior et perfectior ; quia etiam materia est propter formam, non sic e converso ; cum tamen quaelibet [4] importaret aliquam entitatem quam oportet aliqua actione in esse constitui, transmutatio, secundum quam utraque constitueretur, utrumque comprehenderet et diceretur esse idem realiter cum | utraque ; et sic si calefactione constitueretur tota entitas calefactibilis et ipse calor, non diceret solum communicationem caloris in alio, sed diceret communicationem sive constitutionem totius entitatis compositi secundum totam eius entitatem, et esset totaliter idem non solum cum calore, sed cum calefactibili, licet principalius importaret id quod ad actualitatem pertinet. Et sic dictum Philosophi dicentis quod actio non dicitur de toto [5] sed de complemento et de perfectione, planum est in factionibus naturalibus in quibus supponitur aliquid quod non fit secundum suam realitatem et entitatem absolutam. Si etiam applicetur ad factionem [6] ex nihilo, in qua nihil supponitur, veritatem habet solum quantum ad hoc quod complementum et perfectio est principalius et [7] id propter quod sunt alia in re.

Cod. P fol. 191 Vb

Dictam igitur sententiam recolligere possumus sub ratione tali quia, sicut nunc, cum calidum fit mutatione, quae [8] calefactio dicitur eo quod ipsum calefactibile non fit simpliciter et absolute, sed solum fit quia [9] ipse calor in eo fit, calefectio non est realiter idem cum calefactibili sed cum calore. Eadem ratione si ipsum calefactibile secundum se fieret aliqua actione, illa esset realiter idem cum calefactibili, non cum calore. Ergo si una factione totum fiat[10] dicto modo, illa realiter erit idem cum toto. Hoc etiam arguitur, quia factio qua plura constituuntur habet etiam identitatem realem cum pluribus ; unde si una factione fieret albedo et calor, illa haberet identitatem realem cum utroque et non posset dici realiter solum alterum ; ergo similiter si aliqua factione fiat non solum calor, sed calefactibile, illa etiam erit idem cum utroque.

Cum ergo creatio sit mutatio secundum quam creatura quantum ad omnem entitatem eius et partium ipsius in esse constituitur, oportet ponere quod sit realiter idem non solum cum eo quod est principalius in creatura, sed cum toto eo quod quocumque modo habet esse in ipso. Sicut tamen

[1] sit C. — [2] a iter C. — [3] quod P. — [4] quolibet P. — [5] de toto] *om.* P.; in toto C. — [7] successionem C. — [7] propter *add.* C. — [8] non P. — [9] *om.* P. — [10] *littera* a *delev.* *alia* m. C.

Digitized by Google

creatura dicitur principalius | ess id quod est perfectius in ipsa, prout etiam Commentator (1) dicit, secundo Physicorum quod, quia materia est substantia in potentia et forma est illa per quam ens est substantia in actu, compositum [1] dignius | est habere hoc nomen substantia quam materia, quia est in actu et materia in potentia ; et forma dignior est habere hoc nomen substantiam [2] quam compositum, quoniam per illam est [3] compositum in actu, et causa dignior est causato. Ita etiam dici potest quod illud, quo [4] compositum con tituitur in esse, dignius est habere identitatem cum forma quam cum composito, et cum composito magis quam cum ma eria. Tam n aliquo modo debet dici [5] praecipue facti o de qua loquimur, scilicet creatio, dem realiter cum toto.

Cod. P fol. 192 Ra

Cod. C fol. 91 Vb

Ad propositum ergo [6] est dicendum quod, sicut in[7] compositis ex materia et forma, cum utrumque secundum suam totam entita em fiat factione quae est creatio, ipsa creatio realiter est idem cum toto composito ; et licet fiat communicatio actualitatis formae ipsi materiae, quia tamen | ipsa materia per ean | dem creationem consequitur entitatem suam sub illa forma, non stant simul quod [8] per creationem totum compositum creetur et quod creatio non sit realiter idem cum ipsa materia ; ita etiam si ponatur quod esse realiter sit res alia ab essentia, quae habet rationem potentiae resp ctu actualitatis ipsius esse, et per creationem constituatur essentia [9] in sua entitate essen'iali licet sub actual tate ipsius esse quod etiam pe creationem ipsi essentiae[10] communicari dicitur, non stant simul quod sic[11] totum compositum ex esse et essentia creetur et quod ipsa creatio non sit idem realiter cum toto. Unde sive ponatur esse realiter differre ab essentia sive non, semper oportet dicere quod creatio est realiter idem cum omni eo quod ad creaturam pertinet ad quod ipsa creatio nullam rem absolutam addit supra[12] rem creatam.

Cod. V fol. 156 Vb

Immo nec rem relativam videtur addere, quia eandem relationem quam importat creatura sub ratione termini constituti per actionem creantis, eandem importat creatio sub respectu passionis correspondenti tali actioni. Unde non est simile de creatione[13] per comparationem ad rem creatam et de calefactione respectu calefacti, non solum quia calefactum dicit quid absolutum aliud | ab eo quod importatur calefactione, praesuppositum etiam calefactioni, non sic autem est de creatione respectu rei creatae ; sed etiam quia calefactio eandem rem simpliciter non importa quam impo:tat calefactum mutato solo modo significandi. Hinc inde sicut oportet dicere de creatione

Cod. P fol. 192 Ra

[1] composita C. — [2] substantia C. — [3] compositum — est] quam C. — [4] quod P. — [5] debet dici] dici debet P. — [6] igitur C. — [7] ex V. — [8] quia P, *et* 1a *m.* C. — [9] *om.* C ; esse V. — [10] esse V. — [11] sit PC. — [12] super C. — [13] de creatione] determinatione P.

(1) Averroes Cordubensis, *Physica*, l. II, c. 2, com. 4. (Venetiis, vol. 4, fol. 49 V-50 R.)

Digitized by Google

respectu rei creatae, et hoc quidem etiam confirmatur ex processu diverso quem importat calefactio et omnis vera mutatio vel motus a processu importato nomine creationis ; nam in omni vera mutatione et motu [1] invenitur duplex processus : unus a termino in terminum, sicut ab albedine in nigredinem ; alius [2] ab agente in patiens, sicut a faciente in factum. Sed hi processus non similiter se habent in ipso moveri et in termino motus [3]; nam in ipso mover illud quod movetur recedit ab uno termino et accedit ad alium quantum ad primum processum et transmutatur ab agente quantum ad secundum processum [4], quorum neutrum est in termino motus ; nam tunc ulterius non transmutatur ab agente, sed est primo transmutatum et dicitur non transmutari sed transmutatum esse ; nec recedere dicitur ab uno termino et accedere ad alium, sed iam esse in termino virtute tamen agentis. Unde hi processus sic se habent ad terminum motus et in termino motus quod consequitur factum quandam relationem ad agentem prout habet esse ab ipso et prout est ei simile [5] quoquomodo ; sicut in termino generationis consequitur natus filiationem. Creatio autem non potest accipi ut in moveri quod est ante terminum motus ; sed accipitur ut in factum esse. Unde in ipsa creatione non importatur aliquis accessus ad esse nec transmutatio a creante, sed solummodo inceptio essendi vel inceptio esse et relatio ad creatorem a quo esse habet [6].

Cod. P fol. 192 Va Cod. C fol. 92 Ra

Per hoc patet *responsio* ad [7] argumentum, quia non est | simile quod | accipitur pro simili.

[1] et motu] *om.* C. — [2] aliud V.— [3] alicuius C.— [4] et transmutatur — secundum processum] *bis* P. — [5] si simile P. — [6] et *add.* C. — [7] aliud P.

Digitized by Google

QUAESTIO VII

Utrum possint esse duo entia specifice differentia aequaliter se habentia ad primum principium.

Deinde ad secundum praedictorum arguebatur quod non possunt esse duae species aequaliter se habentes ad primum, quia species entium numeris comparantur ; sed impossibile est quod duo numeri specie differentes vel quod duae species numerorum aequaliter se habeant ad primum numerum vel primam unitatem. Ergo ita etiam erit in proposito.

Contra. Est invenire duo entia genere differentia aequaliter se habentia ad primum ; ergo et specie differentia ; quia quaecumque differunt genere differunt etiam specie. Antecedens probatur : quia in corporibus incorruptibilibus et corruptibilibus materiam [1] oportet | ponere, ut [2] patet per eorum accidentia, scilicet per quantitatem et motum ; et oportet illam ponere genere et specie differentem [3], ut patet per eorum ad invicem intransmutabilitatem ; et tamen oportet quod illae materiae aequaliter se habeant ad primum, quia cum utraque non habeat nisi naturam purae potentialitatis et nihil actualitatis includunt, non est in eis accipere gradus aliquos secundum quos diversimode et inaequaliter possunt se habere ad primum ; ergo et cetera. Cod. V fol. 157 Ra

Respondeo. Dicendum quod, cum unumquodque ens creatum sit in aliquo genere contentum secundum gradum perfectionis [4] limitatum, sicut genera necessario differunt secundum gradus perfectionum, et impossibile est quod aequaliter et [5] secundum aequalem dignitatem se habeant duo genera posteriora accidentium ad primum quod est substantia, ita etiam in eodem genere oportet attendere distinctionem secundum gradus differentiarum. Et impossibile est differentias descendentes ab uno genere secundum aequalitatem perfectionis se habere ad illud ; forma enim quae aequaliter omnimode convenit pluribus non est secundum se nisi una et per accidens autem plures,cum[6] est forma speciei in qua propter hoc est proprie et perfecte univocatio ; forma autem quae non sic secundum se omnimode aequaliter convenit pluribus non est vere una | sed per se est divisa in plures et est Cod. P fol. 192 Vb

[1] numerum PC. — [2] sic P. — [3] differentia *corr.* 2a *m. C.* — [4] gradum perfectionis] gradus perfectos P, gradus perfectionum G. — [5] *om.* C. — [6] ut 2a *m.* C ; cuius PV.

Digitized by Google

forma generis ; propter quod etiam secundum Philosophum (1), septimo Physicorum : in generibus [1] latent aequivocationes multae ; quod non contingeret si essent omnino aequalis dignitatis et aequaliter naturam generis participantes ; aequalis enim dignitatis in essentia [2] et natura non possunt esse plura nisi quia conveniunt in una forma et essentia secundum se, ut dictum est de forma speciei ; talis enim aequalitas est secundum uni ocationem in forma essentialiter. Item impossibile est quod sicut aliqua duo quorum unum non sit perfectius et nobilius altero et tamen sicut entia secundum se et per se differentia et non unius formae et perfectionis, quia si unum non esset nobilius altero [3], hoc non potest esse nisi quia quicquid est in uno dignitatis et perfectionis est in altero, alioquin si in uno esset aliquid dignitatis et perfectionis quod non esset in alio, iam hoc esset in hoc dignius alio vel e converso ; et si unum nullum defectum habet respectu alterius tunc habet quicquid aliud habet et e converso ; et sic sunt non diversarum rationum et formarum secundum se, sed omnino unius rationis et formae. Hoc etiam patet ex habitudine eorum ad aliquod primum; quia quae producta sunt a Deo sunt ab ipso secundum rationes differentes imitabilitatum cognita et creata ; alia [4] ratione enim conditus est homo, alia equus ; ergo quae sunt aequalis dignitatis et perfectionis habent in Deo unam rationem imitabilitatis sive unam similitudinem, quia secundum unum gradum ; sed quae habent similitudinem secundum unum gradum imitabilitatis in Deo et sic unam ideam sunt unius speciei ; quare oportet dicere quod illa quae sunt diversarum specierum non possunt eundem gradum tenere ; necessario ergo differunt gradibus [5] perfectionis et sic inaequaliter se habent ad primum. Prout enim dicit Anselmus (2), Monologiorum, trigesimo quarto capitulo : entia creata, quanto
Cod. C fol. 92 V[b] sunt essentiae et veritati primae magis utcumque similia, tanto | verius et praestantius existant. Ergo ea quorum unum non est verius et praestantius
Cod. P fol. 193 R[a] altero aeque similia sunt [6] primo ; ergo | et cetera.

Cum arguitur de diversitate et aequalitate materierum secundum illos qui ponunt in caelestibus corporibus veram materiam et genere a materia elementorum differentem, diceretur quod diversitas et aequalitas in entibus debet sumi primo et per se secundum rationem formae ; et ex diversa habitudine ad diversitatem formarum potest sumi diversitas in eis quae secundum se non sunt actus vel forma; nunc ergo quia materia id quod est, est[7] potentia
Cod. V fol. 157 R[b] quaedam sive ens in potentia, quia nec est nec intelligitur nisi | in habitudine

[1] generationibus. — [2] esse V. — [3] et tamen — altero] *om.* C. — [4] autem *add.* C. — [5] differunt gradibus] gradibus differunt PC.— [6] *om.* C. — [7] in PC.

(1) Cfr. Aristoteles, Physica, l. VII, c. IV. (Bekker I, p. 249 a.) — (2) Cfr. Anselmus Cantuariensis, *Monologium*, c. XXXIV [al. XXXIII].(PL., t. 158, col. 189.)

Digitized by Google

ad formam cuius est capax, ideo [1] quamvis materia caelestium et elementorum non sit nisi ens in potentia et tale secundum se non includat actum distinctum ; tamen quia id [2] quod est hoc et illa est in habitudine ad diversit tem formae, ideo secundum hoc potest distingui inter illas dicendo quod sicut formae caelestium sunt nobiliores formis elementorum, ita et materia illa [3] est nobilior ista ; sed quia materia ut intelligitur pura [4] potentia in genere substantiae ad esse secundum formam substantialem et etiam ex hoc ad non esse secundum illam, nihil aliud intelligendo quod ad eius essentiam pertinet, quia essentialiter non est nisi hoc, non potest intelligi in ipsa unde ad aliquam determinetur ut sic prout secundum se consideratur, aequaliter se habet ad quamcumque [5] formam. Propter quod, secundum Commentatorem (1), duodecimo Metaphysicae, ipsa secundum se est una numero in omnibus, quia caret omnino distinctione. Sed illud [6] quod assumitur in argumento de pluralitate materierum, puto esse solvendum probabilius per interemptionem assumpti dicendo quod in caelestibus non est materia proprie loquendo de materia quae non est in [7] potentia ad esse, quia potentia est oppositorum et illud quod habet aliquid quod est potentia ad esse de necessitate etiam per hoc potest non esse ; unde cum corpora caelestia non sint in potentia ad non esse, non est in eis materia. Et [8] hoc est intentio Commentatoris (2) in pluribus locis. Dicit enim, primo Physicorum, quod in natura materiae est privatio formae, propter quod caelestia corpora non habent materiam omnino, | quoniam essent generabilia et corruptibilia per mixtionem privationis cum natura eorum. Cod. P fol. 193 R[b]

Cum arguitur quod accidentia quae sunt in ipsis ostendunt materiam esse in eis, dicendum [9], sicut dicit Commentator (3), quod illa accidentia sunt alterius rationis ab accidentibus entium materialium et sunt talis naturae quod possunt esse ut[10] in subiecto in corpore simplici, in[11] quo scilicet non est compositio vere ex materia et forma substantiali.

[1] nisi — ideo]*om.* C. — [2] illud C. — [3] *om.* C. — [4] puta PC. — [5] quandam C. — [6] hoc C. — [7] nisi PC. — [8] *om* C. — [9] quod C. — [10] *om. 1a m.* C. — [11] etiam. C.

(1) Cfr. Averroes Cordubensis, *Metaphysica*, l. XII, com. 14 (Venetiis, 1562, vol. 8, fol. 300 V., b.) — (2) Idem, *Physica*, l. I, com. 79 (vol. 4, fol. 45 R. *a-b.*). Litteraliter.— (3) Respicitur fortasse Averroès, *De Coelo*, l. I, com. 21. (Venitiis, 1562, t. 5, fol. 15 V.)

Digitized by Google

QUAESTIO VIII

Utrum anima humana in gloria sine corpore suo possit esse beatior etiam quantum ad beatitudinem essentialem aliquo angelo et hoc est quaerere utrum si beata virgo esset in gloria sine corpore ipsa possit esse gloriosior et beatior omnibus angelis.

Deinde circa creaturas in speciali quaerebantur quaedam circa creaturam rationalem humanam specialiter. Et circa hoc quaerebantur quaedam pertinentia ad eius statum gloriosum, quaedam pertinentia ad eius statum [2] meritorium et quaedam pertinentia ad eius demeritum vel peccatum et quaedam pertinentia ad eius statum quasi indifferentem.

Circa primum quaerebatur unum, scilicet utrum anima humana in gloria sine [3] corpore suo possit esse beatior etiam quantum ad beatitudinem essentialem aliquo angelo; et hoc est quaerere utrum si beata virgo esset in gloria sine corpore, ipsa possit esse gloriosior et beatior omnibus angelis.

Et arguitur quod non, quia illud quod est perfectum secundum suam totam naturam est perfectius eo quod non est perfectum secundum suam totam naturam. Sed angelus, qui est natura simplex sine corpore, est perfectus secundum suam totam naturam ; in natura autem humana de cuius integritate est anima et corpus, quando est perfectio solum [4] secundum animam, non est perfectio secundum suam totam naturam ; ergo et cetera.

Contra. Per id [5] quod nihil facit ad beatitudinem hominibus competentem non redditur aliquis beatior ; sed corpus nihil videtur facere ad beatitudinem humanam, quia beatitudo humana erit ut angelorum, quia in caelo erunt homines ut angeli qui sunt beati sine omni corpore ; ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod possumus loqui de gloria animae separatae vel ut comparatur ad se ipsam in corpore vel ad aliam naturam intellectualem | non habentem habitudinem ad corpus quantum.

Cod. P fol. 193 V[a]

Ad primum modum potest esse quaestio : an anima sit beatior [6] vel perfectior | secundum gloriam essentialem coniuncta quam ipsamet separata. Et est intelligendum quod, cum operatio in qua beatitudo constituitur videatur habere | imperfectionem vel ex parte obiecti, si non perfecte se offerat ;

Cod. V fol. 157 V[a]

Cod. C fol. 92 V[a]

[1] *om.* C. — [2] gloriosum — statum] *om* P. — [3] sive cum C. — [4] soluta C. — [5] illud C. — [6] beata V.

Digitized by Google

vel ex parte subiecti, si perfecte [1] non possit in illud ferri, videtur aliquibus quod ex neutro [2] horum possit dici perfectior beatitudo [3] in coniuncta anima quam separata quia Deus sub ratione obiecti [4] beatificantis ita perfecte se repraesentat vel repraesentare potest animae separatae ut [5] coniunctae. Item huiusmodi operatio non expletur nisi per animam solam absque aliquo adminiculo corporis, quia anima ad sui operationem non indiget corpore nisi pro quanto ad eam indiget phantasmate. Unde Commentator : anima indiget in sui operatione corpore non ut subiecto, sed ut obiecto, scilicet ut eius ministerio accipiat obiectum rerum materialium et eorum quae modo naturali sunt cognoscibilia. In operatione autem quae consistit in aperta [6] Dei [7] visione nullo modo phantasmata adminiculare possunt ; ergo videtur ita potens anima separata ad huiusmodi operationem ut coniuncta. Et ideo videtur aliquibus quod ex unione animae ad corpus non augeatur beatitudo essentialiter et intensive ; nec fit eius operatio beatificans perfectior, sed quodam modo accidentialiter [8] et extensive potest dici crescere beatitudo.

Sed probabilius videtur secundum alios quod, quamvis in actu glorioso non deserviant organa materialia, quia tamen anima non sic est separata pure quod sit ens secundum se omnino perfectum cui ut enti perfecto secundum se possint operationes [9] convenientes perfecte attribui, prout potest [10] poni de angelo, sed est ens in hoc habens imperfectionem [11] sub angelis quod licet in hoc communicet cum eis quod non sic est immersa materiae | nec Cod. P fol. 193 Vb
sic dependet a materia quod educatur de eius potentia non potens esse nec operari sine ipsa, in hoc tamen deficit ab eis quod non est tam perfectae entitatis et actualitatis secundum se quin sit naturaliter forma materiae ipsam essentialiter perficiens ut unum per se non per accidens cum illa faciens et unum compositum ens perfectum cum ipsa constituens, et ideo naturali aptitudine et inclinatione semper tendens ut actu corpus perficiat. Ex quo sequitur quod, cum operatio non sic perfecta possit esse cum procedit ab aliquo secundum quod est [12] ens secundum se aliquo modo imperfectum, natum quidem cum alio facere perfectum ens, sicut esset si procederet ab ente perfecto ; anima autem separata, cum sit pars naturaliter compositi, pars autem sine toto non habet omnem modum suae perfectionis quem in toto nata est habere; quod autem non habet modum perfectum suae naturae et sic est imperfectum, ut dictum est, non potest omnino perfecte operationem [13] sibi convenientem exercere ; et ideo nulla operatio animae potest sic esse perfecta cum est separata, sicut cum est coniuncta, nisi per accidens

[1] subiecti — perfecte] *om.* 1*a m.* C.— [2] merito 1*a m.* C.— [3] habitudo P ; *om.* C.—[4] *om.* C. — [5] et C. — [6] aperte P. — [7] *om.* C. — [8] essentialiter V. — [9] cooperationes C.—[10] *om.* 1*a m.* C. — [11] sed — imperfectionem] *om.* C, *suppl. in marg.* 2*a m.* C. — [12] *om.* C. — [13] actionem P.

Digitized by Google

propter corpus corporale et animale non plene [1] animae subiectum impediatur. Et sic esset dicendum quod anima separata non potest habere gloriam beatitudinis ita perfecte sicut coniuncta corpori convenienter disposito. Et hoc est quod dicit Augustinus (1), duodecimo super Genesim ad litteram, capitulo septuagesimo : nemini dubitandum est et raptam hominis mentem a carnis sensibus et post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse incommutabilem substantiam ut sancti [2] angeli vident ; sive alia latentiori causa, sive ideo quia inest ei quidam naturalis appetitus corpus administrandi ; quo appetitu retardatur quodam modo ne tota intentione pergat in illud summum caelum. Et subdit (2), capitulo septuagesimo primo : proinde cum corpus non iam animale, sed per futuram coniunctio | nem spirituale, recepit ut sit ei gloriae quod sarcinae fuit angelis adaequata perfectum habebit | naturae suae modum, id est non poterit eis adaequari quousque perfectum modum suae naturae habeat in composito quod est ens [3] perfectum secundum se et non ut alteri aliquid [4] innitens in subsistendo, sicut angelus est ens simplex per se tamen perfecte subsistens. Quamvis ergo per se et primo corpus non sit instrumentum animae ad huius operationes eliciendas et huius [5] gloriam beatitudinis perfecte habendam [6], quia tamen materia est propter [7] formam, quia etiam ipsa entitas materiae facit etiam ad entitatem formae et in hoc propter ipsam [8] esse dicitur ; quia cum talis forma non sit ens cui secundum se et in se sic competit esse quod simul cum alio non habeat constituere ens perfectius quod tamen actualitatem habeat ab ipsa forma, licet differentia sit inter huiusmodi [9] formas; quia quaedam sic dependent ab eo cum quo constituunt ens perfectum, scilicet cum materia, quod sine illa nullam entitatem habere possunt saltem nisi miraculose ; quaedam autem sic quod id [10] perfectionis quod important [11], naturaliter appetunt alteri [12] communicare [13], scilicet materiae, sicut materia naturaliter appetit perfeci illis, et sic etiam appetitus earum naturalis non terminatur nisi cum actu perficiunt materiam ; patet quod perfectio in actibus formae cuiusque, quae quocumque dictorum modorum a materia dependet, aliquo modo etiam dependet ex ipsa materia et ex materia sic redundat perfectio vel imperfectio in ipsam formam et in eius operationes, quod [14] scilicet non natae sunt convenire omnino perfecte tali formae nisi ut actu est perficiens materiam, unum perfectum ens cuius sunt perfectae operationes cum ipsa constituens. Si ergo loquamur de gloria quantum ad habitum gloriosum, videtur quod possit esse tanta in reparata

Cod. V fol. 157 Vb
Cod. P fol. 194 Ra

Cod. C fol. 92 Vb

[1] esse *add.* C. — [2] sicut V. — [3] est P. — [4] alteri aliquid] aliquid alteri PC. — [5] huiusmodi P. — [6] habendum C. — [7] per C. — [8] ipsum P. — [9] huius VC. — [10] illud C. — [11] importat V. — [12] *om.* 1a *m.* C. — [13] immutare C. — [14] *om.* V.

(1) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. XII, c. XXXV (PL., t. 34, col. 483). *Verbo ad verbum.* — (2) Idem, *ibidem* (*loc. cit.* col. 484) *Sententialiter.*

Digitized by Google

sicut in se ipsa coniuncta. Sed quantum ad usum et actum, non videtur secundum praedicta. Sicut si caritas viae est eadem secundum essentiam cum caritate patriae, potest caritas secundum habitum et essentiam esse maior vel perfectior in aliquo viatore quam in aliquo comprehensore, non tamen eius usus vel actus potest | esse perfectior, quamvis maior sit haec diversitas ex caritate sic [5] diversificata accepta quam [6] praesens circa habitum gloriosum. Et sic patet quid dicendum est ad primum articulum. Cod. P fol. 194 Rb

Restat videre quid dicendum sit de secundo et tertio articulo, quia eadem est difficultas. Et est dicendum quod actus gloriosus sive gloria vel beatitudo essentialis in una anima separata potest es e maior et perfectior quam sit in alia anima coniuncti vel etiam in aliquo angelo. Constat enim quod beatitudo, licet non procedat in infinitum, tamen tantam habet amplitudinem quod una natura intellectualis potest illam habere quasi [7] incomparabiliter maiorem quam alia. Ergo gloria quam habet anima separata aliqua potest esse maior quam sit in aliqua alia coniuncta. Et hoc quidem manifestum est loquendo de ipsa gloria beatitudinis secundum essentiam habitus. Sed ratione diversitatis in naturali modo existendi animae coniunctae [8] et separata*e* [9] videretur quod in coniuncta esset aliquo modo perfectior secundum usum et actum ; et [1] eadem ratione in angelo. Sed est didendum quod, licet ratione [2] subiecti sit diversitas, quae tacta [3] est, propter quod comparando semper animam eandem ad se ipsam secundum istos diversos status et accipiendo quemcumque gradum habitus beatitudinis, secundum illum perfectius [4] erit in actu secundum unum suum modum existendi quam secundum alium ; tamen respectu obiecti et actus ut a potentia tali habitu perfecta elicitur, secundum se non est diversitas, sed sunt actus eiusdem rationis eiusdem obiecti, scilicet ipsius Dei et eodem modo se habentis, scilicet nude et aperte se osten | dentis et nude [5] et aperte visi [6] et [7] proportionaliter dilecti, et secundum maiorem habitum gloriosum perfectior est quam secundum minorem. Et sic etiam ip a anima separata posset habere tantum habitum gloriae cum preasentia obiecti quod actus consequens esset perfectior simpliciter quam ille quem [8] habere posset coniuncta cum minus perfecto habitu, licet ille posset dici perfectior quantum ad id quod est ex parte subiecti quod haberet rationem entis magis per | fecti in natura, et in hoc magis [9] perfecto modo esset eliciens omnes operationes sibi convenientes. Sed ista perfectio actus esset quo sive secundum quid respectu alterius perfectionis procedentis ex natura praedicto modo habente suae naturae modum imperfectiorem secundum habitum perfectiorem et obiectum se perfectius manifestans;sicut[14] Cod. V fol. 158 Ra Cod. P fol. 194 Va

[1] quia PC. — [2] quod P. — [3] animam coniunctam. — [4] separatam. — [5] etiam *add.* PC. — [6] respectu PC. — [7] tanta V. — [8] *om.* C. — [9] unum C. — [10] nisi C. — [11] per 1a *m.* C. — [12] quam P. — [13] perfecti — magis] *om* 1a *m.* C. — [14] sic C.

Digitized by Google

enim actus intelligendi animae intellectivae separatae simpliciter est perfectior, licet perfectione alterius generis, quam actus videndi [1] animae aquilae ; actus aquilae tamen, in quantum procedit a natura perfecta, est secundum hoc perfectior et modo perfectiori elicitus; sed ista est perfectio quo respectu praecedentis ; et similiter etiam si virtus visiva aquilae posset esse separata, visus eius esset perfectior simpliciter quam visus vespertilionis vel alterius animalis perfectum modum naturae suae habentis ; ille tamen esset perfectior quo modo supradicto. Ita etiam intelligendum in proposito ; quia perfectio actus gloriosi attenditur principaliter secundum gradus habitus gloriae et manifestationem vel praesentationem obiecti in his quae nata sunt huiusmodi perfectionem participare, quamvis etiam attendatur ex parte subiecti secundum modum naturae suae convenientem, unde dicendum quod una anima separata potest habere maiorem gloriam secundum beatitudinem
Col. C fol. 93 Ra essentialem sive secundum id [2] | in quo principaliter consistit beatitudo, quam alia coniuncta, quae tamen habebit maiorem secundum id [3] in quo bene attenditur aliquid ad essentiam beatitudinis pertinens etiam essentialiter et non accidentaliter solum, sed non sicut primo et principaliter. Et sic est dicendum de beatitudine animae quod, etiam si corpus non haberet, posset habere perfectiorem gloriam simpliciter quocumque angelo, minimus [4] tamen angelus haberet perfectiorem aliquo modo, ut dictum est. Et sic procedunt argumenta secundum diversas vias praedictas.

[1] attendi C ; attendendi (?) *in margine corr. scriptor* C. — [2] illud C. — [3] illud C. — [4] minus C.

Digitized by Google

QUAESTIO IX

Utrum si offerantur duo parvuli ad baptismum et ambo sub uno nomine, puta Petri baptizarentur, sacerdos baptizans eos habens intentionem utrumque baptizandi dicat sic in singulari : [1]Petre, baptizo te, in nomine, et cetera, sint vere baptizati.

Deinde circa statum meritorium [1] quaerebantur quaedam pertinen | tia ad sacramenta [2] quibus acquiritur gratia et caritas sine quibus non est salus nec meritum ; et quaedam pertinentia ad generale principium merendi quod [3] est caritas ; et quaedam pertinentia ad diversos modos merendi ; et quaedam pertinentia ad dispositionem qua [4] transferetur quid de statu imperfectiori ad statum perfectiorem, scilicet de laicatu ad clericatum, videlicet de tonsura clericali. Cod. P fol. 194 Vb

Circa primum quaerebantur duo : unum pertinens ad sacramentum primum, scilicet ad baptismum quo gratia non habita acquiritur ; secundum pertinens ad sacramentum poenitentiae quo gratia perdita [5] recuperatur. Primum ergo erat utrum si offerantur duo parvuli ad baptismum et ambo sub uno nomine, puta Petri [et] baptizarentur, sacerdos baptizans eos habens intentionem utrumque baptizandi dicat sic in singulari : Petre, baptizo te in nomine et cetera, sint vere baptizati. Et arguitur quod sic, quia vitium grammaticale non vitiat effectum baptismi, utpote si pro uno casu casus alius ponatur [6] dicendo : baptizo te in nomine [7] papatris [8] et filius vel huiusmodi [9]; ergo cum hic [10] sit tale vitium, quia ponitur hic[11] numerus pro numero, videtur quod vere baptizetur [12].

Contra. Sicut non habet sacramentum effectum si desit materia et adsit forma, ita etiam non habet effectum si adsit materia et non conveniens forma. Sed hic[13] non est forma conveniens, quia debet esse expressiva eius [14] qui debet baptizari ; quod non contingit hic[15], quia[16] sunt duo et non designatur nisi unus verbo. Ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod supponendum est tanquam certum quod et[17] de substantia vel essentia sacramenti est forma verborum certa et determinata

[1] meritorum C. — [2] sacramentum PC. — [3] et C. — [4] quia C. — [5] praedicta P. — [6] ponitur C. — [7] *om.* C.— [8] patris C. — [9] huius V. — [10] hoc P. — [11] hoc P.— [12] baptizatur C. — [13] hoc PC. — [14] esse expressiva eius] expressiva eius esse P. — [15] hoc PC. — [16] qui P.— [17] *om.* P.

Digitized by Google

qua utitur Ecclesia ; nec licet eam mutare mutatione quae mutet significationem et repraesentationem eorum [1] quae per huiusmodi [2] formam per se intelliguntur ; quia illis data est virtus, quamvis posset circa voces fieri aliquis mutatio non tamen tanta quin maneat eadem significatio secundum
Cod. P fol. 195 Ra accomo | dationem usus, licet non secundum regularem formationem primae impositionis ; si tamen huiusmodi [3] mutatio fiat vel ex simplicitate vel ex aliqua devotione et non ex derisione vel despectu. Sicut autem in forma verborum baptismi sunt verba pertinentia et ad sanctificationem elementi [4], scilicet invocatio trinitatis, quae habetur ex institutione divina et est eadem apud omnes ; alia ad determinationem intentionis mysterii, scilicet expressio actus baptizandi, quae habetur ex usu et traditione Ecclesiae nec est una et eadem omnino apud omnes ; nam circa illud sunt duo, scilicet expressio ipsius actus et personae in quam [5] transit actus, et hoc est commune apud omnes ; item circa hoc est modus exprimendi et hic [6] est diversus apud Graecos et Latinos. Et sic constat quod in baptismo debent proferri verba per quae exprimatur actus ipse baptizandi ut egreditur a persona baptizantis dicendo, sicut dicunt latini : ego baptizo ; et persona in quam transit, dicendo : te ; vel alio modo, scilicet ipse actus impersonaliter [7], ut fit apud Graecos, dicendo : baptizetur [8] ; et sub nomine nominativi casus ipsa persona in [9] quam transit, dicendo : servus Christi, et cetera. Ergo ubi non ponuntur verba per quae exprimatur persona in quam recipitur huiusmodi actus, non servatur forma nec confertur baptismus. Ita autem videtur esse in proposito; nam cum sint plures personae, nisi casus necessitatis immineat, debent singulatim et distincte baptizari et secundum formam super ipsos perfecte geminatam. Si autem immineat necessitas baptizandi plures, simul debent personae in quas suscipitur actus baptizandi exprimi voce ad hoc apta ; hoc autem non potest esse vox singularis numeri, quia non significat vel repraesentat etiam secundum quamcumque accomodationem usus nisi unam personam ; vox[10] autem pluralis numeri hoc videtur significare et repraesentare, quia
Cod. C fol. 93 Rb Cod. P fol. 195 Rb plura | le non est nisi singu | lare geminatum; et ideo videtur quod possent plures simul baptizari sub hac forma : ego baptizo vos in nomine patris et cetera ; quia baptizo vos nihil aliud est quam baptizo te et te; et ideo per hoc non videretur fieri mutatio formae intellectualis sive quantum ad intellectum, sed solum quantum ad vocem sensibilem. Quid ergo fiet in hoc casu ? Dicendum est quod, si certum est sic esse, sunt rebaptizandi[11] si fieri possit. Si autem moriantur incontinenti, potest pie praesupponi quod hanc negligentiam sacerdotis, praecipue cui non poterat postea succurrere providen-

[1] earum 1a *m*. V. — [2] huius V. — [3] huius V. — [4] cleri P. — [5] quem CV. — [6] hoc P. — [7] personaliter C. — [8] baptizatur C. — [9] *om*. C. — [10] vos. — [11] reprobandi PC *et* 1a *m*. V.

Digitized by Google

tia [1] humana | , per Dei misericordiam suppleatur et in [2] cimiterio sepeliri poterunt ; prout etiam doctores pie dicunt quod in casu ubi omittitur aliquid pertinens ad invocationem trinitatis [3] quod est maxime de essentia formae, puta si nominata una persona in trinitate puer vel sacerdos moriatur, creditur quod invisibilis sacerdos suppleat hunc defectum. Et secundum hunc casum exponitur uno modo dictum Ambrosii (1) quod ponitur libro quarto Sententiarum (2), distinctione tertia [4] : si fide ministerium trinitatis corde teneatur, una tantum persona nominata fit verum sacramentum. Cod. V fol. 158 V.

Ad argumentum dicendum quod variatio quae non impedit effectum baptismi est quae fit solum secundum voces sensibiles, sic tamen quod ex eis saltem secundum accomodationem usus plene manet significatio et expressio eorum quae exprimi debent. Secus autem est hic.

[1] prudentia PC. — [2] *om.* C. — [3] maximae *add.* P. — [4] tertio C.

(1) Petrus Lombardus, *Libri IV sententiarum*, dist. III, C. IV. (ad Claras Aquas, t. II, p. 756.) — (2) Sanctus Ambrosius, *De Spiritu Sancto*, C. 3, n. 42 (PL., t. 16, col 715).

Digitized by Google

QUAESTIO X

Utrum confitens omnia peccata sua sine contritione et non potens pro tunc consequi effectum sacramenti poenitentiae postea cum conteritur teneatur iterum omnia confiteri vel sufficiat confiteri quod ficte et non contritus prius fuit confessus.

Post haec quaerebatur utrum confitens omnia peccata sua sine contritione et sic non potens pro tunc consequi effectum sacramenti poenitentiae, postea cum conteritur, teneatur iterum omnia confiteri vel sufficiat confiteri quod ficte et non contritus prius fuit confessus. Et arguitur quod non oporteat talem | iterum confiteri, quia qui confitendo facit illud [1]) propter quod [2] confessio praecipue ut est sacramentalis requiritur, hoc facto non tenetur iterum confiteri ; sed ita est in proposito, quia ad hoc fit confessio ut per eam innotescat sacerdoti conscientia confitentis ; sed hoc bene contingit fieri sine contritione ; ergo et cetera.

Cod. P fol. 195 Va

Contra. Opera satisfactoria sine contritione non prosunt quin oporteat illa reiterare adveniente contritione ; ergo similiter confessio facta sine contritione.

Respondeo. Dicendum secundum aliquos quod, prout confessio est pars sacramenti poenitentiae non autem proprie actus virtutis, cum sic ordinet confitentem ad sacerdotem qui habet claves Ecclesiae ut conscientiam confitentis per confessionem habeat [3] agnoscere [4] et hoc [5] potest fieri in non contrito de peccatis suis, immo etiam nec attrito vel peccata sua detestante ; potest enim talis [6] peccata sua sacerdoti nota facere et clavibus Ecclesiae se subicere ; et sic videtur quod confessio sic facta, et [7] ut est pars sacramenti et ut est in praeceptum, sufficiat nec oportet eam iterare. Et quamvis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione illum percipere incipiet sicut in aliis sacramentis. Nam cum sacramenta novae legis sint causa effectiva gratiae quam, quia secundum se et immediate propter ipsius gratiae excellentiam et dignitatem non possunt efficere, cum tamen [8] proprie non possunt [9] dici causa gratiae nisi vel illam secundum se vel aliquid dispo-

[1] id. P. — [2] *om.* 1a *m.* C. — [3] hanc PC. — [4] cognoseere C.— [5] *om.* C.— [6] talia P. — [7] *om.* C.—[8] cum tamen] tamen cum C—[9] efficere tamen cum proprie non possunt *add.*P.

Digitized by Google

sitivum ad ipsam efficiant, dicitur quod in quantum sunt[1] instrumenta divinae misericordiae agentis, virtute divinitus[2] indita efficiunt in anima aliquam dispositionem ad gratiam, quae est talis dispositio quod non existante impedimento ex parte suscipientis consequitur gratiam mediante illa et virtute illius. Si autem sit aliquod impedimentum alicuius fi | ctionis in suscipiente, recedente fictione illam consequitur. Et haec quidem dispositio in aliquibus sacramentis distinctis vel in aliquem statum eminentem constituentibus dicitur caracter. Sed in alliis[3] debet esse alia conformis dispositio qualitercumque nominetur. Et sic in proposito sic confessus recedente fictione absque nova absolutione de prius confessis et nova confessione effectum principalem sacramenti poenitentiae consequeretur. Sed dicitur quod fi | ctionem suam teneretur[4] confiteri[5].

Cod. P fol. 195 Vb

Cod. V fol. 158 Vb

Sed quicquid sit[6] de huiusmodi[7] modo ponendi sacramenta efficere aliquid in anima, constat quod secundum illos, qui ponunt quod nihil efficit absolutio sacramentalis nisi ipsam gratiam et non aliquam aliam dispositionem spiritualem saltem manentem in tali sic ficto, nihil remanet unde possit causari gratia magis quam ante confessionem, quia peccata remanent in anima sicut prius, cum non deleantur nisi per gratiam. Ergo cum absolutio sacramentalis in tali casu sic impediatur, non efficit aliquid, quia nec | ipsam gratiam nec etiam aliquid dispositivum ad ipsam. Et secundum hanc positionem[8] non potest dici quod postea eius virtute aliquid efficiatur.

Cod. C fol. 93 Va

Item circa hanc materiam communiter supponitur quod si[9] per sacramentum poenitentiae aliqua talis dispositio efficitur, illa non est mansiva sicut caracter in aliis sacramentis ; sed se habet per modum cuiusdam passionis et dispositionis transeuntis et non potens manere sine gratia. Quia, cum aliquis habuit[10] talem dispositionem, aut delebilis est per peccatum aut non ; si sit delebilis per peccatum, ergo non stat cum peccato nec est in homine volente sua peccata detestari ; si non sit delebilis, tunc habens ex una absolutione talem dispositionem, quantumcumque postea peccaret, non oporteret ipsum recipere absolutionem, quia in ipso esset illud quod natum est effici ab illa et in virtute cuius est gratia quam nata est efficere sacra- | mentum. Qua ratione enim staret cum prioribus peccatis, posset stare cum posterioribus. Nisi forte dicatur quod illa dispositio augeatur per secundam absolutionem, ut sic aucta[11] possit per eam effici subsequens gratia. Hoc autem non videtur, quia potest efficere ad gratiam pro praeteritis forte pluribus et maioribus, et ideo etiam pro aliis post modum commissis videtur posse sufficere. Et ideo videtur quod confitens nunquam consequitur aliquid vi

Cod. P fol. 196 Ra

[1] in quantum sunt] *om.* C. — [2] dei intus C. — [3] etiam *add.* PC. — [4] tenetur C. — [5] tenetur confiteri] confiteri teneretur P. — [6] sic. — [7] huius PC. — [8] potentiam P. — [9] sic C. — [10] habuerit P. — [11] activata C *et* V.

Digitized by Google

absolutionis, nisi in ipsa hora qua suscipit illam absolutionem. Et ideo quicumque sic confitetur, sicut positum est, debet supponere quod nullum fructum absolutionis in illa hora consequitur et ideo illam confessionem debet reputare pro nihilo et non pro confessione, in quantum scilicet est pars sacramenti poenitentiae et in ordine ad absolutionem humiliter suscipiendam [1]; sicut si baptizatus per basptismum sibi collatum nihil omnino consequeretur, illum baptismum pro non baptismo omnino reputare deberet et iterum baptizari. Quod autem nihil consequitur et ideo etiam pro nihilo hoc debeat reputari hoc patet, quia ad sacramentum poenitentiae ex parte poenitentis sunt tria necessaria ; scilicet : contritio, confessio, satisfactio ; et se habent per ordinem, sic scilicet quod si non praecedat contritio vel dispositio ad eam, quae attritio dicitur, claves in absolutione nihil penitus efficiunt. Huic [2] autem contritioni debet adesse confessio in voto vel proposito faciendi eam tempore opportuno et etiam ipsa satisfactio. Si ergo fiat confessio nulla contritione vel attritione praecedente, est simplex narratio [3] peccatorum et non est aliquid quod ad sacramentum poenitentiae pertineat, quia istae partes, ut dictum est, sunt simul vel in actu vel in proposito ; et ideo cum advenit contritio vel attritio in actu, debet etiam advenire confessio in proposito, de faciendo scilicet ipsam tempore opportuno.

Praeterea quaero quid per huiusmodi fictionem intelligitur. Aut enim [4] intelligitur quod ipse confitens fingit et dicit | se detestari peccata sua et illa velle relinquere, cuius tamen contrarium est in ipso ; et tunc novum peccatum committit de quo non confitetur ; et sic cum [5] confessio debet esse integra, talis confessio iam non est confessio proprie. Aut intelligitur per fictionem negatio dispositionis ad effectum absolutionis, scilicet non habere attritionem et disciplicentiam de peccato et voluntatem cessandi a peccato, ut non sit aliud peccatum novum ; et tunc non videtur quod non debeat aliquam fictionem proprie loquendo confiteri, cum haec fictio [6] non videatur esse speciale peccatum. Sicut enim in baptismo convenit quod recedere fictionem impedientem secundum effectum baptismi nihil aliud est quam [7] supervenire fidem vel [8] conteri de peccatis, quae tempore baptismi inerant ; nec oportet pro illis iterum baptizari vel aliud sacramentum adhibere ; sic etiam patet quod, si verum sit quod tempore absolutionis in non contrito nec attrito modo supradicto aliquid efficiat absolutio ratione cuius non oportet confessa iterum confiteri, tunc nec etiam oportet huiusmodi fictionem confiteri ; aut si, prout fieri debet vere fiat confessio dictae fictionis,

Cod. P fol. 196 R[b]

[1] suscipiendum C. — [2] hic C. — [3] variatio 1_a *m*. C. ; *litteram* r *suprascr*. 2*a m*. C. — [4] non VP. — [5] tamen C. — [6] haec fictio] hoc fictum C. — [7] quod VP *et* 1^a *m*. C. — [8] vel *add*. PV.

Digitized by Google

fiet confitendo singula peccata confessa sic dicendo : ficte, id est non dolens confessus fui de peccatis meis talibus et talibus.

Sed circa hoc posset distingui ; quia si confiteretur eidem qui retinuit notitiam peccatorum, sufficit ea confiteri sub hoc generali : confiteor vobis quod de omnibus peccatis vobis confessis sine contritione vel displicentia confessus fui, sed nunc per Dei gratiam displicent et ideo peto absolutionem. Quamvis enim omnia peccata sint confitenda in ordine ad absolutionem, si tamen uno solo verbo possent sacerdoti innotescere perfecte ex parte ipsius confitentis [1], non oporteret ea verbis distinctis explicare. Quia ergo dicendo sacerdoti habenti | notitiam peccatorum confitentis ; confiteor omnia peccata mea vel dico quod nunc doleo de omnibus peccatis meis quae tali hora vobis dixi, cum ex hoc statim sufficienter | innotescit sacerdoti quae sunt illa, hoc sufficere videtur. Sed si confiteatur alteri, debet plenius [2] explicare ea.

Cod. C fol. 93 V[b]

Cod. P fol. 196 V

Cum ergo dicitur superius in corpore quaestionis, in principio et in uno argumentorum ante corpus quaestionis, quod confessio ut [3] pars sacramenti est narratio per quam aperitur conscientia confitentis confessori in ordine ad claves Ecclesiae quibus se subicit sic confitens, dicendum quod verum si haec intelligantur ; et specialiter hoc quod talis narratio dicitur debere fieri in ordine ad claves, virtute quarum causatur effectus absolutionis ; hoc autem non potest recte fieri nisi adsit actualis contritio vel attritio [4] vel etiam satisfactio in voto sive proposito, id est propositum satisfaciendi ; nec aliter subicit se clavibus Ecclesiae ut materia conveniens in hoc sacramento ad quemcumque eius effectum suscipiendum, quamvis sit talis narratio peccatorum pro tanto sacramentalis, quia illa tenetur celare sacerdos ratione sigilli huius [5] sacramenti sub quo illa intelligitur recipere [6] sacerdos, qualitercumque sit confitens dispositus ; quod etiam fieri debet etiam si nullam absolutionem de facto impenderet.

Item si obiciatur quod talis implet praeceptum quantum ad sacramentum poenitentiae, ergo facit illud quod est vere et simpliciter ad aliquid poenitentiae in hoc quod sic confitetur [7] ; dicendum quod ea quae sunt [8] sacramenti et poenitentiae, id quod sunt non habent ex praecepto et constitutione Ecclesiae, sed divina [autem] Ecclesia non praecipit nisi substantiam operum, et ideo solum cadit per se sub praecepto Ecclesiae quod quilibet semel in anno narret sive confiteatur peccata sua in secreto sacerdoti fideliter, id est integre ; sed quia hoc praecipit in ordine ad sacramentum eucharistiae etiam suscipiendum, ad quod requiritur confessio cum contritione, ideo etiam secundum intentionem praecipientis annexa debet esse contritio. Item quia

[1] *om.* 1[a] *m.* C. — [2] planius P. — [3] est. — [4] vel attritio] *om.* C. — [5] huiusmodi C. — [6] *om.* P. — [7] confiteretur C. — [8] quae sunt *add.* VPC.

Digitized by Google

videtur mentiri facto et fictionem facere, quae sit novum peccatum, in hoc quod sciens [1] se non esse dispositum ad gratiam ad quam datur absolutio, illam tamen recipit et irreverenter fingens [2] et mentiens facto se esse ideonum ad hoc, | propter hoc etiam videretur impediri primo effectus, etiam si sit aliquis talis esse natus ; quia licet fictio talis non impediat primum effectum baptismi, tamen impedit quemcumque effectum absolutionis sacramentalis, eo quod talis tunc est et manet in peccato de quo non confitetur. Confessio autem, quae non est integra, non est confessio ; et ideo nullum beneficium absolutionis consequitur qui [3] integre non confitetur, nec praeceptum Ecclesiae videtur implere. Qualitercumque tamen sit de hoc, certum est quod non facit quod sacramentum requirit, quia non confitetur cum contritione vel attritione. Item si arguitur quod sacramentum novae legis est signum et etiam causa eius cuius signum est ; sed dicitur signum rememorativum, item demonstrativum, item pronosticum ; dicitur autem signum demonstrativum quod demonstrat gratiam quam actu efficit, si non sit impedimentum ; ergo dicetur rememorativum respectu gratiae praecedentis quae est in illo qui perfecte contritus prius accidit [4] ; et erit signum pronosticum non nisi respectu gratiae sequentis quam, etsi in praesenti propter fictionem non efficit, postea tamen recedente fictione efficiet ; non valet ; quia quod sacramentum dicitur signum non refertur solum ad gratiam sanctificantem formaliter quam efficit, quia respectu illius dicitur semper signum et est illud quod principaliter significat. Nec obstat si aliquis statim sanctificationem non recipit, quia non est ex defectu sacramenti quod, quantum est de se, natum [5] est gratiam statim conferre ; sed dicitur etiam signum respectu causae principaliter sanctificantis et gratiam causantis ; ut matrimonium signum est coniunctionis filii Dei cum humana natura et sic est signum rememorativum ; significat etiam causam finalem et sic matrimonium est signum coniunctionis Christi et Ecclesiae, et sic dicitur pronosticum.

Cod. P fol. 196 Vb

[1] quod sciens] *om.* P *m.* C. — [2] fugiens C. — [3] de *add.* C. — [4] ascendit PC. — [5] natura P.

Digitized by Google

QUAESTIO XI

Utrum caritas habeat esse in fieri vel in facto esse.

Deinde circa principium generale merendi, quod est caritas, quaerebantur tria : unum pertinens ad esse ipsius caritatis, videlicet utrum caritas habeat esse in fieri vel in facto esse; secundum pertinens ad eius augmentationem [1], videlicet utrum | augmentata caritate augeatur capacitas voluntatis et ex hoc iterum habilior fit ad maiorem caritatem et ex hoc possit maior fieri et augeri ; tertium pertinens ad usum vel actum ipsius caritatis, videlicet utrum ad | hoc quod habens caritatem possit mediante illa elicere aliquem actum meritorium, requiratur nova motio et influentia Dei vel spiritus sancti animam moventis.

Cod. P fol. 197 Ra

Cod. C fol. 94 Ra

Ad primum arguitur quod caritas habeat esse in fieri semper et non in facto esse, quia secundum Augustinum (1), octavo super Genesim, capitulo decimo nono, caritas sive gratia videtur habere esse in anima sicut lumen in aere ; sed, ut ibidem dicit (2), lumen in aere videtur habere esse [2] semper in fieri ; ergo et cetera.

Contra. Id [3] quod dat esse verum spirituale habet esse in facto esse sicut illud quod dat esse naturale. Sed gratia et caritas, quae [4] idem sunt vel pro eodem accipiuntur, dant esse spirituale. Ergo non habent esse semper in fieri, sed in facto esse.

Respondeo. Dicendum quod entium quaedam sunt quae nata sunt esse terminum transmutationum, quod vere sunt transmutationes successivae secundum prius et posterius ; et hoc secundum se vel secundum propriam formam et materiam [5], puta qualitas de tertia specie qualitatis, sed non quaelibet, ut lumen [6] corporis luminosi quod acquiritur [7] per motum localem ; talia autem sunt quae [8] secundum se nata sunt esse in subiecto [9] secundum esse completum et incompletum. Quaedam autem habent esse secundum esse incompletum [10], sicut [11] sunt actus in potentia secundum quod huiusmodi ; et sic non habent esse nisi in fieri [12] et nunquam est natura eorum talis tota

[1] argumentationem VP. — [2] in anima *add.* VP. — [3] illud P. — [4] quae *add.* C. — [5] naturam C. — [6] lumine C. — [7] vel *add.* C. — [8] *om.* C. — [9] talia C. — [10] et incompletum — incompletum] *om.* C. — [11] sic C. — [12] id est non est ibi accipere *add.* C. *et del.* C.

(1) Respicitur Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. VIII, c. XII, 26-27. (PL., t. 34, col. 383). — (2) Idem, *ibid.* (loc. cit.). Sententialiter.

Digitized by Google

simul [1] cum priori et posteriori, et semper est aliud posterius ab eo quod fuit prius [2]. Prout autem haec habent esse termini transmutationum in actu, sic non habent esse in fieri, sed in facto esse. Et est natura eorum perfecta ens tota simul non secundum prius et posterius, ita quod in talibus secundum quod habent esse in fieri non est ibi accipere unum et idem secundum rem in duobus instantibus ; sed tamen sunt termini [3] in actu ; et sic albedo, prout est actus entis in potentia ad esse album, ita quod illud cuius est iam est aliquid sub actu albedinis, sed non sic quod stet in illa, sed est in continua transmutatione ad illam perfecta habendam et perfectius sic habet esse solum in fieri ; prout autem est in actu secundum illam sic quod stet vel quiescat nec actu tendat ad illam aliter habendam [4], sic est [5] terminus in actu et habet | esse in facto esse. Alia autem sunt quae nota sunt esse termini transmutationum etiam proprie dictarum secundum successionem ipsius et posterioris et hoc non secundum se et secundum propriam formam et naturam, sed secundum alteram ; prout dicitur quod illuminatio medii est terminus motus localis luminaris, ad rectam oppositionem [6] et distanciam vel huiusmodi. Et talia etiam aliquando habent esse in fieri, sed non secundum naturam propriam, ut dictum est, sed secundum aliud ; et aliquando in facto esse. Et etiam similiter de forma substantiali quae durante generatione, quae est mutatio successiva, cum fit cum vero motu secundum qualitates activas et passivas, dicitur quod habet esse in fieri ; et cum est terminata generatio habet esse in facto [7]. Et de talibus potest dici quod et habent esse in fieri et in facto esse, sed [8] distincte et divisim et non simul ; sed cum habent esse in fieri, non habent esse in facto esse, et e converso. Alia autem [9] sunt quae non sunt termini talium transmutationum, quarum esse vere et solum est in fieri, sed habent esse sine transmutatione proprie dicta per simplicem et subitam emanationem a sua causa, qualia sunt omnia [10] quae immediate sunt a Deo, cuius actio non est motio talis, sed est per simplicem communicationem formae et naturae quam efficit. Talia autem non habent esse in fieri proprie dicto etiam ante factum esse, sed simul fiunt tali factione et habent esse factum, sicut patet in omnibus quae habent esse a Deo per creationem ; nisi forte sint talia quorum esse non est nisi fieri quoddam, sicut si creato caelo mobili creatur in eo motus eius. Talia enim secundum esse tale non possunt dici habere esse in facto esse [11] proprie loquendo ; dicuntur tamen fieri mutatione praedicta simplici et indivisibili, id est habere esse ab alio nunc primo. Quia ergo gratia et caritas non sunt termini verae transmutationis successivae, sed a Deo causantur et infunduntur, dicta simplici et

Cod. P fol. 107 Rb

[1] sed *add.* C. — [2] primus C. — [3] tertium P. — [4] habendum C. — [5] erit C. — [6] opinionem P. — [7] esse *add.* C. — [8] et C. — [9] *om.* C — [10] communia P *et* 1ª *m.* C. — [11] in facto esse] *om.* C.

Digitized by Google

indivisibili mutatione simul fit fieri sibi convenienti et facta est, sive habet esse in facto esse et non habet esse in fieri proprie, sed ipsa [1] per huiusmodi mutationem constituta perfecte manet secundum unum et idem in priori et posteriori instanti per divinam conservationem, quae [2], quod creavit actione quae dicitur creatio, tenet in esse per actionem, quae dicitur conservatio, quae forte non differunt realiter. | Cum autem sit variatio caritatis vel gratiae iam existentis secundum augmentum, cum etiam hoc | fiat immediate a Deo agente cuius actio est simplex et indivisibilis, licet per liberum arbitrium fiat dispositio ad hoc successive, illud tamen quod sic fit de caritate non fit mutatione [3], quae proprie dicatur fieri quoddam, secundum quam augmentum caritatis vel ipsa caritas cum augetur, et sic maior debeat dici fieri vel habere esse in fieri proprie loquendo ; sed sicut simplici et indivisibili mutatione est facta [4] prima gratia minor, ita etiam fit et secunda maior.

Cod. P fol. 197 Va
Cod. C fol. 94 Rb

Ex [5] praedictis patet quod illud quod habet esse in fieri, quamdiu sic habet esse, non est accipere vel significare [6] aliquid unum secundum rem, sed semper aliud et aliud realiter in pluribus instantibus, ut manifeste patet in motu locali, quia [7] mobile toto tempore habet semper esse in alio et alio nisi secundum rem licet non in actu ; iam enim non esset motus. Et ita etiam est intelligendum in alteratione, cum minus album fit magis album ; quoniam cum talis mutatio sit vere motus et secundum illam albedo habet esse vere in fieri, oportet ponere quod semper est ibi aliud et aliud realiter secundum albedinem, ut alias est determinatum. Similiter [8] etiam videtur dicendum de de caritate quod, licet nec habeat esse nec augeri nisi a solo Deo et quia quantum ad exitum eius in esse non potest habere esse in fieri, quia non fit mutatione successiva, tamen videtur quod quantum ad suum augmentum possit habere esse in fieri [9] motione successiva cum hoc sit de [10] ratione mutationis in alteratione secundum magis et minus quod illud quod sic transmutatur secundum alterationem in diversis instantibus habeat esse sub qualitate secundum quam sit transmutatio, non secundum unum gradum, sed secundum alium in alium ; et secundum hoc, sicut cum de minus albo fit [11] magis album, ibi est aliud et aliud secundum albedinem, ita videtur esse cum fit [12] talis variatio secundum caritatem et secundum quamcumque aliam qualitatem.

Cum arguitur quod sic habet esse gratia vel caritas in anima sicut lumen in aere, sed ut dicit Augustinus (1), octavo supra Genesim, capitulo decimo

[1] *om.* C. — [2] qui. — [3] immutatione PC. — [4] est facta] facta est C. — [5] et C. — [6] assignare P. — [7] quod C. — [8] simul C. — [9] *om.* C. — [10] fieri C. — [11] sit P. — [12] sit C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. VIII, c. XII, 26. (PL., t. 34, col. 383.) De verbo ad verbum.

Digitized by Google

nono, quod aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit ; quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus maneret ; sic homo Deo sibi praesente illuminatur, abscondente autem continuo tenebratur ; dicendum quod respectu agentium particularium, factio rerum, quae in quodam fieri consistit, sic immediate | dependet ab ipsa causa quod absente causa nullo modo esse potest secundum illam suam entitatem ; non sic autem est de illis cum sunt iam in facto esse et[1] completo; ita etiam est quantum ad aliqua habentia esse in facto esse, sicut patet de lumine in medio ; sunt autem entia permanentia, quae habent esse secundum se ipsa, etiam causa propinqua et particulari absenti ; et ideo quia esse talium ut sic habent esse in facto esse non amplius requirunt[2] propter esse suum tale causam agentem propinquam, dicuntur habere esse simpliciter sive causa sua ; et sic proprie dicuntur esse facta quasi in praeterito, quia causa eorum praedicta non requiritur praesentialiter adesse ipsorum quod nunc habent. Et quia esse luminis in medio taliter se habet ut etiam ad esse suum in facto esse praesentiam luminosi continue requirit, sicut a principio cum habuit primo tale esse, ideo potest dici sic in esse illuminatio habere[3] factum esse quasi in praeterito, sed quasi in fieri sive esse factum in praesenti ut ab initio ; quia sicut ab initio erat sibi tale esse a luminoso corpore, ita etiam pro toto tempore in quo est lucidus. Sic autem se habet non solum gratia, sed etiam omnis creatura respectu Dei, et praecipue illae quarum entitas solum dependet a Deo et quantum ad exitum in esse et quantum ad conservationem in esse[4] ; et ideo esse eorum in comparatione ad Deum potest dici in fieri et non in facto esse secundum modum praedictum.

Cod P fol. 197 Vb

[1] *om.* C. — [2] requiritur P ; requirit C. [3] habere *add.* C *et* PV. — [4] et quantum — esse] *om.* P.

Digitized by Google

QUAESTIO XII

Utrum augmentata caritate augeatur capacitas voluntatis.

Deinde ad secundum praedictorum arguebatur quod crescente vel augmentata caritate augeatur capacitas voluntatis, quia quandocumque aliqua qualitas, quae est dispositio ad susceptionem alicuius, augeatur, susceptibilitas et illius subiecti, quae est idem quod capacitas, augetur ; sed caritas est qualitas quae est dispositio ut in habente illam perfectior suscipiatur, quia per actum caritatis meretur quis augmentum caritatis ; ergo cum perfectior caritas [1] possit in actum perfectiorem, augmentata caritate augmentatur etiam receptibilitas vel capacitas voluntatis.

Contra. Si cresceret capacitas voluntatis, aut hoc intelligeretur quia ipsa essentialiter augeretur aut quia sibi aliquid adderetur. Non primo modo [2] quia secundum essentiam suam est invariabilis ; nec secundo modo, quia ex duobus entibus in actu non fit tertium.

Respondeo. Dicendum quod de capacitate voluntatis respectu caritatis possumus loqui dupliciter : uno modo considerando ipsam secundum se et absolute ut est | natura receptibilis talis formae simpliciter secundum quamcumque eius gradum ab agente convenienti ; et cum haec capacitas nihil aliud sit quam ipsa essentia vel natura voluntatis | qua [3] huiusmodi capacitas nec augetur nec minuitur, sicut nec ipsa natura voluntatis. Alio modo possumus loqui de capacitate voluntatis respectu caritatis considerando ipsam ut ipsa nata est reduci de sua potentialitate ad actualitatem secundum formam caritatis, et hoc secundum modum et cursum communem secundum quam natum est hoc fieri in ipsa.

Cod. P fol. 198 R[a]

Cod. C fol. 94 V[a]

Sicut etiam de capacitate materiae possumus [4] loqui dupliciter : uno modo considerando ipsam secundum se simpliciter et absolute ut est quaedam natura potentialis nullam actualitatem habens, sed receptibilis actualitatis [5] secundum quamcumque formam materialem a quocumque agente, et haec potentia materiae non videtur esse aliud quam ipsa substantia materiae, et ideo non augetur nec minuitur nec etiam variatur, ut scilicet magis vel minus dicatur capax unius formae quam alterius vel capax huiusmodi determinatae vel illius. Alio modo secundum quod haec sua potentialitas via

[1] caritatis PC. — [2] *om.* C. — [3] qua *add.* P. V. — [4] possimus C. — [5] actualitas C.

Digitized by Google

naturae [1] est reducibilis in actum secundum formas determinatas et sic non est pura potentia nec ipsa nuda essentia materiae, sed includit aliquam dispositionem secundum aliquam formam secundum quam determinata est ad aliquam formam determinatam, quia non quidlibet [2] fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato ; et sic diversificatur potentia sive capacitas ipsius materiae, quia in materia dicitur esse capacitas ad unam formam et non aliam, prout dicitur vinum [3] in potentia acetum [4], non e converso ; et hoc modo forma vini fecit capacitatem vel potentiam in materia ad esse acetum, quia sine [5] illa nunquam naturaliter posset fieri acetum ; sed forma aceti non facit ad hoc quod materia sit capax vini, quia id [6] quod non est acetum bene fit vinum ; sed oportet alias formas induci in materia aceti antequam sit capax vini. Proprie loquendo et potentia et secundum quod forma videtur potius materia, magis ducitur ad hoc quod oportet ipsam transire per pauciores formas ; ad hoc quia [7] in ea forma aliqua introducatur, dicetur eius capacitas respectu talis formae acta, id est magis disposita esse [8] ad capiendum eam. Et dispositiones sic materiam habilitantes aliquo modo dicuntur habere rationem eius quod dicitur ratio seminalis. Et haec intelligenda sunt respectu agentium naturalium, quia respectu Dei [9] materia est aeque in potentia vel aeque capax respectu cuiuscumque formae materialis per suam primam potentiam, quae potest dici potentia obedientiae. Sicut ergo materia existente sub una forma secundum quam est in potentia ut habeat esse sub alia, potest [10] illa capacitas augeri | secundum quod magis ac magis disponitur ut prima spolietur et alia informetur. Unde cum ex aqua debeat fieri ignis, quanto magis calefit et rarefit, tanto capacior est respectu formae ignis. Ipsa etiam, cum iam actu est calida secundum aliquem gradum, magis est capax caliditatis secundum alium perfectiorem, et sic de aliis. Quia enim per talia removentur dispositiones contrariae impedientes introductionem formae posterioris [11] et etiam per illa introducuntur dispositiones convenientes formae introducendae, quia etiam habens aliquid de dispositione aliqua minus habet de dispositione contraria, et sic etiam agente praesente magis capax est eiusdem perfectionis secundum gradum perfectiorem ; et ideo per talia dicitur capacitas subiecti sic variari vel minui vel augeri. Ita in proposito ; licet voluntas simpliciter et absolute considerata sit capax cuiuscumque caritatis si Deus velit eam infundere, prout supponitur quod absque alia dispositione praecedente animae Christi infusa est caritas maxima, et illa capacitas non [12] augetur per augmentum caritatis, cum secundum quod

Cod. P fol. 198 R[b]

[1] naturaliter C. — [2] quilibet PV. — [3] unum PVC ; vivum *corr. alia m.* C. — [4] acceptum PVC. — [5] sive PV. — [6] illud C. — [7] quod C. — [8] disposita esse] esse disposita C. — [9] respectu Dei] dicitur PV. — [10] potentia PV. [11] posteriori PV. — [12] enim PV.

Digitized by Google

communiter[1] fieri vel etiam augeri habet gratia vel caritas praecipue in adultis, sic est diversitas in ipsa capacitate voluntatis, eo quod non habentium caritatem unus magis conatur ad habendum illam et ad hoc magis disponit se, sicut est sibi possibile faciendo quod in se est ex naturalibus, quam alius ; et unus et idem homo se sic magis disponit in uno tempore quam in alio ; in habentibus vel caritatem, existens sub caritate secundum aliquem gradum natus est fieri sub caritate secundum maiorem gradum ad quem non esset in potentia sine[2] illa supposita actione liberi arbitrii, quod sua actione per[3] talem caritatem meretur ut caritas habita secundum aliquem gradum secundum alium perfectiorem augeatur. Unde quia secundum cursum communem modus augendi caritatem quidem est ut[4] per[5] opera nostra mereamur ipsam augeri, sine caritate autem nihil proprie meremur[6], ideo sine illa solum habemus potentiam[7] obedientiae respectu caritatis ; nisi quod aliqualiter disponimur et meremur quasi de congruo adiuti quadam motione divina collationem primae gratiae. Habentes autem gratiam sumus in potentia ut | illa bene utentes et per illam[8] bene operantes mereamur | a Deo recipere perfectiorem. Illa autem[9] perfectiore habita adhuc sumus magis dispositi ut bene, immo melius operemur. Et hoc est augmentum gratiae. Meremur, et sic semper per quodlibet augmentum caritatis augetur huiusmodi capacitas voluntatis, quia efficitur voluntas disposita quod in ea caritas maior fiat. Et[10] verum est quod secundum quod nata est procedere[11] forma caritatis secundum gradus perfectiores, sic etiam nata est crescere talis capacitas voluntatis ; et sic caritas potest in infinitum augeri.

Cod. C fol. 94 Vb
Cod. P fol. 198 Va

Cum arguitur quod non, dicendum quod huiusmodi augmentum non fit per hoc quod ipsa capacitas essentialis voluntatis mutetur, quia per hoc intelligeretur quod ipsa voluntas essentialiter mutaretur, sed per hoc quod ipsa caritas vel qualitas, quae est dispositio secundum quam voluntas est magis vel minus capax, variatur. Hoc autem non fit per additionem, sed alio modo de quo alias (1) est habitum. Et ideo non procedit argumentum.

[1] convenit PV. — [2] sive. — [3] *om.* C.— [4] cursum *add.* P. — [5] *om.* VC. — [6] merentur PC. — [7] potentiam *add.* PV. — [8] per illam bene] bene per illam C. — [9] a PV. — [10] *om.* C. — [11] praecedere P.

(1) *Quodlibetum* II, q. 10 (pp. 143 et ssq.) .

Digitized by Google

QUAESTIO XIII

Utrum ad hoc quod habens caritatem possit mediante illa elicere aliquem actum meritorium requiritur nova motio et influentia Dei vel spiritus sancti animam moventis.

Postea ad tertium arguebatur quod voluntas informata caritate non possit exire in actum sine speciali influentia et motione spiritus sancti, quia sicut se habet voluntas informata caritate ad actum meritorium eliciendum, ita manus pueri tenentis pennam ad recte scribendum ; sed puer habens pennam in manu non potest per eam recte scribere nisi moveatur doctoris manu ipsam dirigentis ; ergo similiter est in proposito.

Contra. Non videtur minus esse potens voluntas informata caritate ad eliciendum actus meritorios quam quaecumque potentia informata habitu cuiusmodi virtutis ad eliciendum actus virtuosos. Sed potentia informata virtute temperantiae potest elicere actus suae virtuti proportionatos absque tali influentia speciali. Ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod de habente gratiam et caritatem respectu operum meritoriorum ab ipso eliciendorum dupliciter formari potest quaestio : uno modo scilicet an aliquod opus meritorium simpliciter et absolute possit elicere sine speciali influxu divinae motionis ; alio modo an absque huiusmodi influentia possit elicere opus meritorium sic perfecte firmiter et perseveranter [1] quod ad hoc non impediatur nec deviet neque cadat.

Cod. P fol. 198 Vb

Primo modo dicendum quod, sicut re constituta in | esse suae naturae et in [2] his quae ad operationem eius requiruntur [3] habitis supposita generali influentia divina qua haec in esse constituuntur, conservantur [4] et ad suas operationes diriguntur et applicantur, potest res quaelibet suam propriam et naturalem operationem exercere absque alio speciali influxu, ita etiam anima in esse supernaturali per gratiam constituta ipsa existente perfecta et informata his quae ad spiritualem operationem requiruntur, puta virtutibus gratuitis, et habita opportunitate operandi per praedictum influxum generalem quo Deus ista in esse constituit [5], conservat et ad operationes sibi convenienter dirigit et applicat, potest operationem meritoriam elicere ; immo omnis operatio, quam ut sic se habens elicit, est meritoria, secundum [6]

[1] etiam *add.* C. [2] *om.* C. — [3] requirimur C. — [4] conservantur] et conservantur C. — [5] constituti P ; constituta C. — [6] sed P.

Digitized by Google

illud Genesis (1), quarto : respexit Dominus ad Abel et ad munera eius; per quod insinuatur quod primo aliquis in esse gratuito constituitur quam [1] gratuitam operationem operetur et quod, ex eo quod in esse gratuito constituitur, possit in operationem gratuitam. Et hoc videtur, quia anima sine praedictis potest in aliquam bonam operationem, licet non meritoriam, quia non est gratia et caritate huiusmodi operatio informata. Ergo, cum habita gratia possit in aliquam bonam operationem, illa erit meritoria. Posito enim speciali influxu, cum debeat esse alius a dicto generali, potest substrahi generali manente. Sed cum secundum Augustinum (2), undecimo de Civitate Dei [2], Deus res creatas sic administret ut eas proprios motus agere sinat, et non est res aliqua cui secundum formam suam non conveniat aliqua propria operatio [3], homo habens gratiam poterit secundum illam opus aliquod facere ; tale autem non potest esse nisi meritorium et Deo placitum, quia est a grato secundum quod gratum. Sicut ergo per solam gratiam non habens facultatem operandi, quia gratus et [4] acceptus Deo sine suo opere meritorio salvaretur, ita etiam habens facultatem operandi et operans secundum illam, per tale opus gratum et acceptum salutem meretur. Quia enim nullum opus secundum gratiam possit elicere, non potest poni, cum eadem opera, quae sine caritate facta [5] non sunt meritoria, si fierent ab habente gratiam, essent meritoria. Quod enim habens gratiam sine tali influxu speciali per gratiam et caritatem non possit perfectius et magis meritorie operari quam sine gratia existens, videtur inconveniens. Ergo opera quae facere prius [6] poterat | sine gratia et sine influxu speciali et sic non erant | meritoria, habita gratia, non minus poterit consimilia opera facere etiam sine alio influxu speciali. Sed constat quod erant meritoria. Et secundum hunc modum loquitur Apostolus (3), prima Corinthiorum, decimo quinto : gratia Dei sum id quod sum. Quasi diceret, gratia constituit me in esse supernaturali et spirituali. Et quia tam nobilis perfectio ordinatur ad convenientem operationem meritoriam, subdit quod liberum arbitrium per ipsam operatur virtuose, dicens (4) : et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboravi. Ne autem sine gratia Dei ipsa voluntas putetur aliquid posse, subdit ( ) : non ego autem solus ; glossa supra : sine gratia Dei operor [7] ; sed gratia Dei mecum ; glossa : id est, cum libero arbitrio plane ; cum data fuerit gratia, incipiunt merita [8] nostra esse bona.

Cod. P fol. 199 Ra
Cod. C fol. 95 Ra

Sed tamen quantum ad secundum modum est intelligendum quod propter

[1] possit *add.* C. — [2] dicitur *add.* PV. — [3] comparatio P. — [4] *om.* C. — [5] perfecta C. — [6] facere prius] prius facere C. — [7] oportet P. — [8] meritoria PC.

(1) *Genesis*, IV, 4. (2) Locum non inveni. — (3) I *Cor.*, XV, 10. — (4) *Ibidem*, XV, 10. — (5) *Ibidem*.

Digitized by Google

condicionem status humanae naturae et praecipue corruptae, in quo remanet corruptio et infectio ex fomite ex quo servit homo legi peccati, ut dicitur Romanorum (1), septimo [1] ; et propter varios tentationum impulsus ratione quorum homo quantumcumque habens gratiam est [2] in multiplici periculo constitutus, ne propter vehementiam tentationum contra gratiam agat per mob litatem liberi arbitrii, et si gratia cadat ideo quod homo ad hoc quod modo supradicto se habeat ad meritoria opera elicienda, scilicet sic ut perfecte, firmiter et perseveranter illa agat, indiget divino auxilio et speciali influxu vel motione,qua a Deo dirigatur et protegatur et a malo custodiatur. Unde habentes gratiam [3] habent dicere et petere illud : et ne nos inducas in tentationem ; et : fiat voluntas tua ; et alia quae in oratione dominica continentur ad hoc pertinentia. Per hoc enim non solum petimus gratiam habitualem vel eius augmentum, sed etiam aliquod speciale Dei auxilium et influxum specialis motionis ne a bono habito declinemus.

Cum ergo ab aliquibus arguitur quod etiam nullo modc vel nullum opus meritorium posset quis agere sine huiusmodi speciali influxu ; et hoc comparatione [4] Dei agentis ad alios effectus, quia aliter debet se habere in agendo effectus naturales et supernaturales ; ergo cum in effectu naturali | requiratur influentia generalis, et opera supernaturalia sunt incomparabiliter nobiliora et perfectiora, ultra influentiam praedictam generalem requiritur praedicta specialis influentia ; dicendum quod pro tanto verum est quod aliter se habet respectu praedictorum effectuum non sicut assumitur, sed sic quod effectus naturales efficit in creaturis per principia naturalia sive per formas et dispositiones naturales illas, scilicet ut supradictum est, in esse constituendo, conservando et ad suas operationes applicando ; et hoc pertinet ad dictam generalem influentiam [5]. Sed operationes supernaturales agit per alium modum, sic scilicet quod per formas vel dispositiones supernaturales illas etiam constituendo, conservando et ad operationem applicando, tales operationes agit ; et ultra [6] hoc non requiritur alius specialis influxus.

Cod. P fol. 199 Rb

Cum arguitur de penna et cetera, dicendum quod gratia non se habet ad habentem gratiam et respectu operationis meritoriae sicut penna in manu pueri respectu actus scribendi recte[7], ut scilicet quia opus scribendi recte non est [8] proportionatum puero. Quantumcumque habeat pennam in manu non recte scribet nisi ducatur et dirigatur manu scriptoris. Ita etiam opus meritorium sic sit inproportionatum homini quantumcumque habeat gratiam in mente et ideo illam non possit agere nisi Deus ipsam per praedictum

[1] un C. — [2] *om.* P. — [3] *om.* C. — [4] operatione C. — [5] fluentiam C. — [6] intra PVC. — [7] scribendo.

(1) Alluditur *ad Rom.* VII, 23, 25.

Digitized by Google

influxum dirigat. Penna enim est nostrum instrumentum inanimatum et separatum nullam perfectionem importans vel efficiens in scribente ; et ideo ad recte scribendum nihil facit pennam habere respectu non habentis artem. Sed gratia est formalis perfectio et dispositio animae ipsam perficiens in ordine ad opus meritorium ; et ideo ad recte operandum per se facit gratia in habente ipsam. Et ideo deberet fieri comparatio artis scribendi ad recte scribendum ad gratiam ad meritorie operandum ; et exterioria quae ad opera virtuosa materialiter vel instrumentaliter requiruntur respectu habentis gratiam possunt comparari [1] pennae respectu scriptoris ; sicut enim scriptor per artem est dispositus ut recte scribat, si adsint instrumenta, penna scilicet vel alia, ita etiam habens gratiam est | dispositus ut operetur meritorie si adsint instrumentaliter ad meritorie operandum deservientia. Sed secundum modum secundum supra positum de gratia respectu operis meritorii potest comparari [2] gratia in homine habente ipsam respectu voluntatis, quae est quasi instrumentum coniunctum per quod agit ad meritorie operandum, arti scriptoris habentis manum | aliquantulum debilem et tremulam ad recte scribendum. Sicut enim talis potest de levi deficere et lassar. in scribendo, et ideo licet cum magno conatu et diligentia possit aliquantulum recte scribere; ut cum non deficiat vel deviet, indiget aliquo adiuvante et dirigente, ita etiam potest in proposito adaptari.

Cod. P fol. 199 V^a

Cod. C fol. 95 R^b.

Auctoritates (1) ergo quae dicunt quod, qui [3] spiritu Dei aguntur [4] filii Dei sunt, agi autem est ab agente influentiam recipere ; ergo et cetera. Et iterum (2) : omnia opera nostra operatus es [5] in nobis, Domine ; et (3) : non est volentis velle nec [6] currentis currere, sed miserentis Dei. Et iterum (4) : quod Deus operatur in nobis velle et [7] perficere, pro bona voluntate non ostendunt nisi quod homo per se sine adiutorio gratiae divinae non potest aliquod opus metirorium facere. Unde Deus illa facit per gratiam per quam etiam dicitur habitare in nobis. Unde Gregorius (5) exponit illud Romanorum, (6) octavo : qui spiritu Dei agimur, id est impetu gratiae et cetera ; verum est tamen quod etiam cum hoc bene adest motio divina sive et [8] influxus specialis dicto modo.

[1] non est] *om.* C. — [2] respectu *add.* C. — [3] operari PV. — [4] in PV.— [5] agimur PC. — [6] est PV.— [7] ut P ; et V et 1^a m. C. — [8] *om.* C. — [9] sive C.

(1) Respicitur *Rom.*, VIII, 14. — (2) *Isaias*, XXVI, 12. — (3) *Ibid.*, IX, 16. — (4) *Phil.*, II, 13. —(5) *In Glossa ordinaria* (PL., t. 114, col. 496) : locum tamen non inveni apud Gregorium. — (6) Resp. *Rom.* VIII, 14.

Digitized by Google

QUAESTIO XIV

Utrum filius magis teneatur subvenire patri infideli indigenti quam extraneo fideli.

Deinde circa pertinentia ad speciales modos merendi sive virtuose agendi quaerebantur quaedam pertinentia ad omnes fideles generaliter, quaedam pertinen | tia ad statum confessorum specialiter. Circa pertinentia [1] ad statum fidelium communiter quaerebantur duo : unum pertinens ad sustentationem parentum auctoritate praecepti divini, et aliud pertinens ad retributionem beneficii ex receptione mutui. Primum istorum est utrum filius magis [2] teneatur subvenire patri infideli indigenti quam extraneo fideli. Secundum est utrum qui recipit mutuum ab aliquo usurario, si postea usurarius restituat id [3] quod per usuram extorsit, ille, qui mutuum recipit ex beneficio usurarii et ex commodo quod inde consequitur, teneatur mutuanti dare aliquid ultra sortem de eo quod sibi ab [4] illo restituitur vel quod possit illam totaliter retinere.

Cod. P fol. 190 Vb

Ad primum arguebatur quod filius fidelis magis tenetur subvenire patri infideli quam extraneo fideli, quia praeceptum de subveniendo proximo est de iure naturali et supernaturale vinculum fundatur. Ergo magis coniuncto naturaliter magis est subveniendum. Sed hoc [5] est pater carnalis quantumcumque infidelis. Ergo et cetera.

Contra. Gratia perfectior est quam natura ; ergo perfectius debemus inclinari in nobis coniunctos gratiae quam naturae. Sed fidelis coniungitur fideli unione gratiae et caritatis quod est [6] vinculum perfectionis, id est perfecte vinciens vel uniens. Non sic autem iungitur patri infideli. Ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod actus beneficentiae, qui est bonum facere alii, ex amicitia et dilectione procedit. Quia ergo pater est magis diligendus quam extraneus, ideo magis est ei subveniendum, scilicet in susten | tatione naturae. Hanc autem obligationem non solvit infidelitas simpliciter et absolute sumpta ut est [7] pure personalis et non redundans contra bonum commune, quod est melius et divinius quam bonum quod est pater. Sicut enim homo

Cod. P fol. 200 Ra

[1] pertinens C. — [2] magis *add.* VP. — [3] illud P. — [4] *om.* C. — [5] huiusmodi C. — [6] quod est] quae C. — [7] erit C.

Digitized by Google

infidelis vel peccator debet sibi magis subvenire quam alteri fideli vel iusto, quia est sibi magis coniunctus, id est magis unus vel unitus naturali unione et sic in ordine naturali rationis magis diligendus a se [1], quam scilicet rationem bonum gratiae et virtutis non destruit ; ita etiam quanto aliquis magis est coniunctus alteri, ei magis debet ceteris paribus subvenire. Cetera autem sunt paria quando non est in aliquo nisi id quod ad eius personam et naturam simplicem dicitur pertinere et ipse cui subvenitur ex hoc deterior non efficitur, quia propter bonum eius debet ei subveniri. Quia enim amicitia ad patrem et consanguineos fundatur super communicatione vel coniunctione naturalis originis, ideo in his quae pertinent ad natur m debemus magis coniunctis secundum naturalem originem et praecipue patri subvenire. Unde Augustinus (1), primo de Doctrina Christiana : cum omnibus prodesse non possis, potissimum consulendum est his qui tibi strictius coniunguntur [2]. Praeterea, sicut infra videbitur, sustentare parentes et extraneos non se habent aequaliter ad virtutem ut opera simplicis beneficientiae et ad solam virtutem beneficentiae et caritatis pertinentia. Sed sustentare parentes, hoc pertinet ad aliam virtutem, quae dicitur gratiarum actio vel gratitudo et quoddam debitum iustitiae includit. Unde filius propter beneficia maxima quae habet a patre secundum hanc | virtutem etiam tenetur maxima ei [3] retributione, et maxime cum indiget ; alium autem non tenetur sustentare nisi secundum rationem liberalitatis et beneficientiae vel misericordiae. Si quis [4] ergo ex sola [5] liberalitate et virtute beneficientiae ex dilectione procedentis ageret, posset dici quod aliquo modo magis deberet [6] | sustentare magis dignum quam alium. Si autem ex debito et iustitia ageret debet magis sustentare eum cui magis teneretur et ex iustitia esset obligatus. Unde si habeo rem alterius etiam infidelis et teneor ei reddere illam secundum iustitiam, et pater meus indigeat, et ille saltem citra extremam necessitatem in qua omnia sunt communia, magis teneor de illa sustentare extraneum infidelem, ei scilicet rem illam restituendo, quam patrem etiam fidelem. Ita etiam in proposito, magis teneor sustentare patrem, licet infidelem quam extraneum quemcumque, quia patri teneor ex [7] debito iustitiae, extraneo autem ex liberalitate vel alio modo praedicto. Et hoc est quod dicit quaedam glossa (1) super illud (2), capitulo : si qui filii, distinctione trigesima, quod illa auctoritas | Ambrosii (3) super illud cantici (4) : ordinavit in me caritatem, quod

Cod. P fol. 200 R[b]

Cod. C fol. 95 V[a]

Cod. P fol. 200 V[b]

[1] a se] *om.* C. — [2] coniungitur C. — [3] maxima ei] ei maxima C. — [4] aliquis C. — [5] *Ab hoc loco usque ad fol.*200 V[a] *et ultra, textum interpolavit* P, *deinde delevit.*—[6] debet C. [7] de C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Doctrina christiana*, l. I, c. XXVIII. (PL., t. 34, col. 30). *Fere litteraliter, paucis mutatis verbis.*— (1) *Decretum Gratiani una cum glossis Gregorii XIII*, c. I, Dist. XXX, si qui filii parentes. (Parisiis, 1612, col. 156). *Fere verbo ad verbum.* — (2) *Decretum*, c. I, D. XXX. (Friedberg, *Corpus juris canonici*, t. I, col. 107).— (3) Apud Ambrosium locumnon inveni. — (4) *Cant.* II, 4.

Digitized by Google

domestici boni sunt malis filiis praeponendi, intelligenda est de affectu, non de beneficiorum exhibitione ; nam magis debemus [1] diligere extraneos bonos quam malos propinquos, licet illis debemus minus subvenire. Sed cum probatio dilectionis est exhibitio operis, quando fit aliquid solum secundum virtutem dilectionis magis debet fieri ad magis dilectos ; et ideo intelligendum quod hic [2] concurrit alia virtus secundum quam est dicendum sicut prius, et secundum quam est haec glossa intelligenda. Unde sustentatio parentum non est debitum solum quia praeceptum, immo praeceptum quia debitum. Et quamvis in hoc includatur etiam subventio cuiuslibet proximi in casu necessitatis, in quo etiam iam non est purae liberalitatis actus, sed iustitiae, quia tunc communia sunt bona, et [4] indigenti non detur, sed redditur ; tamen semper subveniendum parentibus propter praedicta.

Et per hoc patet ad argumentum, quia ista subventio non procedit solum ex virtute beneficentiae aut caritatis, quae respicit bonum gratiae, sed ex alia quae respicit debitum iustitiae. Et ideo licet ex caritate aliquo modo magis diligendus sit extraneus fidelis quam pater infidelis, tamen propter maius [5] debitum magis [6] est subveniendum patri infideli quam fideli extraneo. Vel potest dici, cum arguitur quod gratia est perfectior quam natura et cetera, quod verum est, quia est perfectio etiam ipsius naturae ; et ideo habens gratiam per eam perfectius debet diligere quam non habens ; et similiter habens gratiam perfectius debet diligi quam ille idem non habens eam ; et generaliter habens gratiam magis est diligendus quam non habens eam in quantum huiusmodi, scilicet ceteris paribus. Sed gratia et natura sunt bona sic distincta et rationes diligibiles sic diversimode importantia quod, cum ab invicem separantur, potest in uno sine gratia plus diligibilitatis inveniri ex ratione naturalis coniunctionis, cui non debet gratia repugnare, quam in alio ubi sola gratia sine tali unione reperitur. Verum est tamen quod habentem
Cod. P fol. 201 R[a] gratiam magis debemus | diligere in ordine ad bonum ad quod per se [7] per gratiam ordinatur, scilicet [8] in ordine ad vitam aeternam cuius habens gratiam dignus [5] est, non alius. Sed secundum bonum ad quod ex naturali coniunctione ordinamur potest habens gratiam magis diligere magis coniunctum et cetera.

[1] *om.* C. — [2] hoc PV. — [3] etiam C.— [4] magis C. — [5] maius C. — [6] ut *add.* C. — [7] *om.* C. — [8] dignius P.

Digitized by Google

QUAESTIO XV

Utrum qui recipit mutuum ab aliquo usurario si postea usurarius restituat id quod per usuram extorsit ille qui mutuum recipit ex beneficio usurarii et ex commodo quod inde consequitur teneatur mutuanti dare aliquid ultra sortem de eo quod sibi ab illo restituitur vel quod possit illam totaliter rteinere.

Deinde ad secundum praedictorum arguebatur quod sic recipiens mutuum aliquid retribuere tenetur mutuanti, quia, qui ab aliquo recipit beneficium, de iure naturali obligatur benefacienti ad retributionem ; ita est [1] hic ; quare et cetera.

Contra. Qui non facit illud ad quod tenetur videtur peccare. Si ergo talis teneretur ad huiusmodi retributionem et non faceret, peccaret. Sed hoc non videtur ponendum, quia non facientes hoc non reprehenduntur a confessoribus nec ab eis monentur ut cum [2] eis fit huiusmodi restitutio, quod de restitutis aliquid usurario reddatur.

Respondeo. Dicendum quod, ex eo quod aliquis libere et gratis [3] aliquid dat alicui, non est ipse recipiens ex debito iustitiae specialis, quod [4] consistit in commutationibus et quae attenditur secundum debitum legale in aliquo obligatus. Sed cum praeter huiusmodi obligationem secundum debitum legale sit alia obligatio secundum debitum honestatis et fundatur super ordinem naturalem ex habitudine quam unus habet ad alium secundum quod aliquis habet ab alio bonum aliquod, quia omnes effectus naturaliter ad suam causam convertuntur, benefactor autem in quantum huius*modi* est causa beneficiati, ideo naturalis ordo requirit ut ille, qui suscipit beneficium [5], per virtutem gratitudinis et per gratiarum recompensationem convertatur ad benefactorem secundum modum utriusque ; et benefactori secundum quod huiusmodi | debetur honor et reverentia et debetur ei subventio vel sustentatio [6], maxime si indigeat, pro doni exterioris retributione. Unde dicit Philosophus (1), octavo Ethicorum, quod superexcellenti debet fieri honoris retributio, indigenti autem retributio lucri.

Cod. C fol. 95 Vb

[1] etiam C. — [2] tamen C. — [3] et gratis] *om.* C. — [4] quae C. — [5] benefactum PV. — [6] vel sustentatio *om.* C.

(1) Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, l. VIII, c. XVI, [alias XIV]. (Bekker, vol. II, p. 1163 b.).

Digitized by Google

Cod. P fol. 201 Rb

Unde manifestum est | quod obligati sumus ad praedicta erga parentes etiam debito iustitiae legalis, non quidem positivae, sed naturaliter inditae, virtute cuius pater indigens posset agere contra filium potentem si nollet ei subvenire, propter bonum quod ab eo recipit ; et etiam erga quoscumque benefactores non secundum debitum iustitiae legalis sed secundum debitum moris et honestatis.

Cum ergo aliquis mutuat alicui pecuniam gratis liberaliter et sine pacto, quia in hoc donat sibi omnem utilitatem quam ex ea consequi poterit ; et similiter cum aliquis accomodat alicui equum et huiusmodi, ex hoc recipiens non obligatur secundum rationem debiti legalis ad retribuendum aliquid ultra illud quod mutuatum vel accommodatum sibi fuerit. Et quia secundum huiusmodi debita nascuntur actiones coram iudicibus facientibus, quae secundum virtutem iustitiae legalis sunt debita, observari, ideo ex tali contractu non potest mutuans vel accomodans habere contra alium actionem aliquam nisi ad hoc ut tantum restituatur sibi quantum tradidit ; sed remanet debitum et obligatio secundum aliam virtutem moralem, quae gratia dicitur, per quam gratiam recipiens gratis ab alio tenetur etiam alii gratiam rependere sive gratis aliquid proportionaliter retribuere.

Sed haec retributio relinquitur in voluntate et libertate recipientis beneficium sic quod dans proprie non habet illud repetere secundum ordinem quo fit repetitio [1] legalis debiti. Tale ergo mutuum sic factum ad duplicem virtutem pertinere potest et duplicem retributionem requirere, scilicet ad iustitiam legalem, in quantum scilicet quod mutuo datur non simpliciter datur, sed retinetur obligatio secundum debitum legale ad tantumdem. In quantum autem ad [2] subveniendum ei qui recipit et propter eius bonum traditur et gratis sine pacto, de plus recipiendo ad virtutem pertinet, quae gratitudo vel gratia dicitur. Et quantum ad primum remanet de | bitum legale de restituendo tantum ; quantum ad secundum remanet debitum morale de retribuendo etiam cum hoc tempore et loco aliquid ultra, videlicet tantum utilitatis quantum est recipiens consecutus, quando scilicet tales sunt amici secundum amicitiam [utilis] sibi utilitatem ex rebus suis provenientem communicantes ad invicem. Sed in amicitia honesti debet in recompensatione haberi respectus magis ad electionem sive affectum dantis, quia hoc praecipue requiritur ad virtutem.

Cod. P fol. 201 Va

Si autem aliquis mutuat non sic [3] libere et gratis, sed ex pacto, sicut usurarii, quia in hoc non attendunt bonum eius qui recipit, sed bonum proprium, nec agunt hoc liberaliter et secundum virtutem beneficientiae, sed ex vitio cupiditatis et avaritiae, in hoc etiam non merentur retributionem

[1] receptio CV. ; repetitio *corr.* V. [2] *om.* C. — [3] sibi C.

Digitized by Google

nisi pure secundum debitum iustitiae legalis, scilicet ut tantum recipiant quantum tradunt. Unde sententia, Sexto (1), de beneficiis : multum interest utrum aliquis beneficium nobis det sua causa an sua et nostra ; ille qui totus ad se spectat et nobis prodest, quia aliter sibi prodesse non potest eo mihi loco habendus videtur quo[1] qui pabulum pecori suo praestat. Et infra[2] dicit; dignus est decipi qui de recipiendo[3] cogitavit dum daret. Et sic nullo debito nec iustitiae legalis nec debito moralis honestatis aliquid est usurario usuras restituenti secundum quod huiusmodi retribuendum ; sed potius ipse qui contra voluntatem eius a quo habuit pecuniam usurariam illam retinuit, si ipsum forte ex retentione huiusmodi damnificavit, ultra hoc[4] aliquid addere deberet. Secus autem est dicendum de illo qui libere et benefice mutuat.

Per hoc patet ad rationem, quia qui ab aliquo recipit beneficium vere et proprie loquendo, id est benefice et liberaliter, tenetur ad retributionem ; et non, quando recipit beneficium non benefice et illiberaliter, sicut recipitur ab usurario.

[1] quod V. — [2] et infra] id est ita PV. — [3] de recipiendo] decipiendo C. — [4] ad *add.* PV.

(1) Locum non inveni.

Digitized by Google

QUAESTIO XVI

Si aliquis confitens habeat aliquod peccatum mortale de quo tamen non facit conscientiam et ideo de omnibus aliis confitetur et non de illo, confessor autem sciat ipsum confitentem esse in tali peccato, si ipse confessor debeat ei de illo peccato facere conscientiam et dicere quod de illo poeniteat et confiteatur.

Cod. P fol. 201 Vb

| Deinde circa pertinentia ad confessores quaerebatur unum, scilicet si aliquis confitens habeat aliquod peccatum mortale, de quo tamen non facit conscientiam, et ideo de omnibus aliis confitetur et non de illo, confessor autem sciat ipsum confitentem esse in tali peccato, si ipse confessor debeat ei de illo peccato facere conscientiam [1] et dicere quod de illo poeniteat et confiteatur. Et arguitur quod sic, quia medicus spiritualis debet facere quae ad curationem aegroti pertinent ; sed hoc est quod morbum suum recognoscat [2] et remedium super illo postulet et recipiat ; ergo in proposito confessor debet facere quod talis suum peccatum agnoscat.

Contra. Confessor in quantum huiusmodi locum Dei tenet ita quod solum debet attendere ad illa quae in confessione sibi dicuntur vel revelantur et quantumcumque [3] alia sciat, de illis non habet intromittere se. Ergo peccatum quod sibi non revelatur non debet sic notificare. Quare ; et cetera.

Respondeo. Dicendum quod potest distingui de peccato, quia aut illud est tale quod certum et manifestum est communiter illud esse peccatum, nec de hoc sunt opiniones contrariae quae ab ecclesia tolerantur ; aut non est sic manifestum quia circa hoc sunt sapientum opiniones contrariae [4], puta forte de hoc quod est tenere plura beneficia vel habere redditus ad vitam vel huiusmodi.

Item potest distingui de confessore, quia unus est confessor ordinarius qui ex officio suo tenetur suis subditis sufficienter secundum iudicium ecclesiae dispositis beneficium absolutionis tempore et loco impendere, nec hoc potest denegare. Alius est voluntarius ex delegatione habens auctoritatem [5] sic quod non utitur ea nisi quando vult et circa quos vult ; et talis non habet beneficium absolutionis impendere nisi dispositis secundum proprium iudicium ipsius absolventis.

[1] ei *add.* C. — [2] recognoscit C. — [3] quomodocumque PV *et* 1 *m.* C. — [4] quae — contrariae] *om.* P. — [5] et *add.* C.

Digitized by Google

Tunc ad propositam quaestionem est dicendum quod, si sit peccatum praedicto modo solum, cum actus confitentis et confessoris ordinari debeant ad profectum spiritualem ipsius confitentis, debet ei de tali peccato facere conscientiam | non omnino certam et determinatam, ut scilicet reputet eum non absolvendum nec eum absolvere velit si illud non reputaverit peccatum nisi ille poenitens de illo poeniteat et confiteatur ; sed proponere debet ei quod bene studeat de hoc se ipsum per prudentes informare, quia talia circa hoc dicuntur. Maxime tamen hoc debet facere si ipse confessor sit illius opinionis quod hoc sit peccatum. Sed sive ille confitens hoc etiam recognoscat esse sive non, dum tamen hoc non procedat ex protervia, sed ex probabili ratione, debet eum confessor generaliter in forma ecclesiae absolvere, maxime si sit confessor qui ad absolvendum talem ex officio teneatur, quia scilicet est eius praelatus. Cod. P fol. 202 R[a]

Si enim solum [1] confessionem illius ex gratia audiret et esset ta is opinionis quod [2] firmiter teneret illud esse peccatum, videretur quod non deberet eum absolvere, quia absolvendo illum quem iudicaret non absolvendum et quem absolvere nullo modo tenetur, peccaret. Sic [3] etiam simplex sacerdos illi, quem scit esse in peccato occulte, debet sacramentum eucharistiae denegare, cum hoc sacerdoti curato non liceret. Vel saltem praedictus confessor videretur melius facere si eum non absolveret. Praelatus enim et iudex non possunt actum suum publicum sibi subiectis denegare sicut alius [4] potest, prout vult, denegare. Si autem sit peccatum primo [5] modo, dicendum est simpliciter quod confessor debet ei conscientiam de hoc facere.

Si autem confitens non vult obedire, debet eum pro inhabili reputare nec ei debet impendere beneficium absolutionis. Et hoc patet per simile, quia, sicut fidelis medicus morborum corporalium accedens ad aegrotum causa curationis, si ostendatur sibi ab aegroto morbus unus tantum et quod adsit alius latens quem non percipit ipse aegrotus et maxime talis quod sine eius curatione [6] non possit curari alius morbus, illum debet bonus medicus detegere | et illi etiam opem medicinae adhibere ; ita multo magis hoc debet in casu proposito facere medicus spiritualis, qui tanquam bonus Samaritanus vinum reprehensionis, illud [7] peccatum detegendo et super illo ipsum reprehendendo, debet infundere cum oleo consolationis superveniente, quam consequi debet per gratiam quam debet sibi per absolutionem impendere. Ad hoc enim est eligendus discretus confessor. Propter quod dicitur, de poenitentia [8] (1), distinctione sexta, in principio : qui vult confiteri peccata Cod. P fol. 202 R[b]

[1] solam C. — [2] et C. — [3] sicut C. — [4] *om.* 1[a] *m.* C.; aliis *in marg. corr.* 2[a] *m.* C.— [5] pravo P. — [6] aegrotus — curatione] egregatione C *cum* o *supra litteram* g. — [7] *om.* C. — [8] poenitentiae P.

(1) c. 1, D. VI, *de pan.* (Friedberg, *Corpus Iuris Canonici*. Pars prior, col. 1242).

Digitized by Google

ut inveniat gratiam, quaerat sacerdotem qui sciat ligare et solvere, ne cum negligens circa | se exstiterit a Deo negligatur et ne ambo in foveam cadant.

Cod. C fol. 96 Rb

Ad argumentum dicendum quod confessor est sicut Deus in hoc quod illa, quae confessor audit, quia non audit ut homo, debet ea omnino celare et occultare nec de illis debet se aliquo modo intromittere extra confessionem, sed in confessione. Sed cum ille est subditus ei ut actu confitens, non sic est ut Deus, quod Deo totum committere debet et se de nullo intromittere ; immo debet confitentem adiuvare ut meliori modo quo poterit confiteatur, interrogando scilicet de circumstanciis, et ea etiam notificando quae scire tenetur et quae sunt in confessione recognoscenda. Immo cum etiam extra confessionem ex caritate de tali peccato deberet eum corripere, magis debet eum super illo in confessione admonere.

Digitized by Google

QUAESTIO XVII

Si aliquis praelatus regularis habens privilegium quod ingredientibus ordinem et monasterium suum sive noviciis possit dare tonsuram clericalem et aliquis a tali praelato tonsuratus intra annum probationis exeat utrum talis sit ab episcopo suo iterum tonsurandus vel per illum sit sufficienter translatus ad statum clericalem et habilis ad susceptionem ordinum.

Deinde circa pertinentia ad dispositionem qua transfertur quis de statu inferioris et minoris meriti ad statum superiorem et maioris meriti, scilicet de tonsura, quae est dispositio transferens a statu laicali ad statum clericalem, quaerebatur unum, scilicet : si aliquis [1] praelatus regularis habens privilegium quod ingredientibus ordinem et monasterium suum sive | noviciis possit dare tonsuram clericalem, et aliquis a tali praelato tonsuratus intra [2] annum probationis exeat, utrum talis sit ab episcopo suo iterum tonsurandus vel per illum sit [3] sufficienter translatus ad statum clericalem et habilis ad susceptionem ordinum. Et arguitur quod non debeat iterum tonsurari quia illud quod factum est in materia convenienti et ab habente virtutem sufficientem agendi non debet reiterari. Sed ita est in proposito, quia [4] talis praelatus, ut positum est, habet potestatem et auctoritatem dandi tonsuram clericalem ; talis etiam[5], cum sit[6] eius novicius, est materia susceptibilis. Quare; et cetera.

Cod. P fol 202 Va

Contra. Aliquis sic tonsuratus, est iterum [7] a quodam episcopo tonsura*n*-*d*us [8] ; ergo et cetera.

Respondeo. Dicendum quod sicut dicitur, distinctione sexagesima octava (1), quod semel consecratum est non debet eadem consecratione iterum consecrari, ipso scilicet in sui natura permanente et forma propria, puta etiam de inanimitatis [9], ut calix et huiusmodi. Talis autem de quo quaeritur, vere consecratus fuit consecratione tali, quae in huiusmodi fieri consuevit, et ad statum clericalem per hoc translatus ; quare manifestum est quod non debet iterum consecrari, sicut etiam[10], ut dicitur ubi supra (2) : baptizatus[11]

[1] quis C. — [2] infra C. — [3] sic C. — [4] quod C. — [5] est PV. — [6] sic PV. — [7] *om.* PV. [8] – tonsuratus. — [9] animatis C. — [10] ut etiam *add.* C. — [11] baptizans PV.

(1) *Decretum Gratiani*, c. I. D. LXVIII. Friedberg, *Corpus Iuris Can.* Pars prior, col. 254), (2) Loc. cit (*idiem*).

Digitized by Google

non debet iterum baptizari. Quod enim vere et perfecte sit consecratus consecratione quae ad talia requiritur, hoc patet, quia [1] si non exiret, non amplius consecraretur vel tonsuraretur ; et cum tonsurabatur, simpliciter et absolute et non sub condicione tonsurabatur, quia nec hoc licet. Unde dicendum est quod si exeat aliquis talis ordinem et ad statum secularem redeat, propter hoc etiam non est tonsurandus iam tonsuratus ab abbate. Sicut enim si talis praelatus posset pellas altaris vel vestimenta sacerdotalia, quae ad suum monasterium pertinent, consecrare, vel si postea in alios transferrentur | nec amplius [2] ad illud monasterium pertinerent, non essent iterum consecranda ; ita in proposito est dicendum. Item, qui habet potestatem tonsurandi, sic habet eam quod tonsurati ab eo sunt simpliciter tonsurati nunquam iterum tonsurandi, quia nec aliter potest dari talis potestas quae est super aliqua consecratione, quae nec dari potest ut sub condicione fiat, sed ut simpliciter fiat. Argumentum de facto non valet, quia factum fuit malum.

Cod. P fol. 202 Vb

[1] *om.* C. — [2] nec *add.* PV.

Digitized by Google

QUAESTIO XVIII

Utrum Graecorum error de Spiritu Sancto sit peior inobedientia eorum vel e converso.

Deinde circa pertinentia ad statum hominis demeritorium sive ad peccatum quo homo demeretur, quaerebatur unum de uno peccato in speciali, scilicet : utrum Graecorum error de Spiritu Sancto sit peior quam inobedientia eorum vel e converso, scilicet : utrum error quo Graeci errant circa processionem Spiritus Sancti sit peior errore quo errant circa obedientiam ecclesiae romanae cui nolunt obedire. Et arguebatur quod error, qui est circa processionem Spiritus Sancti sit prior errore circa obedientiam ecclesiae romanae, quia error circa principia est deterior et periculosior errore, qui est circa principiatum. Ita est in proposito. Ergo et cetera.

Contra. Infirmitas per quam infirmus abhorret medicum et [1] medicinam est peior et periculosior infirmitate simplici ; ergo similiter in proposito ; quia error quo errans abominatur medicum et medicinam spiritualem est error circa obedientiam ecclesiae romanae, cuius pater et praelatus est medicus et dispensator medicinae spiritualis. Ergo [2] et cetera.

Respondeo. Dicendum quod omne peccatum formaliter, eo modo quo sibi convenit forma, consistit in adversione a Deo. Unde | tanto aliquod peccatum est gravius quanto per ipsum a Deo magis separatur aliquis. Cum ergo magis coniungatur homo Deo per virtutes theologicas infusas quam per alias, peccatum quod est contra fidem, vel error in fide est peior quam error in moribus | simpliciter et absolute loquendo. Ita est in proposito, sicut patet. Per accidens potest tamen esse peior ipsi erranti error in moribus, qui secundum se est minor ; puta, sicut arguebatur, si cum proprio malo, quod includit talis error secundum se, magis elongat hominem a remediis per quae posset [3] etiam ab errore maiore curari. Quia ergo Graeci [4], si vellent humiliter ecclesiae romanae obedire et communicare, possunt ex hoc intructionem consequi in suo errore maiore, ideo per accidens peior est error inobedientiae quam error in fide ; sed simpliciter et absolute peior est error fidei quam inobedientiae. Per hoc patet responsio ad obiecta.

Cod. C fol. 96 V[a]

Cod. P fol. 203 R[a]

[1] *om.* PV. — [2] *om.* C. — [3] possit C. — [4] qui *add.* C.

Digitized by Google

QUAESTIO XIX

Utrum intelligere fiat in recipiendo speciem aliquam.

Deinde circa pertinentia ad statum hominis quasi indifferentem, quia non importantem meritum nec demeritum, quaerebantur duo pertinentia ad perfectionem intellectus. Primum est utrum intelligere fiat [1] in recipiendo speciem aliquam, sive sit aliqua species impressa intellectu, vel sit actio quae sit exercita per illam speciem. Secundum est utrum inter scientias, quibus perficitur intellectus, magis proprie debet dici scientia ipsa scientia [2] philosophica naturalis vel scientia theologiae.

Ad primum arguitur quod intelligere nostrum solum consistit in receptione speciei et non in actione exercita, quia intellectus est quaedam potentia passiva ; perfectio autem potentiae passivae consistit in receptione alicuius sibi impressi et non in actione exercita ; ergo et cetera.

Contra. Secundum Philosophum (1), nono Metaphysicae, intelligere est actio manens intra ; ergo est actio.

Respondeo. Dicendum quod videtur aliquibus quod virtute obiecti nec species nec actus intelligendi fiunt in intellectu, sed ipse intellectus habet esse in actu intelligendi [3] se ipso, si adsit obiectum huiusmodi sui actus. Omni formae enim debetur aliqua actio ; intellectus autem quaedam forma est ; ergo aliqua actio ei debetur. Hoc autem non videtur nisi intelligere. Quare ; et cetera. Et hoc declaratur per simile. Cum enim alia entia imperfectiora habe | ant formas secundum quas se ipsis sunt in actu primo, scilicet semper, et secundo etiam si adsit obiectum vel materia talis actionis, puta : ignis semper est calidus actu primo, quo scilicet secundum se calet; et ex hoc etiam semper est in actu secundo, scilicet calefaciendi si adsit materia ; quae quidem materia vel obiectum talis actionis ad hoc quod ignis sic in huiusmodi actu nihil penitus facit in ipsum ignem, sed ignis per primum suum actum hac materia praesente exit in hunc secundum actum. Ita etiam videtur in proposito, quod intellectus secundum se sit aliqua res et natura

Cod. P fol. 203 Rb

[1] illud *add.* C. — [2] ipsa scientia] *om.* C. — [3] fiunt in intellectu sed ipse intellectus *add.* P, *postea del.*

(1) Aristoteles, *Metaphysica*, l. VIII, c. IX. (Bekker, II, p. 1051 a.).

Digitized by Google

secundum formam et [1] actum, secundum quem semper est in suo actu primo, et etiam ex se ipso ex huiusmodi actu primo nata est exire in actum secundum, qui[2] est intelligere in actu, praesente obiecto non quidem ut agente aliquid in ipsum intellectum, sed ut id[3] in quod terminatur actio intellectus. Et secundum hunc modum ponendi posset dici quod, licet obiectum sic per se nihil faciat in intellectu, est tamen ut causa sine qua non fit ipse actus intelligendi ; nec respectu alicuius in intellectu habet rationem causae ut sine qua non nisi respectu ipsius actus et non alicuius alterius speciei quae ad actum ipsum requiratur, quia ad hoc sufficit ista actualitas intellectus secundum quam est secundum se in actu suo primo. Et secundum istos intelligere non est species aliqua proprie dicta ad modum alicuius qualitatis per modum inhaerentis et informantis se habens, nec etiam ad ipsum intelligere requiritur aliqua alia species vel forma ultra actualitatem naturalem ipsius intellectus, sed est intelligere actio exercita [4].

Sed videtur inconveniens quod intelligere sit actio sic procedens ab intellectu et in intellectu per se nihil agente obiecto respectu intellectus. Cum enim intellectus possibilis de se sit in potentia ad actum intelligendi, nullo modo videtur quod possit se ipsum reducere in [5] actum intelligendi hoc intelligibile vel illud, nisi aliquid fiat in actu | virtute cuius possit prosilire in talem actum intelligendi. Oportet ergo quod ab intelligibili fiat ipsum intelligere in intellectu vel saltem aliqua forma et [6] species mediante qua intellectus factus in actu secundum illam possit in se ipso producere actum intelligendi. Primum autem, scilicet quod intellectus fiat de potentia intelligente actu intelligens [7] absque hoc quod fiat in ipso aliqua forma vel species rei intelligibilis, non videtur aliquibus ponendum ; quia, cum secundum Philosophum (1), nono Metaphysicae, duplex sit actio, oportet quod utraque fiat secundum aliquam formam. Et sicut forma, secundum quam provenit actio tendens in rem exteriorem, | est similitudo obiecti actionis, ut calor calefacientis est similitudo calefacti, similiter forma secundum quam provenit actio manens in agente est similitudo obiecti ; unde similitudo visibilis est secundum quam visus videt et similitudo rei intellectae, quae dicitur species rei intelligibilis, est forma secundum quam intellectus intelligit ; et secundum hoc esset dicere quod intelligere est actio exercita. Sed [9] ad hoc quod possit elici ab intellectu, requiritur aliqua species impressa. Sed nec praedictus primus modus nec iste secundus videtur conveniens, quia illud, ex quo vide-

Cod. P fol. 203 Va

Cod C fol. 96 Vb

[1] *om.* C. — [2] quem C. — [3] illud. C. — [4] est tamen ut causa sine qua non fit ipse actus intellegindi *add.* P., *postea del.* — [5] exercitata PV. — [6] ad C. — [7] vel C. — [8] intellectus PV. — [9] oportet PV.

(1) Cfr. Aristoteles, *Metaphysica*, l. VIII, c. IX, (Bekker, II, p. 1051 a.).

Digitized by Google

tur accipi probatio primi dicti, tenet in actionibus transeuntibus extra et non perficientibus formaliter illa quae denominant ut agentia, scilicet quod agens talem actionem debet esse secundum se perfectum secundum aliquam formam qua habeat esse in actu quasi primo, ut dictum est, et qua natum est esse in actu secundo non per hoc quod illud, quod ad hoc requiritur, aliquid agat in ipsum, sed quia est una causarum per se quae ad huiusmodi actionem requiruntur, scilicet causa materialis in quam talis actio ut eius perfectio recipiatur. Unde lignum non est causa sine qua non [1] ipsius calefactionis, sed causa per se materialis et ignis causa effectiva calefactionis non in se, sed in alio ; unde ex hoc quod ignis actu calefacit sive ex calefactione quam efficit
Cod. P fol. 203 Vb non consequitur | aliquam perfectionem absolutam, sed solum relationem ad passivum in quo realiter est ipsa calefactio perfectio absoluta ab ipso igne effective causata. Sed non est ita in proposito, quia ipse actus intelligendi non est actus transiens ab intellectu in obiectum, sed potius e converso ; est enim intelligere motus rei ad animam. Cum ergo intellectus est in potentia ad actum intelligendi ut est res et perfectio absoluta ipsum intellectum ut subiectum perficiens, cum huiusmodi actio fit in actu, oportet hoc fieri aliquo alio agente. Non enim potest dici, sicut prius, quod fit in ipso se ipso agente, praesente tamen obiecto ut causa sine qua non ratione praedicti exempli, quod magis est in contrarium. Item dictum istud in se est irrationabile, scilicet quod aliquis existens vere in potentia ad aliquem actum, quo debet simpliciter perfici, habeat esse in illo et non aliter nisi praesente aliquo et tamen illud nihil omnino efficiat ad hoc, quia ex quo nihil facit unum in alterum, qualiscumque praesentia illorum non plus facit vel est necessaria respectu illius actus absoluti quam eorum absentia ; ex quo cum praesentia sunt nulla est habitudo eorum ad invicem secundum rationem agendi et patiendi. Unde si hoc commune dictum aliquorum de causa sine qua non possit habere locum, hoc non potest esse in entibus absolutis et secundum se perfectis, sed aliquo modo in relativis, Nam Sorte existente albo et Platone existente nigro, si Plato fiat albus, Sortes fit realiter de non simili similis, et tamen nihil factum est per se in Sorte ex hoc quod Plato est realiter transmutatus. Sed in his quorum entitas non est in uno praecise, scilicet in relativis, est ratio specialis, ut alibi (1) tractatur. Item si hoc dicatur de intellectu, dicetur etiam de sensu, sicut etiam isti dicunt. Immo, sicut alias dixi (2) in alia materia, scilicet circa voluntatem, hoc poterit dici de quocumque alio passivo quod se ipsum reducit de potentia ad actum, puta: aer tenebrosus ratione suae diaphaneitatis est sic in actu primo secundum

[1] *om.* C.

(1) *Quodlibetum* VI, q. 7 (pp. 152 ss.). — (2) *Ibid.* (loc. cit).

Digitized by Google

esse | lucidum quod praesente sole et nihil in ipsum agente faciet se ipsum lucidum in actu secundo et dicetur lucens vel lucidus. Cod. P fol. 204 Ra

Item, quia ad evitandum ista, dicitur in secunda positione quod obiecto agente fit similitudo eius in intellectu et intellectus secundum illam factus in actu elicit actionem intelligendi, non videtur bene dictum, tum quia non potest poni ratio propter quam talis species, ut est aliquid aliud [1] realiter ab actu intelligendi, ab obiecto fiat intellectus ; tum quia etiam si fieret in virtute illius, intellectus non posset in se ipso efficere actionem intelligendi, quia secundum quod in pluribus locis est probatum [2] intellectus factus aliquo modo in actu, tamen per hoc non potest se ipsum reducere in actum ulteriorem ad quem remanet in potentia, huiusmodi prima actualitate posita, quia unum et idem secundum rem non potest reducere se ipsum de potentia ad actum ; et cetera. Ideo de isto nunc pertranseo.

Quantum ad primum istorum etiam patet quod si intelligere non est actio quae fiat ab intellectu non solum sic quod transeat in exteriorem materiam, sed est quaedam perfectio intellectum informans et virtute intellectus agentis ab obiecto in intellectu possibili causata et in intellectu possibili [3] recepta, non oportet ad hoc quod intelligere habeat esse in intellectu possibili ponere aliquam formam et speciem actualem, sed solum naturam receptivam et possibilem ; et hanc habet intellectus de se secundum quod et possibilis dicitur. Quia igitur positio praedicta non videtur rationalis [4] nec firmum fundamentum habere, propter hoc dicunt alii quod alia ratione dicitur huiusmodi | species necessaria ad hoc quod actio intelligendi possit esse in intellectu, quia cum intellectus respectu actus intelligendi se habeat in ratione potentiae passivae, obiectum autem quod sumitur a specie sensibili in phantasia virtute intellectus agentis se habet in ratione activi et moventis ad hoc quod tale obiectum possit efficere actum intelligendi aut ipsam intellectionem in potentiam intel | lectivam, oportet quod prius faciat aliquid [5] medium, scilicet aliquam speciem mediam in ipso intellectu, qua mediante potest fieri ipsa intellectio completa, sicut patet immutatione [6] sensitiva, quia sensibile ipsum quod est obiectum sensus non potest efficere ipsum actum sentiendi sive ipsam sensationem nisi mediante aliqua dispositione intentionali prius facta in medio et etiam in ipso organo materiali, quia non est processus de imperfecto ad perfectionem nisi per medium, maxime cum sunt multum distantia. Quia ergo phantasma quantum ad esse intelligibile est multum imperfectum, ideo videtur quod in ipso intellectu prius fiat aliqua species quasi medio modo se habens.

Cod. C fol. 97 Ra

Cod. P fol. 204 Rb

Sed istud non videtur valere. Immo est dicendum quod nihil fit in intel-

[1] *om.* C. — [2] quod *add.* PV. — [3] causata-possibili] *om.* C. — [4] rationale PV. — [5] inquantum *add.* P, *postea del.* — [6] in unitate PV.

Digitized by Google

lectu possibile nisi ipsa intellectio, quia illud ad quod aliquid per se est in potentia, per se etiam habet esse in ipso ab agente proportionali et non aliud. Cum ergo virtus apprehensiva secundum quod huiusmodi per se sit solum in potentia ad ipsum actum cognoscendi vel ad ipsam cognitionem, in ipsa ab agente non fit aliquid per se nisi hoc ; et sic videtur quod nec sensibile nec intelligibile secundum quod huiusmodi faciant in sensu et intellectu per se nisi ipsum actum. Unde dicit Augustinus (1), undecimo de Trinitate, capitulo quarto, quod, cum aliquod corpus videmus, est ibi accipere illa tria realiter distincta, scilicet ipsum corpus visibile et ipsum visum qui visione eius informatur et ipsam visionem [1], quae non est aliud quam ipse sensus ex ipsa re qua sentitur informatus. Et subdit (2) : ipsa forma quae cum viso visui imprimitur visio ipsa vocatur.

Est [2] tamen ulterius intelligendum quod quantum ad actum sentiendi oportet ponere in medio et etiam,secundum aliquos,in organo aliquam speciem sensibilem differentem ab ipsa sensatione, quia virtus sensitiva secundum id [3] quod est est virtus | organica requirens determinatas dispositiones in organo, secundum quas etiam ipsum organum communicat aliquo modo cum medio, quod medium etiam requiritur in immutatione sensitiva eo quod sensibile supra sensum positum nullum facit sensum quod immutatur quidem immutatione intentionali, quae tamen non est sensatio. Consimili etiam mutatione potest et ipsum organum immutari, quae etiam non est essentialiter sensatio, alioquin etiam esset sensatio in medio et etiam in organo, virtute sensitiva corrupta. Constat autem quod in virtute sensitiva secundum quod huiusmodi est alia immutatio secundum essentiam differens, quae est ipsa sensatio ; et sic ipsa virtus sensitiva secundum formam duplicem informatur, quia ratione qua in organo communicat cum medio quod primo intentionaliter immutatur, potest etiam vis sensitiva huiusmodi immutatione dici immutari. Sed in quantum est vis animalis et sensitiva sola sensatione immutatur ; et sic illud, quod per se immutat sensibile in potentia sensitiva ut sensitiva est, non est nisi ipsa potentia secundum quod talis, et illud secundum quod sensibile ipsam potentiam sensitivam immutat non est nisi sensatio ; sed tamen hoc etiam aliter immutatur modo praedicto.

Cod. P fol. 201 V.a

Cum ergo intellectus non sit potentia organica, non potest ab aliquo immutari nisi secundum quod potentia apprehensiva ; ipsa autem in quantum huiusmodi non est in potentia nisi ad apprehensionem ; ergo nec ad aliud

[1] et ipsum-visionem] *om.* 1a *m.* C *suppl. in margine* 2a *m.* C. — [2] et C. — [3] illud C.

(1) Respicitur Sanctus Augustinus, *De Ttriniate*, l. XI, c. II, 2. (PL., t. 42, col. 985). — (2) Cfr. Idem, *ibidem* (loc. cit).

Digitized by Google

per se immutatur [1]. Sed huic non obstat quod ex huiusmodi actibus habitus posterior derelinquitur, ut alias visum est. Sed nihil potest fieri in ipsa potentia ante ipsum actum intelligendi. Sic ergo videtur dicendum quod non fit in eo nisi ipsa intellectio, sive actus intelligendi per se et immediate.

Ad simile autem potest dici quod sicut per sensibile fit quoddam medium intentionale ante ipsam sensationem, ita etiam respectu actus intelligendi, cum per ipsum | sensibile facta est intentio non solum qualis est in medio, sed magis spiritualis qualis est [2] ipsa sensatio actualis, scilicet [3] ipsum phantasticare vel imaginari, ultra hoc non requiritur aliud [4] aliquid ad hoc quod virtute intellectus agentis fiat ipsa intellectio immediate. Cod. P fol. 204 Vb

Et secundum praemissa est dicendum ad quaestionem quod intellectus possibilis reducitur de potentia [5] in actum secundum actum qui dicitur intelligere sic quod ipsum intelligere et nihil aliud virtute intellectus agentis movente obiecto fit in ipso intellectu possibili ut perfectione secunda ipsum perficiens et informans [6] et ipsi ut [7] perfectio eius secunda et accidentalis inhaerens. Et quia huiusmodi condiciones conveniunt formae et speciei, ipsum intelligere etiam potest dici species sive forma. Etsi intelligere non consistit in receptione alterius speciei a se ipso realiter differentis, consistit tamen in receptione speciei pro tanto quod [8] ipsum intelligere est | quaedam formalis perfectio et sic quaedam species intellectum perficiens et informans et rei intellectae assimilans. Cod. C fol. 97 Rb

Sed hoc non obstante, dicitur etiam quod ipsum intelligere sit operatio vel actio non exiens ab intellectu per aliquam speciem, quia tale quid quod species possit dici praeter intelligere non est in intellectu nec etiam sic exercita ab intellectu quod ipse intellectus ut agens et movens illam efficiat et secundum illam se exerceat. Nulla enim perfectio sive sit forma et qualitas habens esse fixum et permanens sive esse fluens et transiens et in fieri vel quasi in fieri effective habet esse ab eo quod per eam perficitur et in quo habet esse subiective. Unde cum intelligere comparatur ad intellectum possibilem ut ad subiectum in quo est et quod perficit non potest [9] poni quod respectu actionis intelligendi intellectus possibilis habeat rationem agentis. Iam enim non solum esset illud quo est omnia fieri et sic possibilis, sed etiam quo est omnia facere et sic esset | intellectus agens et non dicerentur esse duae potentiae intellectus, scilicet possibilis et agens, sed una sola secundum rem differens solum secundum rationem. Cod. P fol. 205 Ra

Item, esto quod ita esset, tamen adhuc non posset dici proprie quod intelligere esset ab intellectu ut actio ab efficiente et movente, quia illud

[1] mutatur C. — [2] in medio sed magis spiritualis qualis est *om.* P. — [3] secundum C. — [4] ad P. — [5] ad *add.* P, *postea del.* — [6] formans C. — [7] ipsi ut] ipsa vel C. — [8] quod C. — [9] *om.* C.

Digitized by Google

ratione cuius non agit ad actum intelligendi nisi secundum quod agit ad hoc quod illud quod debet movere intellectum possibilem habeat actu rationem moventis et obiecti. Obiectum ergo intelligibile habet rationem moventis et agentis respectu intellectus possibilis educens ipsum de potentia secundum actum intelligendi ad [1] actum secundum illud, et sic intellectus nec ut agens nec ut possibilis posset dici efficere actum intelligendi in se ipso. Sed obiectum est quod habet rationem efficientis et moventis, licet non habeat quod sit obiectum nisi in virtute eius quod habet rationem intellectus agentis ; et intellectus possibilis simpliciter habet rationem passivi et receptivi. Sic ergo intelligere non potest dici actio respectu intellectus possibilis sic quod habeat esse ab intellectu possibili ut ab agente et movente ; immo potius sic est actio respectu obiecti.

Licet enim non possit dici quod lapis intelligat, potest tamen dici quod lapis causat et efficit intelligere quo intellectus possibilis formaliter intelligit. Unde intelligere quantum ad id [2] quod significat est actio obiecti et est ab ipso ut ab agente et est passio intellectus possibilis et est in ipso ut in subiecto et patiente. Et similiter est de visibili respectu visus. Visus enim in actu videndi immutatur et movetur a visibili, et non e converso. Non potest ergo intelligere ut comparatur ad intellectum possibilem [3], in quo est subiective, habere rationem actionis ut a quo sit effective realiter et non solum secundum modum significandi, quia intelligere est verbum activum transitivum cui [4] respondet verbum | passivum et denominet ipsum intellectum in quo est sicut actio non tamen transiens extra, scilicet in illud quod denominatur a verbo passivo, sed manens intra, quia est ut in subiecto in intellectu quem denominat. Unde sic [5] est ponere actionem, sicut etiam est ponere [6] passsionem proportionaliter et e converso. Eo modo ergo quo intelligere dicitur actio, dicitur etiam intelligi [7] passio. Unde cum ipse intellectus in quo est intelligere non dicatur intelligere [8], si intelligere sit vere actio intellectus, non potest esse actio quam efficiat intellectus in se ipso ; ut sic in quantum haberet rationem activi diceretur intelligere et in quantum habet rationem passivi diceretur intelligi. Ergo aut intelligere non est actio intellectus aut aliquid aliud respondet sibi pro passivo quam intellectus. Cum ergo obiectum ei respondeat pro passivo secundum modum significandi et secundum denominationem, tota ratio actionis et passionis quae est inter intelligere et intelligi attenditur secundum habitudinem obiecti ad intellectum. Cum ergo manifestum sit quod obiectum non habet rationem vere et realiter passivi respectu actus intelligendi, ut scilicet huiusmodi actus in ipso fiat agente intellectu,

Cod P fol. 205 R[b]

[1] ad *add.* P, *postea del.* — [2] illud. C. — [3] possibile C. — [4] etiam *add.* C. — [5] cum ut PV et 1[a] *m.* C. — [6] actionem-ponere] *om.* PV. — [7] intelligitur PV. — [8] intelligi PV.

Digitized by Google

ipse etiam [1] intellectus non habet vere et realiter rationem activi respectu eiusdem actus, ut scilicet ab ipso effective fiat in alio, scilicet in obiecto. Et sicut ipsum obiectum non dicitur pati actum intelligendi nisi solum secundum denominationem ita etiam intellectus non dicitur ipsum agere nisi secundum denominationem [2].

Hoc enim est speciale in actibus potentiarum animae, scilicet quod respectu illorum sunt potentiae simpliciter passivae et obiecta habent rationem activi ; et tamen ipsae potentiae denominantur a talibus actibus secundum modum activi et obiecta secundum modum passivi. Quia enim in talibus ipse actus realiter dependet ab obiecto et refertur ad ipsum, non autem e converso, et sic obiectum se habet in ratione veri et realis termini respectu ipsius actus, non autem e converso ; illud autem quod habet rationem terminantis respectu alicuius actus aliquo modo habet modum passivi respectu illius et | simpliciter illud quod aliud respicit quasi terminum aliquo modo modum activi videtur habere respectu illius ; ideo licet intelligere lapidem vel intellectio lapidis sit actus effective | causatus a lapide in intellectu, tamen per hoc dicitur lapis intelligi ab intellectu quasi passive ac si ab intellectu quasi intelligitur fieri vel esse factum in ipso, et intellectus dicitur intelligere lapidem quasi active ac si ab ipso aliquid procedat vel transeat in lapidem. Et secundum hoc est dicendum quod, sicut intelligi lapidem est quaedam passio non manens intra, id est non existens in illo quod significatur sub ratione passivi, sed existens extra, scilicet in illo quod significatur sub ratione [3] activi, est tamen vere passivum ; ita etiam intelligere est quaedam actio manens intra sive non transiens extra, id est non existens in ipso quod significatur sub ratione passivi, quia nec est vere passivum, sed existens in illo quod significatur sub ratione activi, quod est vere passivum. Ex hoc ulterius manifestius apparet quod intellectus possibilis non potest habere rationem activi et passivi respectu sui ipsius, ut scilicet efficiat ipsum intelligere a se ipso in se ipso, quia secundum hoc ut agens diceretur intelligens [4], et ut patiens diceretur intellectus participialiter. Hoc autem est falsum nisi solum quando intelligit se ipsum, habens scilicet rationem obiecti intelligibilis et potentiae intellectualis. Sed cum intellectus intelligit lapidem vel aliquid aliud sic non potest dici. Si autem dicatur et bene quantum ad hoc quod per ista verba : videre et videri, non proprie significatur actio et passio, sic scilicet quod videre significet facere visionem ut egreditur a vidente ut ab agente, qui vere et proprie habeat rationem agentis, et non solum secundum quandam denominationem agens [5] dicatur vel modo agentis significetur ; videri autem significet fieri visionem ut recipitur in passo, proprie

Cod. P fol. 205 Va

Cod. C fol. 97 Va

[1] et C. — [2] ita-denominationem] *om.* PV. — [3] passivi-ratione] *om.* P. — [4] intellectus P. — [5] agere PV.

Digitized by Google

et vere et non solum secundum quandam denominationem patiens dicatur, sed solum significant id quod secundum rem est actio et passio, sed illud magis | significant ut habet esse quaedam perfectio videntis licet modo activo quantum ad modum significandi verbalem vel modo passivo, etiam consimiliter significetur respectu visi [1]. Et [2] ex hoc contingit quod visum non potest dici videri, sic scilicet quod in eo sit passio videndi ; sic enim videret. Sed si imponantur verba activa et passiva quae non solum sint activa et passiva modo significandi verbali active et passive, sed etiam quia rationem activi et passivi, secundum quod in re est, exprimant, ab aliquibus concederetur quod dictum est absque inconveniente, puta si circa visionem imponatur videfactio ex parte agentis et videfio ex parte passi, sicut calefactio et calefio ; et tunc dicetur quod visus videfacit se ipsum et videfit a se ipso et est videfaciens et videfactus. Et ita etiam in aliis prout etiam ab aliquibus dicitur quod voluntas est volefaciens et [3] volefacit se ipsam et est volefactiva et volefit a se ipsa [4].

Cod. P fol. 205 Vb

Sed istud non valet, quia, [licet] ut dictum est [per], ista verba intelligere et intelligi, licet sint activa et passiva quantum ad modum significandi verbalem, non tamen quantum ad id [5] quod principaliter per illa significatur, quia id [6] quod significatur per verbum intelligere est formalis perfectio eius de quo enuntiatur et non est actio ab ipso emanens, licet per modum actionis illud denominet [7]; illud autem quod significatur per verbum intelligi non est formalis perfectio eius de quo enuntiatur, sed est aliquid ab ipso causatum, licet per modum passionis illud denominet ; tamen ista verba non dicuntur de aliquibus quin illa se habeant ad invicem ut vere passiva et activa. Etenim licet ista verba non denominent activum et passivum, sic scilicet quod verbum activum denominet illud quod vere est activum, et verbum passivum illud quod vere est passivum, propter hoc autem illud quod est activum actus intelligendi non potest dici intelligere nec id [8] quod est subiectum susceptivum actus intelligendi potest dici intelli gi ; verumtamen per ista includuntur vere activum et vere passivum et per alia verba possunt proprie sic denominari, dicendo : color qui videtur est videfaciens et oculus qui videt [9] est videfactus. Et similiter est dicendum in intellectu et voluntate quod illud quod est volefaciens est bonum volibile et illud quod est volefactum est voluntas [10] volens. Constat enim quod sicut videns vel quod videt se habet in aliquo genere causae ad ipsum actum videndi, ita et visum et quod videtur ; et sicut videns vel quod videt est subiectum receptivum huiusmodi actus, ita visum vel quod videtur est activum et effectivum eiusdem actus. Quod

Cod. P fol. 206 Ra

[1] visui nisi C ; respectu visi *om.* V. — [2] *del.* C. — [3] *om.* P. — [4] ipso PV. — [5] illud C. — [6] illud C. — [7] denominetur C. — [8] illud C. — [9] videtur PV. — [10] voluntaris P ; volentas C ; volontas V.

Digitized by Google

enim obiectum a quo actus habet formam et speciem non se habeat respectu actus ut causa per se secundum aliquod genus, ut etiam specialiter secundum genus causae efficientis, sicut potentia cuius est actus subiective se habet in ratione subiecti et patientis, non est ponendum.

Si autem quaeratur unde hoc quod huiusmodi verba activa et passiva : intelligere, intelligi, videre, videri [1], aliter se habeat respectu eorum de quibus | enunciatur, quia illud quod per actum realiter significatur est in patiente et illud quod per passivum non est in patiente sed in agente, cum e converso in aliis activis invenitur, sicut in calefacere et calefieri et in [2] videfacere et videfieri et huiusmodi ; et specialiter quomodo intelligere potest dici actio, cum sit quaedam qualitas, et quomodo potest dici esse subiective in agente ; et ad primum est intelligendum quod omnis actio cuiuscumque agentis est aliqualis perfectio formalis ipsius patientis ; immo ubi vere et proprie est invenire actionem quae et passio est materialiter [3], quia actio et passio in eodem motu fundatur, puta calefacere et calefieri in calefactione ; id [4] quod est actio et passio tali modo est perfectio eiusdem generis cum perfectione secundum actum completum ipsius patientis, scilicet calefacere et calefieri, quae in calefactione includuntur cum ipso calido in actu completo. Sed in hoc [5] differunt quod talis perfectio | dum est in actu incompleto [6], et ens in potentia secundum quod huiusmodi et cum successione tendens ad actualitatem completam et manentem et hoc convenit ei secundum quod continue subiacet actio moventi et continue ab ipso dependet, sic dicitur actio ut est ab agente, passio vero secundum quod est in patiente. Dum autem est in actu perfecto et terminato sic quod in sua actualitate secundum se permanet absque causalitate agentis, immo etiam ut sic est terminata actio illius, sic dicitur simpliciter perfectio formalis et actualis, ut patet ex [7] causalitate respectu calefactionis vel de albedine respectu dealbationis. Quia ergo intelligere et videre non sic sunt perfectiones existentes in actu completo et terminato quin semper coexigant praesentiam suorum activorum ad permanentiam sui in esse suo perfecto, non autem ad hoc quod exeant et procedant de incompleto [8] ad complementum vel de potentia ad actum, et in hoc deficiunt ab actionibus proprie dictis ; quantum tamen ad huiusmodi coexigentiam principii activi conveniunt cum actionibus propriis et sic etiam possunt dici actiones vel passiones, non solum simpliciter perfectiones formales. Et hoc attendens Augustinus (1), octavo super Genesim, dicit quod

Cod. C fol. 97 Vb

Cod. P fol. 206 Rb

[1] viderit PV *et* 1a *m.* C. — [2] et in] *om.* C. — [3] est materialiter] materialiter est C. — [4] illud C. — [5] in hoc]nihil P. — [6] sed in hoc differunt quod talis perfectio dum est in actu incompleto *add.* P. — [7] de C. — [8] completo C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. VIII, c. XII, 26. (PL., t. 34, col. 383.) *Sententialiter refertur.*

Digitized by Google

aer illuminatus non dicitur factus lucidus ; sed quamdiu est lucidus semper fit lucidus. Et quia sic est de istis perfectionibus respectu suorum activorum, ideo dici possunt [1] actiones vel etiam passiones, ut dicatur : oculus semper videfacit quamdiu visionem causat. Et quia idem significatur per illa [2] verba videre et videri quod per ista videfacere videfieri, licet alio modo, ideo etiam videre et videri dicuntur significare actionem et passionem et non qualitates absolutas et quasi per modum quietis.

Cod. P fol. 206 Va

Ad secundum articulum est dicendum quod intelligere dicitur esse actio manens in agente, quia illud quod hoc | verbo significatur est vere passio intellectus possibilis et sic vere in ipso subiective. Sed quia illa passio significatur per modum activum verbalem et per modum actionis respectu obiecti quo se habet in ratione veri termini et sic aliquo modo in ratione passivi, in quod [3] tamen ut in subiectum susceptivum non transit, sed illud ut verum terminum sui respectus vel suae dependentiae respicit et in hoc [4] quasi in se suscipere intelligitur actionem potentiae in quantum illa [5] in ipsum modo praedicto terminatur ; sed manet in intellectu et sic intellectum possibilem sub modo agentis denominat ; et ideo dicitur esse in agente, id est non in illo a quo emanat ut a vero principio effectivo, sed in eo de quo enunciatur sub modo agentis ; sicut e converso intelligi est passio manens extra passum, id est non extra illud quod vere est subiectum susceptivum et passivum eius, sed extra id [6] de quo enunciatur sub modo passivi ; potest etiam dici quod Philosophus (1) dicit quod talia verba, scilicet intelligere videre et sic de aliis, important actiones manentes in agente forte propter hoc quod aliqui aestimant quod illae [7] operationes animae habent esse extra mittendo ; propter hoc forte fuerunt imposita verba praedicta activa et passiva, ut dicatur oculus videre, quia vere agit in visum extra. Philosophus (2) autem sciens quod non consistit sic in extra mittendo, volens tamen uti verbis impositis, dixit quod tales actiones sunt intus manentes [8], et cetera. Hoc etiam dicitur propter aliam causam quae alibi tacta est.

Cod. C fol. 98 Ra

Cod. P fol. 206 Vb

Cum arguitur quod potentia passiva non [9] perficitur actione exercita, sed potius aliqua forma et specie impressa et cetera ; dicendum quod, prout intelligere | est quaedam perfectio et informatio intellectus, potest dici species et habere rationem formae impressae. Immo omnis actio est forma aliqua impressa | passivo ab agente. Calefactibile enim est potentia passiva ad esse calidum et ad calefieri et utrumque in se recipit ab agente. Calidum [esse]

[1] dici possunt] possunt dici C. — [2] ista C. — [3] quam C. — [4] obiectum *add.* C. — [5] actionem-illa] anima *in marg.* C. — [6] illud C. — [7] istae C. — [8] manentis C. — [9] *om.* PV.

(1) Alluditur Aristoteles, *Metaphysica*, l. VIII, c. IX (Bekker, II, p. 1051a). — (2) Idem, *ibid.* (loc. cit.).

Digitized by Google

tamen non dicitur esse actio vel fieri eo quod habet rationem perfectionis simpliciter et [1] perficientis absque hoc quod consideretur ut in suo esse ab agente dependens, quasi secundum se non habens esse perfectum et totum simul, sed continue ab alio. Sed ipsum calefieri dicitur passio ut est in calefactibili, quia id quod est habet rationem continue dependentis ab ipso agente ipsum continue constituante et conservante. Verum est ergo quod calefactibile, quod est potentia passiva, perficitur dupliciter sua perfectione caliditatis et uno modo secundum quod est ab agente in passivo [2]. Sed potentia passiva intellectiva [3] sua perfectione perficitur sic, quod scilicet habet modum actionis et passionis. Est tamen perfectio simpliciter et absolute existens semper in facto esse et non in fieri proprie dicto. Et tamen [4] dicitur per modum actionis, quia in sua entitate et perfectione etiam tota simul quam habet continue dependet ab agente sicut a principio ; prout dictum est quod aer semper dicitur illuminari vel lucidus fieri et non proprie lucidus factus ; nec tamen perficitur alia perfectione quam illuminatione solis quae dicitur passio ut est in ipso et actio ut est a sole. Et ita est etiam in proposito de intelligere quod dicitur manens actio in agente, etiam alio modo a supra dicto, quia scilicet principium activum et passivum sunt ipsius intelligentis, scilicet intellectus possibilis et agens. Nec debet [5] intelligi quod sit in agente secundum id [6] quod est agens, sed secundum id [7] quod est patiens. Unde intellectus agens virtute obiecti efficit actum intelligendi in ipso intellectu possibili, in quo potest dici passio cum intelligere ut ad ipsum comparatur sit [8] quoddam pati, sicut est quoddam agere ut ad intellectum agentem comparatur. | Sed quomodo ipsum sentire possit secundum istum modum dici actio manens in agente non sic est manifestum, nisi ponatur [9] ex parte animalis sentientis [10] alia virtus activa respectu talis operationis. Et hanc quidem videtur ponere Commentator (1), secundo de Anima. Sed qualitercumque sit de hoc, sufficiat quod dictum est prius quantum ad intellectum et quantum ad alias potentias animae communiter quomodo actus earum dicuntur actiones non sic perfectiones absolutae, et quomodo [11] huiusmodi actiones dicuntur manere intra sive in agente ; quia scilicet non habent esse ut in subiecto in illo quod se habet ut terminus, sed in illo quod denominatur ut agens et in quo est non absolute, sed ut quasi tendens in alterum non ut in subiectum, sed ut in terminum. Et quia actionis est procedere ab agente et tendere in passivum, ideo etiam tales perfectiones actiones dici possunt ; et sic intelligendum est dictum Philosophi (2), nono Metaphysicae.

Cod. P fol. 207 R.

[1] *om.* V. — [2] passo C. — [3] intellecta PV. — [4] tantum P. — [5] dicitur P. — [6] ill d C. — [7] illud C. — [8] ut PV. — [9] *om.* C. — [10] ponatur *add. in marg.* C. — [11] quo PV.

(1) Cfr. Averroes, *De Anima*, l. II, com. 40. (Venetiis, 1562, vol. 10, fol. 81 R).— (2) Cfr. Aristoteles, *Metaphysica*, l. VIII, c. IX. (Bekker, t. II, p. 1051 a).

Digitized by Google

QUAESTIO XX

Utrum inter scientias quibus perficitur intellectus magis proprie debet dici scientia ipsa scientia philosophica naturalis quam scientia theologiae.

Deinde ad secundum praedictorum arguebatur quod theologia magis proprie debet dici scientia quam naturalis scientia, quia ab omnibus conceditur quod theologia est aliquo modo scientia. Sed scientia naturalis nullo modo debet dici scientia. Quare et cetera. Maior patet. Minor probatur : quia scientia quae non procedit ex principiis per se notis nullo modo debet dici proprie scientia ; sed ita est in naturali scientia, quia de his quae principia sunt rerum materialium, puta de materia et forma et cetera, sapientes sapientibus contrariantur. Talia autem non sunt per se nota ; quare et cetera.

Praeterea scientia quae procedit ex principiis certioribus magis proprie debet dici scientia ; sed [1] theologia procedit ex principiis certioribus quam naturalis, quia certitudo principiorum in theologia habetur ex revelatione veritatis divinae quae infallibilis est ; certitudo autem principiorum naturalium ex sensibus qui decipi possunt. Quare ; et cetera.

Cod. P fol. 207 R[b] Contra. Scientia nostra or | tum habet a sensu et sensibilibus ; ergo illa scientia, cuius principia possunt magis reduci in sensum, magis proprie debet dici scientia, quam illa cuius principia non sic possunt reduci in sensum. Sed ita est in proposito. Quare et cetera.

Respondeo. Dicendum quod circa comparationem theologiae et naturalis philosophiae est primo intelligendum quod non potest esse comparatio inter illas secundum quod quaerit quaestio, nisi scientia possit dici, et hoc quidem communiter ab omnibus supponitur de scientia naturali. Sed circa theologiam est etiam hoc aliqualiter supponendum, scilicet [2] quod ultra notitiam, quae fides proprie dicitur et solum auctoritati innititur, studentes in theologia acquirunt sibi aliquem habitum cognitivum ulteriorem, qui non solum auctoritati in sua obscuritate, sed rationi aliqualem evidentiam facienti ex aliquibus notioribus ex ipsis rebus acceptam[3] innititur. Et hoc patet in quaestionibus | theologicis a sanctis et doctoribus diligenti inquisitione tractatis, Cod. C fol. 98 R[b]

[1] in *add.* C. — [2] *om.* C. — [3] accepte.

Digitized by Google

in quibus ex aliquibus rebus et similitudinibus [1] et proportionibus [2] aliquarum rerum tanquam magis notis sumuntur rationes per quas ea, quae sub obscuritate nudae [3] scripturae sola fide tenentur, aliqualiter nota et evidentia fiunt intellectui ; ut iam intellectus talibus assentiat, non solum quia scripta sunt et auctoritate scripturae et ratione auctoritatis scribentis tradita, sed etiam quia per rationem, quae circa talia nota sunt [4] haberi aliquo modo facta evidentia. Frustra enim laboraretur tantum in studio et expositione in sacra scriptura, ut ea quae scripta sunt et fide obscura tenentur aliquo modo evidendia fiant, et ratione intelligantur. Et hic [5] habitus sic per studium acquisitus etiam communi nomine scientia | dicitur, prout dicit Augustinus (1), super Iohannem [6], vigesimo primo : conari debemus ut sciamus verba Dei ; quare enim dicta sunt nisi ut audiantur ; quare audita sunt nisi ut intelligantur; et cetera. Scientia enim dicitur communiter notitia alicuius | pro | prius ignoti, cum per rationes aliquas ex aliquibus evidentioribus et magis notis innotescit. Et secundum hoc [7] notitiam sic evidentem factam per huiusmodi rationes de his quae prius sola fide tenentur dicunt sancti et doctores esse habitum scientificum. Et sic sunt intelligendae omnes auctoritates sanctorum de hac materia loquentium, scilicet Augustinus (2) ad Consentium : ea quae fidei firmitate iam tenes, etiam rationis luce conspicias. Absit ut ideo credamus ne rationem accipiamus ; et cetera. Pro quanto enim per rationes tales ultra meram obscuritatem fidei attingit intellectus ad aliquam evidentiam de creditis, pro tanto est intelligendum quod intelligunt sancti talem habitum habere aliquo modo rationem scientiae, et quod per eam intellectus dicitur non simpliciter credere, sicut fideles communiter credunt non habentes rationem ad ea quae credunt, sed scire et intelligere praedicta per rationem, etiam si ratio non sumatur ex rebus habentibus tantam et tam evidentem habitudinem vel proportionem ad illa ad quae notificanda indicitur quod per ea possint in sui natura sic perfecte nota fieri et manifestari quod, etiam si nihil aliud esset per quod intellectus talibus assentiret tanquam veris, tamen per huiusmodi rationes absque formidine de opposito assentiret ; tamen per eam [8] possit intellectus ex aliquibus evidentioribus procedere ad aliquam evidentiam creditorum maiorem quam habeatur fide et per solam auctoritatem assentiendo. Talis autem est habitus qui de his quae fidei sunt in studio sacrae scripturae ultra habitum communem fidei, quem habent communiter fideles, acquiritur ; quia non est tanta improportio vel tam

Cod. P fol. 207 Va

[1] similibus C. — [2] propositionibus C. — [3] unde PV. — [4] est PV ; est *add.* C. — [5] hoc PV. — [6] S' *add.* P *et* C. — [7] *om.* C. [8] ea C.

(1) Respicitur Sanctus Augustinus, *In Ioannis Evangelium*, Tract. XXI, 1 et 12. (P. L., t. 35, col. 1564 et 1571.) — (2) Sanctus Augustinus, *Epistola* CXX, c. I, 2. (PL., t. 33, col. 453.) Litteraliter.

Digitized by Google

Cod. P fol. 207 Vb remota habitudo inter | ea quae fide tenentur et ea quae nobis naturaliter lumine intellectus naturalis nota possunt esse, quin ex istis possunt sumi rationes aliquae, per quas adiutorio luminis superioris fidei possimus ad aliquam evidentiorem notitiam pervenire.

Verumtamen, quia propter creditorum excellentiam et intellectus secundum status viae imperfectionem et infirmitatem, non possumus pervenire ad tantam illorum evidentiam quod illa evidentia sive ratio illam faciens moveat magis ad assentiendum creditis secundum se sive secundum quod ex talibus rationibus notitia de [1] creditis acquiritur, quam ipsa fides secundum quod auctoritati sacrae [2] scripturae innititur, immo semper fundamentum radicale in quod [3] fit ultimo resolutio omnium sic notorum est ipsa auctoritas sacrae scripturae ; propter quod etiam non potest ratio de creditis facere talem evidentiam et certitudinem quod circa hoc non contingit hominem haesitare. Si consideretur solum secundum quod per tales rationes nota fiunt, de veritate autem sacrae scripturae, certus esset fidelis quod in ea non potest esse error, et hoc certitudine fidei, quae est certitudo adhaesionis excludens haesitationem. Unde dicit Augustinus (1) circa principium, nono, De Trinitate, ubi incipit per rationes investigare veritatem circa trinitatem personarum : de credendis nulla infidelitate dubitemus, quia scilicet certi sumus de eorum veritate ; de intelligendis nulla temeritate affirmemus, quia scilicet non sic sumus certi de veritate quam ostendunt rationes, per quas intelligi dicuntur, quod de illa, ut ex ipsis rationibus secundum se elicitur, non convenit haesitare ; quandocumque enim non ostenditur de aliquo per Cod. C fol. 98 Va evidentem rationem liquida veritas | quod semper contingit in his quae fidei sunt ; magis credendum est auctoritati sacrae scripturae quam qualicumque rationi quae, ad ea quae sunt fidei, indicatur [4]. Unde dicit Augustinus (2), secundo super Genesim, decimo quarto [5] : hoc est verum quod Cod. P fol. 208 Ra divina dicit auctoritas et potius quam illud quod | humana convicit infirmitas. Et notabiliter dicit : convicit, quia in omnibus rationibus circa pure credibilia, quae facultatem rationis in vita ista etiam excedunt, non est efficacia ad ostendendum liquidam veritatem, sic quod circa hoc intellectus haesitare non possit, si considerentur ut ex talibus rationibus eorum notitia accipitur ; et ideo talis ratio facit ut intellectus coniiciat [6] sive quasi coniecturando apprehendat veritatem magis quam illam per evidentiam capiat. Propter quod dicit Augustinus, De Moribus Ecclesiae, quod potius audiamus oracula

[1] notitia de] de notitia C. — [2] *om.* C. — [3] quo V. — [4] inducantur C. — [5] tertio C. — [6] conviciat.

(1) Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. IX, c. I, (PL., t. 42, col. 961.) Verbotenus. — (2) In PL. a Migne edita non invenitur hic passus.

Digitized by Google

nostras [1] quam [2] ratiuncul s; divinis subdamus affatibus. Sed quia de ratione proprie dictae videtur esse quod sit notitia facta evidens [3] per rationes certas et evidentes, sic quod veritati sic notae innititur intellectus propter evidentiam ipsarom rationum secundum se, propter quod [4] videtur quod notitia, quae in theologia propter rationes acquiritur, non possit dici proprie scientia.

Et secundum ista duo, quae in scientia theologiae sunt consideranda, videntur duo genera hominum loquentium de materia ista, scilicet quomodo theologia sit scientia, deviare. Quidam enim attendentes ad hoc quod rationes theologiae non faciunt evidentiam secundum modum nunc ultimo dictum, minus reverenter dicunt eam nullo modo esse scientiam, dicentes quod ultra notitiam fidei non habetur aliqua notitia evidentiam aliquam importans de ipsis creditis, sed solum habetur evidens notitia consequentiarum aliquarum ex aliquibus aliis per fidem suppositis. Sed hoc est nimis [5] parum. Et contra tales utique bene procedunt contrarium dicentes per rationes et [6] auctoritates sanctorum. Non enim ad hoc tendit studium theologiae, quod habeatur solum notitia consequentiarum huiusmodi, sed etiam eorum de quibus sunt consequentiae. Sed pro tanto verum dicunt quod de creditis ultra fidem non acquiritur habitus sic diversus [7] ab habitu fidei [8], quod scilicet sit vere et proprie scientialis, quia utique non staret cum fide.

Sed quantum ad consequentias bene habetur habitus | proprie scientificus stans cum fide creditorum ; sed de ipsis consequentiis non habetur fides, immo scientia. Est tamen huiusmodi habitus aliquid addens ultra notitiam quae per fidem habetur, quia aliqualem facit certitudinem evidentiae quam nuda fides non facit, licet huiusmodi evidentia non sit talis rationis et tantae perfectionis quod fidem excludat. Sicut etiam in scientiis humanis videmus quod evidentia alicuius rationis non excludit credulitatem et fidem quae facit aliquam certitudinem adhaesionis sine evidentia [9], cum aliquis certius adhaeret alicui conclusioni [10] ex sola auctoritate nullam evidentiam faciente, quam ex aliqua ratione probabili tamen evidentiam aliquam [11] licet non perfectam simpliciter faciente, et plus est de certitudine evidentiae circa rem per talem rationem quam per solam auctoritatem.

Cod. P fol. 208 R[b]

Notitia ergo quae habetur in scientia theologiae est talis quod, si consideretur ut ex rationibus talibus secundum se elicitur, non esset notitia nisi oppositiva et cum formidine. Unde si non sit cum formidine, ex hoc non habet quod sit scientia proprie ; quia hanc formidinem non tollit evidentia rationis, sed firmitas certitudinis adhaerentiae, quia est per fidem, cui tales rationes fundamentaliter innituntur ; et hoc quando rationes directe concludunt

[1] vestra C.— [2] quia *del. et* sed. (?) *corr.* C.— [3] facta evidens] evidens fac a C. — [4] hoc C. — [5] minus C. — [6] *om.* C. — [7] *om.* C. — [8] diversus *add.* 2[a] *m.* C. — [9] evidentiam P. — [10] exclusioni C. — [11] *om.* C.

Digitized by Google

aliquid quod secundum se in scriptura expresse continetur ; puta, Deum esse trinum et unum vel resurrectionem esse futuram vel huiusmodi. Si autem sit de aliquibus circumstantibus vel consequentibus et quae non exprimit scriptura, potest esse vere et proprie habitus pure opinativus ; puta, si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, an [1] distingueretur ab ipso, et an Filius Dei posset assumere naturam irrationalem, item rationalem non [2] fruentem ; et an in cœlo empireo erat sonus [3] vocalis ; et cetera talia. Rationes enim quae ab talia inducuntur non resolvuntur evidenter in aliquam scripturam expresse, ratione cuius oporteat hoc fide | tenere per certitudinem omnimodam adhaesionis, cum eo | quod tenetur ratione probabili evidentiam sive certitudinem evidentiae aliqualem faciente.

Cod. P fol. 208 Va
Cod. C fol. 98 Vb

Alii e contra videntes quod theologia debet esse nobilior scientia aliis, sicut in illis aliis reperitur evidentia scitorum per certas rationes, ita certa et manifesta et liquida quod de ipsis, ut ad huiusmodi rationes referuntur, vere et proprie dicitur esse scientia, et nullatenus contingit de eorum veritate haesitare ; dicunt quod ita etiam videtur in theologia esse, scilicet quod ipsa est ita certa quod referendo conclusiones ad rationes ipsas ostendentes et ad principia ex quibus deducuntur quod de eis vere et proprie est scientia et de eis nullo modo est haesitandum ; et ad hoc, ut dicunt, videntur facere quasi infinitae auctoritates sanctorum, quae non solum videntur dicere quod per studium in theologia potest quis pervenire ad notitiam qualiscumque evidentiae, sed ad talem quae potest dici vera et certissima et proprie dicta scientia, prout dicit Augustinus (1), Contra Epistolam Fundamenti : ego catholicam fidem profiteor, et per illam ad certam scientiam me venire praesumo ; et cetera.

Hoc etiam quidam nituntur rationibus declarare sic, quia scientia est cognitio alicuius primi subiecti et eorum quae insunt illi subiecto primo et eorum quae attribuuntur ei, ut sic per principia et suppositiones fundata et firmata ex rationibus et diffinitionibus illius primi subiecti et eorum quae ei attribuuntur secundum quod huiusmodi et etiam per ea quae accipiuntur ut suppositiones vel petitiones posterius declarandae ; cum ergo theologia sit alicuius subiecti primi, scilicet Dei, secundum aliquam rationem consideratívam et omnium quae attribuuntur ei secundum quod huiusmodi et ex cognitione eius et eorum quae attribuuntur ei [4] ut sic procedit ad declarationem eorum quae circa illa declaranda sunt ; ideo et cetera. Suppositis enim

[1] ant C. — [2] irrationalem C. — [3] scilicet *add.* C. — [4] secundum quod huiusmodi et ex cognitione eius et eorum qui attribuantur ei *add.* C.

(1) Sanctus Augustinus, *Contra Epistolam Manichaei quem vocant Fundamenti, liber unus*, c. XIV. (PL., t. 42, col. 183). Fere litteraliter.

Digitized by Google

principi | is fundatis in ipsa ratione quam accipit de Deo, puta quod Deus est primum in entibus, probat ipsum esse simplicem et sic de aliis ; item ex quibusdam acceptis ut petitionibus, puta articulis fidei, procedit ad aliorum quorundam declarationem, de quibus quidem scientia est, et ex suppositione illorum articulorum in principio quidem doctrinae per fidem acceptorum quasi ex suppositione, posterius autem succedet de his cognitio clarior in processu non per demonstrationem, sed per simplicem veritatis intuitum, purgata anima ab inordinatis phantasiis et passionibus retrahentibus a Dei contemplatione perfectiori. Cod. P fol. 208 Vb

Sed isti plus videntur dare theologiae quam ei convenire possit, non propter defectum scilibis quod est perfectissimum in entitate et secundum se maxime cognoscibile, sed propter defectum nostrae infirmitatis quae etiam non patitur quod durante statu viae possumus per rationem efficacem attingere ad talem evidentiam, quia excluderet fidem quae est de ratione huiusmodi scientiae, cum non sit aliquod cognoscibile pure theologicum cui intellectus non[1] magis assentit, auctoritati scripturae per fidem firmiter adhaerendo, quam cuicumque rationi ad hoc inductae, qualemcumque evidentiam faciat, innitendo ; quia, ut nunc dictum est et alias (1) declaratum, auctoritas scripturae est primum et radicale principium in quo finaliter contingit resolvere quaecumque in theologia per qualescumque rationes cognoscuntur, sicut patet in singulis inducendo ; propter quod etiam in symbolo quod dicitur in missa multis quae fidei sunt positis subditur de resurrectione Christi : resurrexit tertia die secundum scripturas, quasi diceret : auctoritas scripturae est[2] illud per quod talibus quae fidei sunt debet inhaerere mens humana.

Nec est simile de aliis scientiis et de ista, quia scibilia aliarum scientiarum secundum cursum praesentis vitae[3] sunt proprotionalia sufficienter his quae per se nota sunt sensui et quibus | intellectus humanus natus est insurgere in notitiam aliorum. Non sic autem contingit in proposito. Et hoc quidem non derogat dignitati scientiae theologiae, immo magis eam extollit. Cum enim, secundum Philosophum (2) in principio libri de Anima, melior et nobilior est una scientia alia, vel quia est de meliori, nobiliori et perfectiori subiecto vel quia certiorem habet evidentiam de illo, certum est quod theologia nobilior est aliis scientiis nobilitate subiecti ; et licet alias non excellat[4] certitudine | evidentiae, quae contingit propter huiusmodi excellentem nobilitatem subiecti in ordine ad scientem secundum condicionem vitae Cod. P fol. 209 Ra Cod. C fol 99 Ra

[1] *om.* C. — [2] est *add.* C. — [3] *om.* C. — [4] excellit V.

(1) *Quodlibetum* VIII, q. 7 (p. 70).
(2) Cfr. Aristoteles, *De Anima*, l. I, c. 1. (Bekker, I, p. 402, a).

Digitized by Google

praesentis, est tamen aequalis vel maioris dignitatis aliis in certitudine adhaesionis ; et ista omnia simul congregata, scilicet nobilitas subiecti et talis certitudo adhaesionis per fidem et talis evidentia, quae per rationem aliqualem haberi potest, reddunt ipsam omni alia nobiliorem simpliciter.

Nec videtur valere quod dicitur quod immo theologia est vere et proprie scientia, quia est considerativa alicuius subiecti primi, scilicet Dei et cetera ; quia verum est quod accipiendo theologiam in communi, prout dicit notitiam de Deo, certum est autem quod de Deo et de his quae illi attribuuntur multa certitudinaliter sciri possunt. Sic utique theologia est vere et proprie scientia. Sic enim metaphysica dicitur theologia, quia licet non sit de Deo praecise ut de subiecto, sed de ente secundum quod ens, primum ens tamen et principale est Deus. Propter quod ad illam scientiam pertinet cognitio Dei et eorum quae de ipso naturali ratione sciri possunt principalius quam cuiuscumque alterius entis.

Sed loquendo de theologia proprie dicta quae traditur in sacra scriptura et [1] quae non sic est de ente secundum quod ens, sed per se et primo de Deo non autem quocumque modo cognoscibili, puta per solum lumen naturale [2] rationis, sed [3] secundum quod per fidem in via est cognoscibilis, ista enim scientia dicitur scientia [4] fidei, id est tradens cognitionem eorum quae via
Cod. P fol. 209 Rb naturalis rationis | sive lumine fidei non possunt capi ab intellectu, secundum [5] illud Isaiae (1) : nisi credideritis non intelligatis ; et secundum quod dicitur Johannis (2), decimo nono : haec scripta sunt ut credatis, et cetera ; sic non est proprie scientia et sic nunc loquimur de theologia. Quantum ad ea ergo, quae de Deo certitudinaliter et evidenter cognoscuntur, puta quod quia Deus est primum ens, ideo est simplex ; item est ens in actu ; item est ens intellectuale et cetera ; dicendum quod talia non pertinent proprie ad scientiam theologiae prout nunc de [6] ea intendimus ; et ideo [7] talia nihil faciunt ad propositum. Constat enim quod talia probantur et declarantur in metaphysica, quae est scientia lumini naturalis rationis innitens. Quod autem dicitur quantum ad alia, quae ex articulis fidei deducuntur [8], quod [9] de illis est vere et proprie scientia, non valet etiam ; quia aut talia sunt simpliciter et unicuique credibilia ut solum ad theologiam pertinientia et semper manent credita et supposita et sic semper habetur cognitio aliorum ex ipsis solum ex suppositione ; aut non manent credita, sed fiunt evidenter nota, et tunc deficit fides et scientia theologiae eo modo quo a fidelibus in vita praesenti potest haberi. Prout enim alibi (3) est declaratum, de eodem secundum idem

[1] et *add.* C. — [2] naturalis *corr.* C. — [3] *om.* C. — [4] *om.* C. — [5] sed PV. — [6] in C. — [7] ita C. — [8] reducuntur C. — [9] quia C.

(1) Cfr. *Isaïas*, VII, 9. *Noster textus sonat* : nisi credideritis, non permanebitis. — (2) *Iohannis Evangelium*, XX, 31. — (3) *Quodlibetum* VIII, q. 7 (p. 73).

Digitized by Google

non stant simul evidens scientia et fides enigmatica. Item videtur quod multum sit irrationabile [1] et verecundum, praecipue ei qui magister debet esse huiusmodi scientiae, dicere quod in illa [2] haberi potest notitia evidentiae supradicta propter [3] quod debet dici scientia proprie dicta, et non hoc ostendere rationibus, sed dicendo ita esse, quia [4] auctoritates sanctorum hoc dicere videntur, quae tamen a dicentibus contrarium convenienter exponuntur et sufficienter dissolvuntur ; et quod habita sit talis evidentia a sanctis qui hoc dicunt et ab illis poterit haberi quos Deus lumine suo speciali voluit illuminare. Haec autem ponuntur et in facto consistunt, sed nihil probant. Unde nisi aliter hoc declararetur sicut nec fuit hactenus | declaratum, talia dicere nihil aliud est quam dicere quod credendum est theologiam esse veram et proprie dictam scientiam propter auctoritatem sanctorum et non habere de hoc aliam certitudinem, quod est insufficienter dictum. Si tamen possibile est de istis habere evidentem certitudinem non quidem solum per gratiam specialem quam Deus potest aliquibus facere per miraculosam aliquam revelationem, sed per studium et humanam investigationem, qualis est modus communis scientiam acquirendi ; cum enim communiter homines dent se studio theologiae sicut studio aliarum scientiarum et non plus sint orbati vel deficientes quam alii qui dent se studio in aliis scientiis, in his quae ex parte discipulorum requiruntur, nec debet supponi quod Deus eis [5] deficiat in his quae ad hanc scientiam habendam secundum cursum communem ab ipsos sunt exhibenda, licet ex speciali privilegio possit illam et etiam alias scientias sine [6] studio aliter infundere, sicut fecit Apostolis vel Salomoni et uni plus quam alii ; supponendum | tamen est quod saltem hi, qui digni reputantur magistrari in tali scientia, habent de credibilibus saltem competenter illam evidentem notitiam, quae nata est haberi secundum cursum communem. Immo etiam cum aliquis debet licentiari, de hoc debet magister testimonium dare licentiando. Quomodo ergo honeste potest dicere magister huiusmodi scientiae hanc scientiam esse veram scientiam solum ex hoc, quia sancti videntur hoc dicere ? Ex hoc enim solum poterit vere dicere se credere hoc esse verum ; sed nesciet ita esse, quia etiam nesciet se habere talem notitiam, quia in nulla conclusione hoc posset ostendere. Debet enim ille, qui huiusmodi scientiae reputat se esse magistrum, scire se competenter habere evidentiam notitiae quae in hac scientia convenienter est nata haberi; licet ex humilitate debeat | dicere se illam habere minus sufficienter quam haberi possit et quam habet esse in aliis ; alioquin dicere quod theologia est vere et proprie dicta scientia, quia sancti hoc dicunt, sed illam qui magistri dicuntur non habent, qui tanto tempore in ea laboraverunt, derisibiles videntur et per hoc magis

Cod. P fol. 209 Va

Cod. C fol. 99 Rb

Cod. P fol. 209 Vb

[1] irrationalibus C. — [2] scientia *add.* C. — [3] *om.* VP. — [4] quod C. — [5] sufficiat *add.* P. *postea del.* — [6] cum C.

Digitized by Google

retrahentur homines ab amore huius scientiae et ab audiendo eam quam dicendo quod non est proprie dicta scientia. Est tamen habitus habens talem evidentiam qualis supra dicta est et ad[1] qualem magistri possunt communiter pervenire ; et hoc quidem valde magnum et desiderabile debet reputari. Et est supponendum quod, licet unus habeat hanc evidentiam multo perfectiorem quam alius et quod sancti habuerunt illam abundantius quam alii, est tamen notitia sive evidentia quae communiter a doctoribus huiusmodi scientiae habetur eiusdem rationis, licet sic vel sic variabilis secundum perfectius et imperfectius. Dicere enim quod immo alia notitia est possibilis secundum vitam praesentem per studium theologiae[2] et alterius rationis quam illa quae a doctoribus communiter habetur, licet nulli vel pauci ad hanc possunt pervenire, et dicere quod ad eam non pervenitur nisi detur lumen speciale supra lumine fidei ut sic possit dici contrarium dicentibus quod hanc evidentiam non attingent nec in ea possunt esse doctores eo quod tale lumen non habent, hoc plane videtur figmentum ; et sic posset homo fingere faciliter circa multa.

Cum ergo quaeritur quae scientia magis proprie sit dicenda scientia vel theologia vel naturalis, si fiat ius[3] de proprietate vocabuli habituum intellectualium quorum quidam dicuntur proprie scientia, quidam sapientia, quidam intellectus, quidam ars, cum scientia sit proprie de rebus mutabilibus et materialibus, habitus autem qui est de supernis et aeternis proprie est sapientia, patet quod scientia naturalis proprie est scientia. Sed scientia theologiae est scientia quae est proprie sapienta ; sed hoc non excludit ipsam communiter
Cod. P fol. 210 R[a] loquendo posse dici scientiam. Supponendo | ergo quod haec et illa possit dici scientia, cum ad scientiam requiratur evidens notitia et certa, et ubi est maior et perfectior certitudo evidentiae, illa magis proprie videtur esse scientia, patet quid secundum praecedentia in proposito est dicendum. Quia illa notitia, quae ratione perfectioris[4] suae[5] evidentiae excludit fidem vel opinionem, est certior quantum ad evidentiam quam illa quae stat cum fide vel opinione. Hoc enim est propter defectum evidentiae quam facit debilitas rationum quod de eo, ad quod tales rationes inducuntur, fides vel opinio habeatur. Haec enim obscuritatem important distinctam contra evidentiam quam facit ratio sufficienter efficax ad aliquid secundum se concludendum, licet fides, de qua loquimur et a Deo est infusa, cum obscuritate habeat certitudinem adhaesionis quam non habet opinio humanitus acquisita. Unde habitus qui stat cum fide non differt ab habitu qui dicitur opinio secundum rationem certitudinis evidentiae, sed solum secundum rationem

[1] *om.* PV. — [2] *om.* C. — [3] vis C. — [4] prefectionis VC. — [5] perfectionis suae] suae perfectoris P.

Digitized by Google

certitudinis [1] ahdaesionis quam non habet ex virtute rationum, sed ex habitus fidei efficacia. Sed notitia de naturalibus talis habetur quae excludit fidem vel opinionem, ut patet [2] in pluribus conclusionibus in scientia naturali demonstratis. Notitia autem, quae habetur de theologicis, fidem non excludit, quia non est dare aliquam conclusionem quae sic scitur ; quare et cetera. Item, cum certitudo evidentiae de conclusione sumatur ex evidentia eorum a quibus sumitur ratio ad illud notificandum secundum quod ad illud inducitur, nunc autem in naturalibus magis quam in theologicis contingit quod ea a quibus sumuntur rationes ad aliquid ostendendum, secundum quod ad hoc inducuntur, maiorem habent facere evidentiam de eo ad quod inducuntur, quam ea, ex quibus sumuntur rationes in theologicis, faciant de illis ad quae inducuntur secundum quod huiusmodi. Ergo maior est | certitudo evidentiae in naturalibus quam in theologicis. Maior patet. Minor declaratur : quia in naturalibus accipiuntur ratio | nes ex his quae sunt propria scientiae et habent determinatam habitudinem et proprotionem ad ea ad quae inducuntur secundum quod ad ipsa inducuntur ; et sic, cum ipsa sint secundum se nota et aliis notiora et illis proportionata, possunt [3] de illis facere certitudinem evidentiae perfectam secundum quod ex eis sumuntur rationes ad illa ostendenda. Cum enim in scientia naturali sit subiectum corpus mobile secundum quod mobile, principia in illa non sumuntur a rebus, quae sunt extra genus talis entis, sed sumuntur ex aliquibus apparentibus secundum sensum ex quibus format intellectus propositiones per se notas et ex illis procedit ad investigationem ignotorum secundum habitudinem quam habent ad invicem. Videmus enim ad sensum aliqua moveri vel transmutari et non omnino perimi; et ideo quia unum contrarium non sit aliud, oportet ponere subiectum commune ; et sic oportet ponere quaedam tria, scilicet duo contraria et subiectum aliud. Sed quae et qualia sunt illa secundum propriam rationem, quae sunt principia subiecti scientiae, scilicet rerum naturalium, non proprie ipsius scientiae ; et quomodo se habent ad invicem in speciali, hoc non statim est notum sive manifestum, sed requirit multam investigationem. Et circa hoc bene sunt contrariae opiniones, quia non ad hoc omnes bene procedunt ex notioribus, sicut deberent. Immo etiam aliqui inveniuntur sic corrupti quod principia omnino prima negant, contradictoria etiam explicite concedendo. Sed in theologia sumuntur rationes ad ostendendum credibilia ex his quae non habent sic determinatam habitudinem et proportionem ad illa, quia [4] dicuntur supernatuarlia respectu eorum ; credibilia enim excedunt facultatem naturalis rationis non solum ut sunt aliquid secundum se, sed etiam ut accipiuntur ex habitudine ad ea quae nobis possunt esse naturaliter [5]

Cod. C fol. 99 Va

Cod. P fol. 210 Rb

[1] evidentiae-certitudinis] *om.* VP. — [2] *om.* C — [3] potest C. — [4] quae C. — [5] esse naturaliter] naturaliter esse C.

Digitized by Google

nota et ex quibus sumuntur rationes ad ipsa. Quamvis enim Deus secundum
Cod. P fol. 210 Va se excedat facultatem naturalis rationis, et ideo, ut in | se habet esse, non
potest capi ab intellectu ex naturali facultate, tamen ut consideratur in
habitudine quam habet ad creata, secundum quod in philosophia de ipso
consideratur, non excedit facultatem naturalis rationis. Sed hoc contingit de
trinitate personarum et ideo, licet ex creaturis possunt sumi rationes suffi-
cienter facientes evidentiam de Deo secundum quod unus, quia ut sic habent
entia quandam habitudinem determinatam ad ipsum ; tamen in creaturis non
possunt sumi rationes efficaces ad faciendum evidentiam de ipso secundum
quod est trinus, quia habitudo, quam habent ad Deum, ut sic non est deter-
minata et manifesta ; et cetera. Ergo videtur quod theologia sit minus proprie
scientia quam naturalis non tantum propter hoc, quia scilicet habet eviden-
tiam quae requiritur ad scientiam, sed minorem quam naturalis, — immo
etiam quia nec habet evidentiam quae requiritur ad illam scientiam quae
debet dici proprie scientia. Propter quod [1] dicendum esset illis, qui dicunt
modo supradicto theologiam esse scientiam proprie dictam, dicentes hoc [2]
se credere, quia infinitae auctoritates sanctorum quibus in hoc credendum
est videntur[3] hoc dicere, quod non est ita. Immo nec una sola auctoritas viri
magnae auctoritatis invenitur per quam possit hoc evidenter persuaderi.
Sed omnes auctoritates, quae videntur dicere theologiam esse vere et proprie
scientiam secundum modos suprapositos et secundum alios, possunt conve-
nienter exponi.

Sed etiam si posset dici proprie scientia, adhuc videtur quod debet dici
minus proprie scientia quam naturalis quantum ad hoc quod minus perfectam
notitiam evidentem habet quam etiam naturalis. Hoc enim ostenditur ex
comparatione unius scientiae ad aliam ; quia constat quod ea ex quibus
rationes sumuntur ad ostendendum theologica ut plurimum pertinent ad [4]
scientiam naturalem. Romanos, quinto : invisibilia Dei, per ea quae facta
sunt intellecta, conspiciuntur. Et hinc etiam dicit Augustinus (1), De Vera
Cod. P fol. 210 Vb Religione : non frustra et inaniter | intueri oportet pulchritudinem caeli et
ordinem stellarum, lucis et candorem, vim seminum, species numerosque
gignentium et cetera ; in quorum consideratione non vana et peritura curio-
sitas, sed gradus est ad immortalia faciendus [5]. Patet etiam in [6] singulis quae
ad fidem pertinent inducendo, quod ad ea declaranda vel notificanda sumun-
tur rationes ex rebus quae pertinent ad philosophiam naturalem. Unde
Cod. C fol. 99 Vb Augustinus | totum librum suum De Trinitate ad investigandum veritatem

[1] *om.* C. — [2] in *add.* C. — [3] in *add.* C. — [4] a C. [5] faciendum C. — [6] *om.* P.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Vera Religione*, c. XXIX, 52. (PL., t. 34, col. 145.)

Digitized by Google

circa trinitatem personarum fundat super his quae ad animam pertinent humanam. Aut ergo talia sunt scita aut non. Si non, ergo nec potest aliquid ex eis notum fieri et sic in theologia non haberetur de talibus aliqua scientia. Si sic, cum illud per quod aliud notificatur secundum quod huiusmodi debeat esse notius, oportet dicere illa [1] esse notiora. Quomodo ergo dicere possunt aliqui quod theologia est proprie et perfecte scientia per certitudinem evidentiae, non sic autem scientiae naturales, non video, cum oporteat theologica notificare per manuductionem creaturarum de quibus consideratur in scientiis physicis ; non enim theologia tradit notitiam creaturarum per se, ex quibus sumuntur declarationes theologorum ; et ideo oportet illorum notitiam habere per inventionem [2] vel per doctrinam eorum [3] qui [4] praecipui fuerunt in tractando talia. Sic [5] enim bene dicta a philosophia accipere possumus in hac scientia, non quia dixerunt, sed quia vera sunt et veritatem in eis declaraverunt. Unde dicit Augustinus (1), De Doctrina Christiana : philosophi si quae [6] vera dixerunt, ab illis in usum nostrum accipienda sunt.

Per praedicta patet responsio ad obiecta. Nam cum dicitur quod communiter conceditur quod theologia est scientia, dicendum quod verum est eo modo quo hoc expositum est. Cum subditur quod naturalis philosophia non est scientia, quia principia illius non sunt per se nota, dicendum quod alia sunt principia scientiae et alia scibilis [7]. Principia autem | scientiae naturalis sunt per se nota, non autem scibilis, ut declaraum est et ut patet consideranti processum philosophi in scientia naturali. Cod. P fol. 211 Ra

Ad aliud dicendum quod scientia theologiae non procedit ex principiis certioribus [8] certitudine evidentiae, quae tamen requiritur ad notitiam quae dicitur proprie scientia. Et cetera.

Explicit nonum quodlibet.

[1] alia C. — [2] per inventionem] *om.* C. — [3] *om.* C. — [4] quae VP. — [5] talia sic] *om.* P. — [6] qua VC. — [7] principia-scibilis] *om.* C. — [8] *om.* C.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Doctrina Christiana*, l. III, c. XL, 60. PL.(, t. 34, col. 63.) Refertur sententialiter.

Digitized by Google

Digitized by Google

CORRECTIONS ET ADDITIONS

Page 191, Cod. V, fol. 151 R[a], *corrigez :* Cod. C, fol. 86 V[b] ;
» 193, *l.* 15-16, *lisez :* causalitatem sub ;
» 202, *l.* 4, *au lieu de :* asinus est ens, *lisez :* asinus ut ens ;
» » *l.* 25 » : ipsius, Dei, » : ipsius Dei ;
» 204, *l.* ultima, *au lieu de* : essentia, est in causa, *lisez :* essentia, ut in causa ;
» 205, *l.* 5, » : rei, » : res ;
» 210, *variante* 19, *lisez :* om. 1[a] m. C. — ;
» 211, *l.* 18, *au lieu de :* eius, quare, *lisez :* eius quare ;
» 212, *l.* 18, » : quod elevata, » : quod, elevata ;
» » , *l.* 19, » : modum ipsa, » : modum, ipsa ;
» *note* 2, *lisez :* orthodoxa ;
» 217, *l.* 28, *lisez :* consideratio : una ;
» 218, *l.* 10, *au lieu de :* conversio *lisez :* converso ;
» 224, *l.* 16, » : subiectia » : subiecta ;
» 225, *l* 18-19, » : recto, modo » : recto modo ;
» 227, *l.* 6-7, » : Non, tamen » : Non tamen ;
» 229, *en marge,* Cod. P, 192 R[a], *corrigez :* R[b] ;
» 232, » Cod. C, fol. 92 V[b], » : R[b] ;
» 232, *note 3, corrigez* Venitiis *en* Venetiis ;
» 237, *corrigez tous les exposants dans le texte selon l'ordre suivant :*
1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 etc.... ;
» 242, *variante* 4, *lisez :* cognoscere ;
» 248, *l.* 10, *corrigez* perfecta *en* perfecte ;
» 257, *l.* 28, » metiriorum *en* meritorium ;
» 258, *l.* 18, » supernaturale *en* super naturale ;
» 261, *l.* 6, » rteinere, *en* retinere ;
» 265, *note 1,* » pan. *en* pen. ;
» 269, *l.* 10, » prior *en* peior ;
» » *l.* 28, » intructionem *en* instructionem ;
» 274, *l.* 2, » possibile *en* possibili ;
» 277, *l.* 5, *placez virgule entre* denominationem *et* ita ;
» 278, *l.* 30, » trait vertical | *entre* intelli *et* gi ;

Digitized by Google

Page 279, *l.* 7,	*au lieu de :*	habeat,	*lisez :*	habea*n*t ;
» » *l.* 8,	» :	enunciatur,	» :	enuncia*n*tur.
» 284, *l.* 27,	» :	indicatur,	» :	inducatur ;
» 285, *l.* 5.	» :	ipsarom,	» :	ipsarum ;
» 286, *l.* 9,	» :	ab,	» :	ad ;
» 289, *l.* 22,	» :	ipsos,	» :	ipso ;
» 291, *l.* 37,	» :	supernatuarlia,	» :	supernaturalia.

SIGLES : Cod. V = n° 14311, lat. Bibl. nat. Paris.
Cod. P = n° 15842, » » » »
Cod. C = n° 170, Pembroke College, Cambridge.

Digitized by Google

Les Philosophes Belges

Textes et Etudes

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de Maurice De Wulf

TOME IV, FASCICULE III

LE DIXIÈME QUODLIBET

DE GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS
DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

LOUVAIN
ÉDITIONS DE L'INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE
2, PLACE CARDINAL MERCIER, 2
—
1931

Digitized by Google

OUVRAGE PUBLIÉ AVEC LE CONCOURS

DE LA FONDATION UNIVERSITAIRE DE BELGIQUE

Digitized by Google

QUODLIBETUM DECIMUM

QUAESTIO I

Utrum in producendo universum magis principaliter intendent Deus partes magis principales quam minus principales

[Cod. C, fol. 100 R[a], Cod. R, fol. 160 R[a], Cod. Q, fol. 118 R[a]] Quaerebatur [1] circa Deum, quantum ad est quae conveniunt sibi in comparatione ad creaturas, Primo : utrum in producendo universum magis principaliter intenderit partes magis principales quam minus principales ; Secundo : utrum posset producere in actu completo infinitum quod se tenet ex parte materiae [2] sive multitudinem aliquam [3] aliquorum entium infinitam.

Ad primum arguebatur quod Deus in producendo universum [4] magis principaliter intenderit magis principales partes, quia agentis sapientissimi et ordinatissimi est intentio ordinatissima ; Deus est agens sapientissimus et ordinatissimus ; ergo eius intentio est ordinatissima. Sed illa intentio est ordinata qua aliquis magis principaliter intendit magis principalia, et inordinata si minus principalia magis principaliter intenderet. Ergo ; et cetera.

Contra. Natura humana Christi ratione unionis ad personam [5] divinam est res eminentissima et sic principalissima inter creaturas. Sed illam non intendebat Deus magis principaliter quam alias, quia nec eam in prima rerum [6] condicione creavit nec etiam illam principaliter intendisse videtur ; quia secundum opinionem multorum **[Cod. R, fol. 130 R[b]]** si homo non peccasset, Verbum naturam humanam non assumpsisset. Quare ; et cetera.

Respondeo. Ad huius questionis solutionem est intelligendum quod Deus est causa omnium entium secundum rationem causae exemplaris, efficientis et finalis ; non sic quidem quod secundum has [7] diversas rationes realiter aliud et aliud in rebus constituatur, **[Cod. V, fol. 167 R[a]]** sed quicquid a Deo constituitur secundum quamcumque entitatem, secundum illam constituitur secundum hanc triplicem rationem causalitatis. Quia enim Deus est ens quod est purus actus, separatus et [8] immaterialis, et sic volens et intelligens, nihil agit nisi secundum ordinem suae cognitionis et sapientiae qua ordo et

Digitized by Google

distinctio rerum ab ipso producibilium comprehenditur ; propter quod in divina sapientia sunt rationes omnium rerum quas ideas dicimus, id est formas exemplares in mente divina existentes ; et ideo est causa efficiens rerum [9] non naturalis, quae [10] non agit per cognitionem, sed [11] exemplaris ; propter quod ratio efficiendi et exemplandi non respiciunt aliqua diversa in effectu. Et de hac duplici ratione causalitatis [12] dicitur, Johanne (1), primo : omnia per ipsum facta sunt ; ecce efficiens ; quod factum est in ipso vita erat ; ecce exemplar ; et cetera.

Et quia Deus est summum bonum in se sufficientissimum nullo alio indigens, sed bonitatis et perfectionis suae participationem aliis largiri potens et volens, ideo non potest aliquid [13] aliud quam ipse esse sibi finis. Ipse etiam est finis omnium bonitatem vel [14] perfectionem ab ipso participantium. Cum ergo agens intendat finem propter quem agit, alioquin ex actione agentis non magis sequeretur hoc quam aliud, nisi [15] a casu, Deus in agendo non potens intendere aliquem finem sibi acquirendum, intendit communicare suam perfectionem, quae est sua bonitas ; et unaquaeque creatura intendit suam perfectionem quae est similitudo perfectionis et bonitatis divinae, et ad illam consequendam omnia entia agunt quaecumque agunt ; hinc est quod dicitur Proverbiorum (2), decimo sexto : universa propter semet ipsum operatus est Dominus ; et Apocalipsi (3), ultimo : ego sum Alpha et Omega, primus et novissimus ; et cetera.

Quia ergo Deus producit res in esse propter suam bonitatem communicandam creaturis et per **[Cod. Q, fol. 118 R^b]** eas [16] repraesentandam, per unam autem creaturam non sufficienter repraesentari potest, constituit multas et diversas ut quod deest uni ad repraesentandam divinam bonitatem ex alia suppleatur **[Cod. C, fol. 100 R^b]**.

Et sic [17] quia totum universum perfectius participat divinam bonitatem et repraesentat quam aliqua [18] quaecumque creatura, dicitur quod magis principaliter intendit [19] Deus producere totum universum quam quamcumque creaturam specialem. Et [20] sic etiam [21] quia inter ipsas creaturas nobiliores et perfectiores eminentius divinam bonitatem et perfectionem participant et repraesentant, magis principaliter intendebat producere nobiliores et perfectiores quam alias.

Distinguendum est tamen de hoc quod dicitur magis principaliter intendere, quia cum in Deo non sint aliqui gradus reales distincti nec gradus essentiales diversi secundum formas sive secundum speciem nec gradus intensionis vel remissionis diversi secundum magis et minus, non potest poni quod in Deo fuerit secundum huiusmodi [22] gradus quaedam intentio magis principalis **[Cod. R, fol. 160 V^a]** respectu unius et alia minus [23] principalis respectu alterius. Sed hujusmodi [24] diversitas realis referenda est ad creaturam ut dicatur quod [25] una et eadem intentione secundum rem intenderit Deus omnia quaecumque creavit sed secundum quod est diversitas secundum gradus per-

Digitized by Google

fectionum in rebus et unus est principalior et perfectior alio et unus bene ordinatur ad alium, secundum hujusmodi gradus et ordines magis vel minus principales sunt res per divinam sapientiam et bonitatem constitutae, licet una reali intentione sicut et si pluribus et diversis intentionibus essent intentae ; et pro tanto dicitur Deus hanc creaturam magis principaliter intendere quam illam sicut etiam [26] cum Deus det gratiam et gloriam, quia gloria est **[Cod. V, fol. 167 R[b]]** quid perfectius et gratia ad illam ordinatur ; secundum hoc potest dici quod magis principaliter intendit rem nobiliorem et perfectiorem sicut dicitur magis principaliter intendere dare gloriam quam gratiam.

Ad argumentum in oppositum secundum ponentes quod filius Dei [27] non fuisset incarnatus si homo non peccasset, est dicendum quod si loquamur de his quae Deus intendisset in productione universi simpliciter et absolute, sic intendisset perfectionem universi secundum partes ipsius in ordine ad suas perfectiones ad quas per se et appetitu naturali ordinantur sic quod sine illis essent imperfectae, quia carentes perfectione ad quam haberent naturalem inclinationem, licet ad consecutionem quarundam perfectionum suarum quaedam creaturae auxilio supernaturali divino, puta : rationalis creatura respectu gratiae et gloriae, indigerent et sic quidem intendisset hominem sicut et angelum in ordine ad perfectionem gloriae ad quam etiam, quia (gratia) [28] requiritur et praeexigitur illam intendisset. Sed quia ad hoc simpliciter et absolute non requiritur incarnatio, ideo nec fuisset intenta. Secundum hanc etiam [29] considerationem non intendit Dominus omnem perfectionem ad quam natura creata [30] est in potentia quocumque modo ; sed secundum ordinem ad perfectionem suae naturae secundum se modo praedicto per-se convenientem. Constat enim quod natura angelica est assumptibilis ; et etiam secundum aliquos natura irrationalis de potentia Dei absoluta. Nec tamen hoc Deus dicitur intendisse. Sed quia talis perfectio ut quodammodo accidentalis et non ex naturali inclinatione rei per se conveniens sed ex ordine quodam [31] singulari a Deo sic aliquam creaturam propter aliquid aliud elevante [32], nec dicitur angelica natura propter hoc remanere imperfecta, licet non sit assumpta, sicut diceretur remanere imperfecta si gloriam non assequeretur, ideo pro tanto non dicitur Deus [33] rem talem simpliciter et absolute principaliter et propter se intendere, sed quasi occasionaliter et propter aliud. Si enim hoc pertineret sic principaliter [34] et per se ad perfectionem universi et partium eius quod aliqua natura sic assumeretur et fieret talis assumptio principaliter propter ipsius naturae perfectionem, eadem ratione quaelibet alia assumptibilis assumeretur, sicut quaelibet anima beatificatur in qua non fuerit impedimentum, quia ad hoc per se et secundum appetitum naturalem, licet imperfecte, sine gratia inclinatur. Si vero loquamur de his quae Deus intendit in productione universi non solum secundum considerationem praedictam absolutam sed ex suppositione lapsus quem praevidit **[Cod. C, fol. 100 V[a]]**, sic intendebat productionem naturae humanae assumendae ; et potest dici quod magis princi-

Digitized by Google

paliter ratione dignitatis **[Cod. R, fol. 160 V^b]** excellentissimae sibi ex unione convenientis, minus principaliter tamen, quia quasi occasione aliorum et per se et principaliter intentorum illud [35] intendebat propter quod non debuit talis res produci in prima rerum productione sed magis post lapsum hominis propter cujus reparationem est instituta.

[1] Incipit decimum quodlibet magistri godfredi de fontibus *praemisit* C; — item R, *omissis tamen* magistri — de fontibus; — incipit decimum quodlibet godefiedi de fontibus *ima parte folii scripsit* Q. — [2] quod — materiae *om.* PV. — [3] aliquarum PV. — [4] non *add.* Q; *postea del.*; — [5] *del.* C. — [6] regum CR. — [7] his CR. — [8] *om.* CRQ. — [9] *om.* R. — [10] quia C. — [11] propter *add.* Q; *postea del.* — [12] casualitatis PV. — [13] ad CR et *add.* CR. — [14] etiam *add.* C. — [15] incipit decimum quodlibetum godefridi de fontibus *ima parte folii* 118 R^b *scripsit* Q. — [16] sicut CRQ. — [17] alia PV; vel qua *in margine scripsit* PV. — [18] intendat R. — [19] *om.* PV. — [20] sic etiam] sic in C. — [21] huius CR. — [22] magis *l^a man.* R; *postea del.* — [23] huius PV. — [24] quia R. — [25] etiam *om.* C. — [26] *om.* Q. — [27] gratiam CQ. — [28] et CQ. — [29] creatura C. — [30] naturali *add.* Q; *postea del.* — [31] elevate CPV; elevantem RQ. — [32] *om.* Q. — [33] *om.* QR. — [34] id. RQ.

(1) *Evangelium Iohannis* I, 3. — (2) *Prov.*, XVI, 4. — (3) *Apoc.*, XXII, 13.

QUAESTIO II

Utrum Deus posset producere in actu completo infinitum quod se tenet ex parte materiae sive multitudinem aliquorum entium infinitam

Ad secundum arguitur quod Deus posset producere in actu completo infinitum sive multitudinem aliquorum infinitam [1]; quia [2] quod non repugnat enti sive rationi entis a Deo potest causari. Sed tale [3] infinitum non repugnat enti sive rationi entis; quia differentia non repugnat illi cujus est differentia [4], sed magis ipsum [5] contrahit et determinat. Sed infinitum est differentia entis. Ergo; et cetera.

Praeterea, illud ad quod materia est in potentia non [6] repugnat rationi entis. Sed materia est in potentia ad infinitum. Ergo; et cetera.

Contra. Illud quod repugnat rationi entis Deus non potest producere. Sed infinitum repugnat rationi entis, quia illud repugnat rationi entis [7] quod non potest existere [8]. Sed communiter ponitur quod tale infinitum **[Cod. P, fol. 212 R^b]** non potest existere; quare nec a Deo produci potest.

Respondeo. Dicendum quod duplex est multitudo: quaedam secundum **[Cod. V, fol. 167 V^a]** formam et speciem, alia secundum materiam et nume-

Digitized by Google

rum. Quantum ad primam multitudinem magis planum est quid dicendum quam quantum ad secundam. Nam secundum aliquos infinitas secundum talem multitudinem nullomodo potest poni nec in actu completo, quod quidem ab omnibus conceditur, quia cum talia entia differant per se et formaliter et secundum diversos gradus formarum et perfectionum quas important, talia inter se ordinata sunt [9] per se [10] essentialiter secundum suas essentias proprias, cum formae rerum essentiales, secundum Philosophum (1), numeris [11] comparentur ; nunc autem in infinito non [12] potest poni ordo, quia nec primum nec ultimum nec medium ; quare et cetera.

Sed eadem ratione potest argui quod nec in actu permixto potentiae, immo etiam nec in sola potentia agentis possunt poni talia infinita ; quia nec Deus qui agit per cognitionem videtur posse intelligere talem multitudinem infinitam rerum secundum diversos gradus naturae inter se ordinatarum, quia ea quae ordinem habent ad invicem non possunt aliquo intellectu perfecte comprehendi, nisi intelligatur quod est primum, medium [13] et ultimum in eis ; quae repugnant [14] rationi infiniti. Quare ; et cetera.

Item arguitur sic : quoniam, prout docet Philosophus (2), tertio Physicorum, ideo in appositione secundum magnitudinem non est processus in infinitum, quia hoc est ire ad actum completum et [15] ad formam et ad totum [16] perfectum ; hoc autem est intentum principaliter a natura et ab actore naturae ; nunc autem intentio naturae non potest **[Cod. Q, fol. 118 V^b]** esse frustra ; et ideo si hoc esset possibile, esset corpus actu infinitum secundum Philosophum, vel [17] saltem posset esse, quia hoc summae rationi entis congrueret et nullomodo repugnaret, ita etiam videtur in proposito. Quod si non esset status et terminus in formis [18] et perfectionibus entium quae important actualitatem completam **[Cod. P, fol. 212 V^a]** et perfectionem simpliciter, ipsa esse in actu completo non repugnat entitati, quia eis non convenit ratio entis secundum actum necessario potentiae permixtum ; quare possent esse in actu terminato. Hoc autem non potest esse, ut dictum est. Videtur ergo quod talia infinita nullomodo habeant vel habere possunt esse.

Sed quia de tali infinito proprie non est praesens opus, ideo de hoc nihil amplius hic **[Cod. R, fol. 161 R^a]**. Sed quia in alia multitudine non consistit huiusmodi ordo, quia quae solo numero ad invicem differunt non includunt diversos gradus formales et essentiales secundum quos inter se et etiam in universo per se et essentialiter ordinentur, sed omnia unum gradum [19] perfectionis per se important, et accidit in [20] talibus entibus quibus scilicet convenit multiplicari sub una specie quod sint actu plura vel pauciora sive sub quocumque numero determinato, ideo non sic apparet utrum infinitas actualis, **[Cod. C, fol. 100 V^b]** actu scilicet completo et terminato in talibus [21] repugnet rationi entis. Ad hoc etiam per se non extendit [22] Philosophus (3) rationes suas, quia etiam [23] ibi dicit quod questio an infinitum sit in mathematicis quantitatibus, scilicet quae abstrahuntur a materia sensibili et in rebus intel-

Digitized by Google

ligibilibus quae non habent magnitudinem, est magis universalis quam requirat [24] sua consideratio quam ibi intendit ; quia, prout dicit (4), sua intentio est de rebus sensibilibus utrum in eis sit corpus infinitum in [25] augmentum sive secundum magnitudinem, verumtamen per ea quae occasione suae intentionis principalis dicit de infinito potest patere veritas quaesiti.

Et ideo ad huiusmodi [26] eviden **[Cod. V, fol. 167 V^b]** tiam [27] est intelligendum quod quamvis de infinitis secundum multitudinem rerum materialium et sensibilium magis appareat quod in eis non possit esse infinitum in actu, et rationes Philosophi (5) ad hoc possunt facere, si enim Deus facere posset infinitos **[Cod. P, fol. 212 V^b]** ignes in actu, ex omnibus posset constitui unus ignis infinitus, verumtamen de omni multitudine distinctorum secundum numerum sive sint materialia sive immaterialia videtur posse dici quod nulla potest sic esse infinita [28]. Ad huius evidentiam primo accipio quod illud quod est de ratione infiniti secundum quod de eo loquitur Philosophus (6), tertio Physicorum, est etiam de ratione infiniti in multitudine de qua loquimur, scilicet quod infinitum est ens in potentia, sic scilicet quod infinitum non potest esse in actu completo et [29] determinato, ut scilicet natum sit esse totum simul id secundum quod infinitum dicitur ens in potentia, sed in actu semper potentiae permixto et ut secundum successionem ut una pars eius sit post alteram. Et ex isto sumitur ratio sive diffinitio infiniti, ut dicit Philosophus (7) ibidem, scilicet quod infinitum est cuius semper est aliquid extra accipere, quia est modo praedicto in potentia. Ideo facto quocumque ente sic infinito [30] in actu ad quem est in potentia, adhuc remanet in potentia ad alium actum nec unquam poterit esse totum simul acceptum. Si enim totum posset esse sic acceptum, quod scilicet totum simul esset in actu completo, iam non esset infinitum. Sic enim non remaneret aliquid accipiendum non quidem a numerante unum post aliud [31]; sic enim non intelligitur haec acceptio, sed accipiendum secundum existentiam realem ; quia scilicet nihil remaneret reducibile ad actum de illo ; et si sic esset, iam deberet diffiniri infinitum sicut quidam diffinierunt ipsum et male, ut dicit Philosophus (8) ibi, quod infinitum est extra ; quod nihil est. Haec enim est diffinitio totius et perfecti. Nullum autem carens **[Cod. Q, fol. 119 R^a]** fine est totum et perfectum ; et ideo non potest dici de infinito quod caret fine et termino quod sit id cuius nihil est extra, ut dictum est.

Ex istis autem potest propositum declarari. Et primo ex consideratione propriae rationis infiniti secundum se et respectu agentis sic : quia omnia singularia eiusdem speciei, quae scilicet nata est **[Cod. R, fol. 131 R^b]** salvari in pluribus numero differentibus, sunt [32] quasi **[Cod. P, fol. 213 R^a]** partes alicuius unius modo praedicto entis sive nati esse in actu permixto potentiae respectu cuiuscumque agentis ; quare non poterit esse [33] actu completo. Hoc autem sic declaratur : asinus enim vel lapis secundum aliquam speciem determinatam dicit aliquid unum ut sic secundum se consideratur multiplicabile-

Digitized by Google

in infinitum ex suppositione materiae quantae et divisibilitatis eius secundum successionem unum post aliud accipiendo ; unde sicut aliquod quantum signatum [34] est aliquid unum secundum numerum multiplicabile per divisionem eius in infinitum, sed non potest esse actu divisum et multiplicatum in omnia ad quae est in potentia, quia nunquam educitur de potentia in aliquem actum quin remaneat potentia ad alium actum, ut scilicet ulterius dividatur et multiplicetur ; ita etiam ab agente naturali nunquam poterunt [35] asini sic produci de potentia in actum ex materia quae est in potentia ad naturam asini, quae natura asini in infinitum multiplicabilis est dicto modo, quin semper maneat in [36] potentia ut ulterius ex ea asini producantur, quia contra rationem entis sic in potentia est quod possit esse reductio ad actum completum et terminatum, ut scilicet secundum omnes partes secundum quas nata est esse habeat [37] simul esse, sicut dicit Philosophus (9) de infinito. Et ponit exemplum de die et bello agonali. Quantumcumque enim ponatur natura asini reducta de potentia [**Cod. V, fol. 188 R**[a]] in actum secundum quantamcumque [38] multitudinem individuorum, non minus remanet secundum se in potentia, ut [39] iterum de potentia reducatur in actum secundum alia individua quam si reducta esset in actum solum secundum aliquam multitudinem modicam. Ideo patet quod ab agente naturali non potest aliquod infinitum sic esse in actu.

Sed hoc idem apparet in comparatione ad agens supernaturale. Quia licet possit producere naturalia secundum se distincta in creando distinctas naturas absque suppositione [40] materiae divisibilis ita quod multa quae posset aliquod agens [**Cod. P, fol. 213 R**[b]] producere ex aliquo substrato [41], puta : multa ligna ex uno ligno, et sic de aliis, illa posset Deus producere immediate nullo supposito; ita tamen quod sicut aliquod unum lignum secundum numerum nunquam potest [42] esse multiplicatum in infinita, sic lignum secundum se consideratum non potest intelligi sic secundum individua multiplicatum quin semper possit amplius intelligi multiplicari; et sic individua materialia sub eadem specie non possunt esse multiplicata simul in actu infinita quia, ut dictum est, naturae [43] talis speciei est quod sic nata est esse in potentia, quod nunquam potest esse in actu completo et terminato quin semper extra et ultra talia entia in actu nata sunt esse aliqua in actu quae adhuc habent esse in potentia etiam respectu Dei. Et similiter etiam dicendum est in rebus immaterialibus si ponatur quod in illis sub una specie possint esse plura supposita solo numero differentia [44]. Quod enim dicatur Deus sic eduxisse individua alicuius speciei in actu quod non remanet illa species in potentia ut plura ulterius in actum reducantur etiam ab ipso Deo, hoc omnino est irrationabile. Et sic patet quod respectu Dei non potest esse aliquid infinitum reductum de potentia in actum completum ; et sic infinitum solum natum est esse in potentia modo praedicto etiam respectu Dei. Cum ergo ens de cuius ratione est sic esse in potentia quod natum est esse in actu non totum simul sed semper permixto potentiae

Digitized by Google

non possit esse in actu completo reductum, impossibile est infinitum sic esse in actu, quod scilicet sit totaliter reductum in actum et nihil restet accipiendum extra id quod acceptum est, quia sic esse in actu repugnat, ut patet ex praedictis, rationi talis entis quod est infinitum ; sicut esse simul **[Cod. R, fol. 161 V^a^]** in actu omnes horas diei a mane usque ad no **[Cod. Q, fol. 119 R^b^]** ctem repugnat rationi entis quod est dies.

Hoc etiam patet, scilicet quod tale infinitum repugnet rationi entis si comparetur infinitum **[Cod. P, fol. 213 V^a^]** ad ipsam rationem entis in communi et ad ea quae in ipso continentur, cum tale infinitum non sit simplex et indivisibile et etiam ad genus sub quo ipsum continetur et ad entia contra quae debet ipsum intelligi divisum. Cum enim unum et ens convertantur [45], illud quod repugnat rationi unius repugnat rationi entis. Sed multitudo infinita modo praedicto repugnat rationi unius [46]; quare et rationi entis. Assumpta probatur per ea per quae Proclus (10) probat primam propositionem quae dicit : omnis multitudo participat aliqualiter uno. Dicit enim ibi [47] sic : si enim nullatenus participaret uno, neque [48] totum unum esset neque unum quodcumque multorum ex quibus multitudo ; sed esset ex aliquibus quaelibet multitudo [49] et hoc in [50] infinitum et unumquodque infinitorum esset multitudo infinita. Neque enim uno nullatenus participans neque secundum totum seipsum neque secundum unumquodque eorum quae sunt in ipso omniquaque [51] infinitum erit, et secundum omne, nam multorum unumquodque quodcumque acceperis si non unum sed multa ex infinities [52], infinitis erit unumquodque. Hoc autem impossibile. Neque enim ex infinities infinitis est aliquod entium. Infinito enim amplius non est. Quod autem ex omnibus unoquoque amplius.

Et in hoc videtur concordare ratio quam aliqui ad hoc inducunt, scilicet quod totum non esset maius sua parte, quia **[Cod. V, fol. 168 R^b^]** si ab infinita multitudine auferatur aliqua multitudo determinata remanebit nihilominus multitudo infinita. Sed infinito non est maius infinitum. Quare et cetera.

Ad hoc idem intendit ratio quaedam Aristotelis (11), tertio Physicorum, qua probat quod non potest aliquod corpus mixtum esse compositum ex elementis quorum quodlibet sit infinitum ; quia cum quodlibet corpus infinitum habeat omnes dimensiones, scilicet secundum longitudinem, latitudinem et profundum **[Cod. P, fol. 213 V^b^]** et inferius [53] et in omnem partem non potest ex pluribus infinitis aliquid unum componi ; quia quodlibet totum occuparet ; et cetera. Similiter potest dici in proposito, scilicet quod non potest esse aliqua multitudo ex pluribus multitudinibus infinitis constituta, quia quaelibet [54] multitudo infinita omnem multitudinem occupat et includit ; et cetera.

Nec sufficeret dicere quod omnis multitudo participat uno, quia ratione subiectorum multitudinis participat uno, id est, una ratione substantiae et secundum genus et secundum speciem ; et etiam quia quodlibet secundum se est unum secundum suppositum vel numerum, puta quia omnia sunt unum [55] secundum speciem prout participatione speciei plures homines sunt

Digitized by Google

unus homo. Immo oportet quod [56] etiam ratione multitudinis participat uno, ut scilicet sit una multitudo secundum unitatem generis, speciei et individui. Sed hoc repugnat multitudini infinitae, ut declarat probatio Procli (12). Ex quo ulterius patet quod, licet plures homines participatione speciei sint unus homo, quia pluralitati determinatae [57] unitas et entitas secundum rationem multitudinis non repugnat, tamen infiniti homines nullius participatione sunt unum, quia huiusmodi multitudini unitas nullo modo convenit, ut dicta [58] probatio manifestat. Cum etiam omne ens causatum [59] in aliquo genere contineatur **[Cod. R, fol. 161 V^b]** vel ad genus aliquod reducatur, oportet quantamque multitudinem reduci ad quantitatem discretam [60]. Sed nihil est in genere quod [61] non [62] sit in aliqua specie. Ergo oportet quantamcumque [63] multitudinem sub aliqua specie numeri contineri : sed quaelibet species **[Cod. Q, fol. 119 V^a]** numeri est finita et nulla infinita [64]; quare et cetera.

Nec obstat si dicatur quod hoc non videtur concludere in multitudine entium immaterialium, supposito quod sub una specie possint esse plura individua solo numero differentia [65] quia [66] plures angeli et plures animae non numerantur proprie numero quantitativo, quia secundum illum proprie solum [67] materialia in quibus est quantitas **[Cod. P, fol. 214 R^a]** continua numerantur, quia licet talia entia si ponantur non specie sed solo numero differentia [68], non numerentur numero qui est accidens reale per additionem se habens ad numerata in quibus non est accidens quod est quantitas ; tamen aliquo numero oportet omnia numerari numero etiam determinato secundum quandam analogiam ad numerum quantitativum [69], quamvis unum ex cuius multiplicatione sumitur talis numerus, non addat rem aliquam super unum quod convertitur cum ente. Etenim licet numerus substantiarum etiam specie differentium [70] non sit secundum huiusmodi unitates, quae sunt principium numeri quantitativi, tamen homo et asinus dicuntur duae substantiae sive duo secundum substantiam ; et etiam intelligentia, cum intelligentiae [71] etiam specie differentes sunt duae intelligentiae. Et de multitudine huius consimiliter potest argui sicut de alia [72] quae vere et proprie est multitudo secundum quantitatem scilicet quae est multitudo [73] determinata ad speciem talem vel talem, prout bene [74] dicitur quod numerus intelligentiarum est maior vel minor quam numerus caelorum ; et numerus [75] in eis dicitur secundum binarium, ternarium, et sic de aliis. Licet ternarius numerus in materialibus addat aliquid ad subiectum, non sic in separatis. Sufficit enim quod numerus in eis sic sumatur ad ostendendum propositum [76]. Huic [77] simile dicit Philosophus (13), tertio Physicorum. Arguens enim quod impossibile est esse locum infinitum [78], dicit quod esse in loco et esse in aliquo loco convertuntur sicut esse hominem et esse aliquem hominem, et esse quantitatem et esse aliquam quantitatem. Et potest addi et esse multitudinem et esse aliquam multitudinem. Et sicut ponendo quantitatem infinitam sequitur, secundum Philosophum (14) ibidem, aliquam quantitatem **[Cod. V, fol. 168 V^a]** esse infinitam, et si aliqua quantitas est

Digitized by Google

possibilis infinita, illa est bicubita vel [79] tricubita ; ita potest in proposito adaptari. Cum etiam sub multitudine generali, ut dictum est, oportet quantamcumque [80] multitudinem [81] contineri et sic multitudo dividitur in infinitum et in finitum, oporteret **[Cod. P, fol. 214 R^b]** inter istas esse aliquam comparationem vel habitudinem ; sed infiniti ad finitum [82] nulla est habitudo ; quare nulla est talis divisio.

Ad argumentum primum in oppositum est dicendum quod infinitum non est differentia entis nisi sub hac ratione, quod scilicet sit ens habens esse in actu dicto modo permixto potentiae ; et sic esse infinitum non repugnat rationi entis. Sed alio modo non est differentia entis ; immo repugnat rationi entis.

Ad aliud dicendum quod illud quod est in potentia materiae non repugnat rationi entis eo modo quo est in potentia materiae ; sed infinitum est in potentia materiae secundum quantitatem in infinitum divisibilem secundum actum modo supradicto potentiae permixtum ; et aliter non est in potentia materiae ; et ideo si aliter ponatur infinitum hoc repugnat rationi entis.

[1] et probatur ergo sic *add. in marg. alia m.* Z. — [2] om. Z. — [3] in *add.* RQ. — [4] differentiam Z. — [5] magis ipsum] ipsum magis Z. — [6] *om.* Z; *suppl. alia m.* Z. — [7] quia illud — entis] *om. 1ª m.* V; *add. in marg. alia m.* V. — [8] deus non potest — existere] *om. 1ª m.* R; *in marg. add. alia m.* R. — [9] *om.* PCRQZ. — [10] et *add.* Z. — [11] secundum — numeris] *om.* Q. — [12] *om. 1ª m.* C; *deinde* non *supra* litt. O *add. alia m.* C. — [13] medium *add.* Q. — [14] repugnat PC. — [15] *om.* PC. — [16] et *add. marg. 2ª m.* V. — [17] ut Z. — [18] firmis Z; *postea del. et in marg. corr.* Z. — [19] perfectionis *add.* Z. — [20] *om.* PCRQZ. — [21] in talibus *om.* PC. — [22] tendit Z. — [23] *om.* Q; in PC. — [24] *om.* PCRQ. — [25] an Z. — [26] eiusmodi PC. — [27] evidentia PC. — [28] et *add.* PCQZ. — [29] de *add.* Z; *postea del.* — [30] ente — infinito] *om.* RQ. — [31] alterum R; alium Q. — [32] et R. — [33] in *add.* Q. — [34] significatum PV. — [35] proterunt PVQ. — [36] materia *add.* V. — [37] hanc RQ. — [38] quamcumque V. — [39] et PRQ. — [40] supponere P. — [41] substracto. — [42] poterit PQ. — [43] natura R. — [44] et similiter — differentia] *om.* RQ. — [45] convertatur PQ. — [46] repugnat — repugnat rationi unius] *om.* R. — [47] enim ibi] autem Q. — [48] nec R. — [49] sed — multitudo] *om.* R. — [50] *om.* V. — [51] omni quacumque V. — [52] et *add.* V. — [53] et inferius *add.* Q; *postea del.* — [54] qualibet P. — [55] idem V. — [56] *om.* V. — [57] determinata R; determinate *corr.* R. — [58] manifestatio *add.* Q; *postea del.* — [59] tantum PQ. — [60] distinctam PQ. — [61] *om.* RQ. — [62] nisi PRQ. — [63] quantumcumque P. — [64] et — finita] *om.* RQ. — [65] supposito — differentia] *om.* RQ. — [66] quia PRQ; vel quod *add. in marg. 2ª m.* V. — [67] *om.* Q. — [68] si — differentia] *om.* RQ. — [69] ad numerum quantitativum] numero quantitativi RQ. — [70] etiam — differentium] *om.* RQ. — [71] intelligentia PRQ. — *om.* Q. — [72] secundum — multitudo] *om.* P. — [73] *om.* Q. — [74] dicitur *add.* Q; *postea del.* — [75] et *add.* Q. — [76] hoc PRQ. — [77] in fieri tamen P. — [78] et PR. — [79] quantumcumque. — [80] generali — multitudinem] *om.* V; *in marg. add. 2ª m.* V. — [81] infinitum R.

(1) Locum non inveni. — (2) Respic. ARISTOTELIS *Physica*, l. III, c. 7 (Bekker, t. I, p. 207 b). — (3) Cfr. ARISTOTELIS *Physica*, l. III, c. 5 (t. I, p. 204 a). — (4) *Ibidem, loc. cit.* — (5) Alluditur ad ARISTOTELIS *Physicam*, loc. cit. — (6) Alluditur ad *Physicam*, l. III, c. 6 (p. 206). — (7) Respic. ARISTOTELIS *Physica*, l. III, c. 6 (*ibid.*, p. 206 b). — (8) ID., *ibidem* (loc. cit.). — (9) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (10) PROCLUS, *Institutio theologica*, c. I, p. 3 (ed. CREUZER, Francfort, 1822). — (11) ARISTOTELIS *Physica*, l. III, c. 5 [VI] (*ibid.*, p. 204 b). — (12) *Ibid.*, loc. cit. — (13) Respic. ARISTOTELIS *Physica*, l. III, c. 5 (*ibid.*, p. 206 a). — (14) Respic. ARISTOTELIS *Physica*, ibid. (loc. cit.).

Digitized by Google

QUAESTIO III

Utrum sancti videntes divinam essentiam videant in illa quae hic aguntur immo etiam utrum omnia in ipsa essentia videant

[Cod. P, fol. 214 R[b]; Cod. R, fol. 162 R[a]] Deinde circa creaturam rationalem quaerebantur quaedam quae conveniunt ei in ordine ad Deum, quaedam pertinentia ad hominem in communi et secundum se et quaedam pertinentia ad hominem secundum diversos eius status in comparatione unius hominis ad alterum.

Circa primum quaerebatur primo unum [1] pertinens ad intellectum, scilicet utrum sancti videntes divinam essentiam videant in illa quae hic aguntur ; immo etiam utrum omnia in ipsa essentia videant. Et arguitur quod sic. Quia appetitus videntis divinam essentiam omnino quietatur et terminatur. Sed videns divinam essentiam habet intellectum per quem naturaliter appetit cognoscere omnia **[Cod. Q, fol. 119 V[b]]** cognoscibilia. Ergo attingendo visionem divinae essentiae videt omnia.

Contra. Dicit Augustinus (I) [2] in libro De Cura pro mortuis agenda, quod nesciunt sancti quid eorum agant hic filii ; et cetera.

Respondeo. Dicendum quod aliquibus videtur quod essentia divina possit videri a beato etiam absque hoc quod videat aliquam creaturam in illa ; quia, licet ipsa divina essentia sit ratio qua ipsemet Deus videt se secundum [3] essentiam ipsam et etiam qua videt alia in [4] **[Cod. P, fol. 214 V[a]]** se, et qua etiam videntes eum vident alia in ipsa, tamen ut est quoddam [5] absolutum [6] secundum se consideratum est ratio considerandi se ipsum ; ut autem habet in se rationem ideae et cuiusdam exemplaris ad [7] exemplatum, est ratio cognoscendi alia a se, licet autem sit res aliqua quae non sit nec esse possit sine quodam respectu ad alterum, intellectus tamen finitus et limitatus, quantum est ex parte cognoscibilis, natus est considerare ipsum absolutum et habere conceptum de illo absque consideratione respectus ad alterum in illo, sicut etiam in omnibus absolutis, licet forma generis et differentiae sint una res quae non habet esse nisi in forma speciei, intellectus tamen ex illis potest formare plures distinctos conceptus secundum [8] intellectum unius simplicis et completae formae speciei. Quia ergo intellectus beati est limitatus, quia etiam obiectum quod est essentia divina voluntarie se et alia quae in ipsa videntur monstrat, quia etiam ipsum obiectum non est omnino eiusdem rationis ut se et alia manifestat, potest quis videre essentiam divinam absque hoc quod aliquam creaturam in illa et per illam videat, (dico) distincte, licet indistincte videat, sicut visa imagine Herculis in ipsa videtur Hercules indistincte, non distinguendo scilicet Herculem ab eius imagine nec e converso. Sed hoc

Digitized by Google

videtur irrationabile, scilicet quod [9] in divina essentia sic distinguatur ratio secundum quam ipsa repraesentatur ut secundum se cognoscitur et ut alia cognoscuntur in ipsa ; vel [10] quod [11] ipsa possit secundum se cognosci absque hoc quod aliquid aliud in ipsa cognoscatur ; quia ipsa essentia divina ratione infinitatis et illimitationis suae perfectionis in uno simplici et indivisibili est naturaliter **[Cod. V, fol. 168 V^b]** repraesentativa omnium specialium et determinatarum perfectionum absque aliquo addito differenti ab ipsa essentia simplici ; nec ratio idealis aliquid est [12] in divina essentia [13] sic se habens quod pos **[Cod. P, fol. 214 V^b]** sit videri sine essentia vel essentia sine ipsa. Unde non est simile de aliis absolutis in quibus ultra id quod ad essentiam illius pertinet ponitur relatio realis quae quia est res alia ab essentia absoluta, potest intellectus aliquo modo distinctis actibus ferri in ipsum absolutum et in ipsam relationem [14]. Ideo dicunt alii [15] quod licet ita sit ex parte obiecti secundum se, tamen quod non videantur a beato omnia in illo, hoc contingit ex habitudine ipsius obiecti ad intellectum creatum [16] ex defectibilitate intellectus creati. Quia enim est speculum voluntarium, ea quae in ipso repraesentantur manifestare potest sicut vult, quia et [17] ab intellectu creato non est comprehensibile, ut scilicet cognoscatur prout cognoscibilis est, scilicet totaliter. Sic enim omnes beati viderent et ex consequenti cognoscerent [18] ipsum Deum quantum se cognoscit [19] et beatificaretur creatura [20] in Deo quantum ipse Deus et esset etiam in hoc aequalitas in omnibus beatis. Hoc autem est inconveniens. Ideo dicunt quod beatus videns divinam essentiam [21] non videt omnia in [22] illa. Tunc enim solum necessarium [23] est [24] quod cognito aliquo principio omnes eius effectus ad quos se extendit per ipsum cognoscantur [25] quando ipsum principium comprehenditur per intellectum. Hoc autem est ipsum principium ipsum [26] cognosci et comprehendi secundum suam totam virtutem quando omnis eius effectus cognoscitur ex ipso. Sicut ergo cognitio duarum conclusionum in aliquo principio requirit ceteris paribus perfectiorem cognitionem illius principii quam cognitio unius **[Cod. Q, fol. 120 R^a; Cod. P, fol. 214 V^b]** conclusionis tantum, ita etiam ceteris paribus perfectior requiritur Dei cognitio ad cognoscendum plures creaturas [27] in eo et per ipsum quam ad cognoscendum pauciores. Ergo cognoscere in Deo omnia ponit quod Deus a cognoscente comprehenditur et cognoscitur sicut cognoscibilis est, cum tamen infinitus infinite et actu vigoris infiniti **[Cod. P, fol. 215 R^a]** sit cognoscibilis. Cum ergo intellectus creatus non possit Deum cognoscere sic quod ab ipso comprehendatur, non potest omnia in Deo [28] cognoscere. Sed istis et pluribus rationibus aliis quibus tenentes praedictam positionem innituntur non obstantibus, videtur posse probabiliter dici quod omnia quae in Deo per se sive naturaliter ex perfectione suae essentiae sic repraesentantur quod ipse Deus non potest illa non videre nec potest ea non repraesentare, puta creabilia omnia, secundum suas quidditates et essentias, ab intellectu vidente illam essentiam, quae simplex omnino est, in illa et per illam videntur ; quia [29]

Digitized by Google

essentia divina non videtur per aliquam speciem aliam a se ipsa ; nec etiam creaturae quae in illa videntur, per aliquam aliam rationem vel speciem quam per ipsam essentiam videntur, ut scilicet ipsa essentia posset per se repraesentare se et per illas species rerum possent res diversimode repraesentari, et etiam si vellet nullam repraesentare posset. Nec etiam est intelligendum quod ideae quae dicuntur rationes secundum quas aliqua videntur in Deo sint quaedam dispositiones ipsius essentiae divinae secundum quarum diversitatem et distinctionem intellectus cum divinam essentiam apprehendit apprehendens eam sub una ratione [30], apprehendit aliquam rem per illam et sub alia aliam ; et sic de aliis. Ut sic etiam essentia divina sub una ratione posset immutare intellectum absque hoc quod immutaret eum sub alia, ut suspendendo actionem unius respectu intellectus creati absque hoc quod suspenderet actionem alterius. Non enim possunt [31] ideae sic intelligi dispositiones et rationes quaedam praecedentes actum intelligendi, immo quasi actu intelligendi quo essentia divina ratione suae infinitae perfectionis omnia continens intelligit se ut imitabilem **[Cod. V, fol. 169 R^a]** a creaturis, huius ideae quasi constitui intelliguntur, sed tamen per unum et **[Cod. P, fol. 215 R^b]** idem simplex omnia aequaliter in essentia divina repraesentantur. Oportet ergo [32] quod omnia a vidente divinam essentiam apprehendantur aut nullum [33], et non magis unum quam aliud, cum talis repraesentatio sit naturalis et necessaria, supposita repraesentatione ipsius essentiae quae in sua simplicissima perfectione est perfecta et distincta similitudo omnium, omnia aequaliter et aeque perfecte repraesentans. Et quamvis essentia divina sit speculum voluntarium in hoc quod potest se manifestare si vult et non manifestare, hoc est sic intelligendum quod ab intellectu potest suspendere vel subtrahere actionem suam qua facit se videre. Sed non videtur esse speculum voluntarium [34] in hoc quod ipsa essentia manifestata possit alia in se non manifestare — quia, secundum Anselmum (2), creaturae in Deo non sunt aliquid aliud quam ipsa creatrix essentia vel quod actionem suam quantum ad huiusmodi cognitionem possit suspendere vel subtrahere, quia non alio agit hanc actionem qua videtur aliquid in essentia divina, et illam qua videtur ipsa essentia ; immo etiam videre [35] essentiam Dei et aliud in illa et per illam non est nisi unum simplex videre. Etiam Augustinus (3) qui videtur dicere quod Deus est speculum voluntarium, — De Videndo Deo ; ubi dicit quod « non videtur [36] sicut sensibilia videntur in voluntate cuius suum [37] est videri et cuius naturae est [38] non videri. Nam si non vult non videtur, et si vult videtur », — non est contra praedicta ; quia ibi loquitur de visione qua videtur in vita mortali per sensibiles [39] vel imaginarias apparitiones. Unde subdit (3) quod apparuit Abrahae quia voluit, et alii non apparuit quia non voluit ; apparuit etiam Stephano cum lapidaretur ; et cetera. Nec etiam dicit quod cum videtur, **[Cod. Q, fol. 120 R^b]** aliquid in eo videtur et aliquid non. Praeterea si dicatur quod non oportet quod omnia videantur, quia **[Cod. P, fol. 215 V^a]** potest totaliter suspendere

Digitized by Google

actionem qua facit alia videri in se, licet non suspendendo actionem qua facit se videri secundum se, sicut aliqui ponunt quod potest se ostendere sub ratione entis et veri, non sub ratione finis et boni et ex consequenti potest facere se videri ab intellectu absque hoc quod ametur ab affectu, utrumque videtur impossibile ; quia secundum hoc videtur quod si Deus hanc suspensionem non faceret quod [40] omnia in ipso viderentur, quia qua ratione unum et aliud, et quod hoc fieret una visione sive uno actu simplici quia una ratione videndi videretur et [41], prout dicit enim Augustinus (4), decimo quinto, De Trinitate : non erunt tunc volibiles nostrae cogitationes ab aliis in alia euntes et redeuntes, sed omnem scientiam nostram uno simul contuitu videbimus. Praeterea si ponatur quod in Deo videntur aliqua, non omnia, quia Deus videtur a beatis sub ratione qua beatificat eos et terminat intellectum quantum ad cognitionem eorum quae pertinent ad eorum beatitudinem, talia autem non videntur esse nisi ea quae pertinent ad perfectionem huius universi cuius est aliquis beatus pars et sic solum talia videbit, non valet ; quia illa repraesentantur intellectui necessitate naturali. Ergo cum simul et per unum et idem etiam sic omnia alia repraesententur, eadem ratione etiam omnia videntur. Quamvis etiam cognitio eorum quae ad perfectionem huius universi pertinent aliquo modo specialiori spectare [42] videntur ad beatitudinem hominis ut natus esset acquirere [43] suam beatitudinem in eis et ex eis, et etiam ut ipse homo ad illa comparatur [44] ut quaedam pars ad perfectionem eiusdem universi pertinens, ut tamen hoc et omnia quae in essentia divina repraesentantur ad ipsam divinam essentiam referuntur [45] aequaliter, hoc et illa ad beatitudinem hominis supernaturalem pertinent quia per se et **[Cod. P, fol. 215 V^b]** primo ac essentialiter essentia divina visa est **[Cod. V, fol. 169 R^b]** obiectum beatitudinis nostrae et nos sub sua ratione simplicissima beatificat ; alia autem quae in ipso relucent non nisi ex consequenti. Quia ergo omnia, quantum est ex parte essentiae divinae beatificantis, naturaliter et uniformiter sive aequaliter repraesentatur sive quae pertinent ad perfectionem huius universi sive quaecumque alia, non est ponendum quod visio aliquorum determinatorum in divina essentia pertineat aliquo modo ad beatitudinem illam perfectam et supernaturalem quae consistit per se in visione divinae essentiae, et non visio aliorum ; quia, qua ratione unum repraesentatorum in divina essentia pertinet ad beatitudinem talem, eadem ratione et quodlibet aliud. Cum illud quod per se est ratio videndi omnia ista sit una et simplicissima, secundum hoc omnia [46] aequaliter ad beatitudinem videntur pertinere. Et haec videntur innuere verba Augustini (5), quinto Confessionum [47], dicentem : qui videt te et non illa [supra]. Hoc etiam posito per impossibile, beatus est qui videt alia et non te, non beatus qui videt te et illa, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus ; quod dicit quia [48], licet utraque includat beatitudo Dei et nostra ipsa, tamen principaliter et per se consistit in visione essentiae divinae et quasi concomitative [49] in visione aliorum in ipsa. Et ex hoc patet quod ex istis verbis [50] Augustini non potest

Digitized by Google

argui quod aliquis possit esse beatus in videndo essentiam divinam absque hoc quod aliquid [51] aliud videat in illa, et quod visio aliorum in divina essentia non pertineat ad beatitudinem ; quia eadem ratione hoc posset argui de Deo ; nam ista verba **[Cod. Q, fol. 120 V^a]** etiam de ipso dici possunt, scilicet quod si videret se et non alia esset beatus, et si videret alia et non se non esset beatus ; et cetera.

Praeterea si ponatur quod videantur in Deo aliqua usque ad certum numerum et remaneant alia aliqua unde poterit talis terminus statui, cum intellectus qui videt ipsam **[Cod. P, fol. 216 R^a]** infinitam essentiam non videatur impotens ad videndum quaecumque alia si in illo repraesentantur [52], et cum, ut dictum est, omnia per idem simplex uniformiter sive aequaliter in illo repraesentari videantur, unde si Deus facit hoc maius, scilicet quod ipsa essentia infinita videtur, non debet magnum reputari quod faciat quod talia in ipso videantur quae secundum se sunt quid minimum respectu essntiae divinae et quae in ipso Deo non nisi per ipsam essentiam [53] infinitam quam Deus facit videri, repraesentantur. Nec oportet quod Deus perfectius videatur quia res in ipso videntur, tanquam si visio rerum in Deo aliquam perfectionem importet super visionem essentiae divinae secundum se ; quia ut in Deo videntur, una est ratio videndi utraque. Quamvis ergo Deus non possit cognosci ab intellectu creato sicut cognoscibilis [54] est secundum se et etiam a seipso quia secundum actum vigoris infiniti cognoscibilis est, hoc tamen non obstante, omnia in ipso cognoscuntur secundum modum actus quo ipse cognoscitur. Tota enim eius infinitas cognoscitur et totum id quod in illa repraesentatur, licet finite, quia actu finito et vigoris finiti ex parte cognoscentis. Esto etiam secundum aliquos quod in essentia divina infinita sive infinitae rerum essentiae et species repraesentantur, quamvis intellectus creatus infinita secundum proprias rationes simul cognoscere non possit, immo etiam nec plura ut plura, sic Deus ipse intelligit illa simul quia per unam rationem, ita et [55] videns divinam essentiam, cum viderit [56] primo et per se illud [57] quod est infinitissimum, etiam imperfectior in [58] illo et per illud quasi concommunicative [59] simul videbit alia infinita quae respectu eius quid modicum debent [60] dici. Comprehensio autem [61] Dei sic quod sua infinitas et omnia quae in illo [62] repraesentantur apprehendantur, non debet negari, sed sic quod apprehendatur actu perfecto sic quod in illo sit **[Cod. P, fol. 216 R^b]** infinitas secundum intentionem et vigorem sicut etiam ipse se cognoscit. Videntium **[Cod. V, fol. 169 V^a]** enim divinam essentiam unus videt perfectius altero, non quia unus plus videat de ipsa quam alter ; sed quia id quod unus videt, clarius et limpidius videt quam alius videat id ipsum. Et similiter etiam respectu aliorum est dicendum quod unus non dicitur Deum perfectius videre quam alius, quia unus videt in Deo aliqua quae alius non videt, sed quia ea quae uterque videt in Deo clarius sive limpidius videt quam alius, ut sic sit limitatio in actu secundum intentionem non autem secundum obiecti determinationem, sic scilicet quod attingat infinita

Digitized by Google

obiectis quantum ad ipsam essentiam divinam quae infinita est et etiam quantum ad alia si divina essentia sit infinitorum secundum species repraesentativa. Unde non debet poni diversitas beatitudinis in diversis ex hoc quod unus videat plura quam alius, quia hoc est quasi accidentale vel consecutivum ad beatitudinem ; sed in hoc quod unus perfectius et clarius ipsam totam essentiam quae simplex est primo et per se videt et ex [63] consequenti omnia alia quae in illa repraesentantur quam alter. Quod autem inducitur de cognitione **[Cod. Q, fol. 120 V^b^]** principii non est simile, quia in principio conclusiones non sunt natae cognosci nisi in potentia, quia rationes conclusionum sub rationibus propriis et distinctis non includit ; et ideo potest cognosci absque hoc quod aliqua conclusio sub propria ratione cognoscatur ; et potest cognosci ut ex ipso una conclusio actu elicitur et solum in potentia vel in virtute alia conclusio cognoscatur. Sed si principium includeret proprias rationes conclusionum in una simplici ratione, cognoscens principium omnes conclusiones simul cognosceret. Secundum modum autem secundum quem cognoscuntur [64] conclusiones in principio, cognito principio aliquo [65] secundum se absque **[Cod. P, fol. 216 V^a^]** applicatione ad conclusiones speciales cognoscentium dictum principium, easdem conclusiones et tot cognoscit unus sicut alius quia sic uniformiter [66] vel aequaliter cognoscuntur in principio in quo omnes continentur, et cognoscuntur in potentia solum. Et si in illo continerentur, ut dictum est, conclusiones sub ratione una simplici, omnes [67] perfecte et distincte repraesentandae, similiter etiam esset dicendum de cognitione conclusionum in principio illo, sicut dicitur de cognitione aliquorum entium in Deo in proposito. Nec ex hoc sequitur quod ex tali apprehensione omnium quasi effectuum quos Deus facere potest ipse comprehendatur, sed sequeretur si effectus adaequare possent totam virtutem essentiae [68] quae Deus est etsi ipsi effectus etiam cognoscerentur ita perfecte sicut cognosci possunt. Sic ergo patet quod visa divina essentia etiam necessario viderentur [69] omnia quorum est naturaliter repraesentativa et quae ipse Deus non potest non videre.

Sed loquendo de his quae videt Deus in seipso sic [70] quod potuit ea non videre, quae scilicet omnia dependent ab eius voluntate quae non necessitate sed libere creavit et creare potest et potuit ea non creasse et non voluisse et non disposuisse se illa facturum, quantum ad talia videtur quod videns Dei essentiam illa non videat sic de ncessitate sicut alia supradicta ; quia non videntur ex ipsa ratione visionis essentiae, quia in illa nec naturaliter nec necessario includuntur. Et de hoc potest intelligi quod dicitur prima ad Corinthios (6), secundo : quae sunt hominis nemo novit nisi spiritus hominis qui est in ipso, ita quae sunt Dei nemo novit. Unde sic etiam ponitur quod angeli naturali cognitione non possunt videre cogitationes nostras nec etiam cognitiones Dei praedictas et quae ab ipsis dependent [71], ex ipsa cognitione qua essentia divina per se cognoscitur ; sed de tali- **[Cod. P, fol. 216 V^b^]** bus a Deo fiunt illuminationes. Et quantum ad talia possunt habere novam cogni-

Digitized by Google

aliquid de beatitudine essentiali. Sed quomodo hoc sit possibile quod a vidente divinam essentiam talia non necessario videantur cum [72] aliquam entitatem importent [73] secundum quam a Deo in se ipso videntur, licet eis aliquo modo accidat esse vel non esse, difficile est [74] intelligere. Quomodo etiam talia revelentur et quomodo stet cum immutabilitate beatitudinis quod alicuius entis nova cognitio acquiratur, requirit specialem considerationem. Et per hoc patet quid dicendum ad formam quaestionis quantum ad illum articulum qui inexplicabatur, quia scilicet animae defunctorum quantum ad beatos qui vident essentiam divinam [75], vident in illa quae hic [76] aguntur. Cum enim angeli naturali cognitione possunt ea scire, non est hoc ab animabus beatis, quae [77] sunt sicut angeli, negandum. Unde dicit Gregorius (7), duodecimo Moralium [78], quia sanctae animae intus **[Cod. Q, fol. 121 R^a]** omnipoten- **[Cod. V, fol. 169 V^b]** tis [79] Dei claritatem vident, nullo modo credendum est quod sit foris aliquid quod ignorent. Quod [80] vero Augustinus (8), de Cura pro mortuis agenda, videtur dicere contrarium, intelligendum quod id quod Gregorius (9) dicit assertive [81] ; quod enim dicit Augustinus (10), dubitative dicit. Sed quantum ad animas non beatas videntur Gregorius et Augustinus in hoc concordare quod secundum naturalem eorum [82] cognitionem non videntur cognoscere quae hic [83] aguntur. Videtur enim quod in perfectione cognoscendi, cognitione scilicet naturali, magna debet esse differentia inter angelos et animas, alioquin si anima perfecte cognosceret sicut angelus, videretur quod perfectioni suae repugnaret unio ad corpus in quo non sic perfecte cognoscit. Et hoc requirit aliam investigationem. Quantum tamen ad cognitionem singularium videtur hoc posse dici quod animae separatae non convenit talium omnium cognitio perfecta et distincta, sed solum illa ad quae determinantur vel per praecedentem cognitionem vel per aliquam affectionem vel per Dei ordinationem. Et quia secundum modum **[Cod. P, fol. 217 R^a]** essendi segregatae sunt a conversatione viventium, ea quae apud eos aguntur ignorant. Et hoc videtur intentio Gregorii (11) ubi supra, duodecimo Moralium. Unde dicit (12) : mortui autem vitam in carnem viventium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia vita spiritus longe est a vita carnis ; et sicut corporea atque incorporea distincta sunt in esse, ita sunt distincta in cognitione. Idem etiam dicit Augustinus (13), De Cura pro mortuis agenda.

[1] utrum Q. — [2] pro *add.* PC. — [3] sive Q. — [4] alia in] inter *scrips. et del.* V; alia a *2^a m.* V *in marg.* — [5] quodam; *litteram* d *supra litt.* o *scripsit 2^a m.* C. — [6] absolutam PCRQ. — [7] *om.* R. — [8] sive PCRQ. — [9] *om.* RQ. — [10] *om.* PVQ. — [11] vel quasi *in marg.* VR. — [12] *del. 2^a m.* C. — [13] esse PR, *1^a m.* V *et* Q;*litteram* d *post* esse *suprascripsit 2^a m.* C. — [14] unde — ipsam relationem] *om.* PCQ. — [15] quod licet *add.* Q; *postea del.* — [16] et *add.* PCQ. — [17] etiam RQ. — [18] ex — cognoscerent] ex — diligerent PCRQ; *del. 2^a m.* C, et *in marg. add.* cognoscerent C. — [19] et diligit *add. 1^a m.* C; *del. 2^a m.* C; *add.* PRQ. — [20] creatum PC. — [21] esse PQ *et 1^a m.* C; *sequuntur litterae* m^a *delitae* C. — [22] *del. 2^a m.* C. — [23] *del. 2^a m.* C. — [24] *om.* PCRQ; necessarium est *add. in marg.* C. — [25] cognoscuntur PCRQ.

Digitized by Google

— [26] *om.* V. — [27] plures creaturas] creaturas plures Q. — [28] omnia in deo] in deo omnia R. — [29] enim *add.* RQ. — [30] apprehendit — ratione] *om.* Q. — [31] ponitur Q; *deinde del.* — [32] opportet ergo] ergo opportet V. — [33] nulla RQ. — [34] in hoc quod — speculum voluntarium] *om.* Q. — [35] immo etiam *add.* Q. — [36] quod *add.* Q; *postea del.* — [37] situm RQ. — [38] *om.* Q. — [39] sensibile Q. — [40] quia R. — [41] et *add.* P. — [42] potestate Q. — [43] ad *add.* R. — [44] operatur PC. — [45] referantur. — [46] ista sic una *add.* Q, *postea del.* — [47] capitulo quarto *add. in marg. alia m.* V; capitulo X *add. in marg.* R. — [48] quod PCQ. — [49] communicatione PC *et l*[a] *m.* VR; concomitative *in marg. scrips.* VR. — [50] verbum PVCQ; *litteram* m *del. et* s *scripsit* V. — [51] pe Q, *deinde expunxit.* — [52] representatur Q, *postea del.* — [53] divinam Q; *postea expunxit.* — [54] cognoscibile Q; cognitio scibilis PC. — [55] etiam Q. — [56] videat P; viderat R. — [57] idem PCRQ. — [58] etiam Q. — [59] communicative R; cum communicative PC. — [60] debeat R. — [61] quod P. — [62] illa PQ. — [63] cum P. — [64] quem cognoscuntur] quod cognoscunt P; quod *om.* Q. — [65] principio aliquo] aliquo principio Q. — [66] informiter; *litteram* i *del. et* uni *in marg. scripsit* V; *litteram* u *supra* in *scrips.* R. — [67] omnis PRQ. — [68] animae PVRQ; — vel essentiae *in marg. alia m.* VR. — [69] videretur. — [70] *om.* P. — [71] dependerent Q. — [72] tamen PQ. — [73] *add.* VLRQZ. — [74] important PQ. — [75] *om.* P. — [76] essentiam divinam] divinam essentiam PQ. — [77] quae hic] qui haec P. — [78] qui P. — [79] moralis PR. — [80] omnipotententis V. — [81] quia P. — [82] assertive dicit] assertire dicit P. — [83] earum PQ. — [84] quae hic] quod haec P; quod hic RQ.

(1) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Cura pro mortuis agenda*, c. XIII (PL., t. 40, col. 605). — (2) Respic. SANCTUS ANSELMUS, *Monologium*, c. XXXIV [alias XXXIII] (PL., t. 158, col. 188, 189). — (3) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Videndo Deo*, c.VI, 18 (PL., t. 33, col. 605).Verbotenus. — (4) Locum non inveni. — (5) Locum non inveni. — (6) I Cor., II, 11. — (7) SANCTUS GREGORIUS, *Moralium*, l. XII, c. XXI [vet. XIII] 26 (PL., t. 75, col. 999, n° 403). Fere litteraliter. — (8) Respic. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Cura pro mortuis gerenda*, c. XIII (PL., t. 40, col. 605). — (9) SANCTUS GREGORIUS, *Moralium*, l. XII, c. XXI, 26 (PL., t. 75, col. 909, n° 403). — (10) S. AUGUSTINUS, *ut supra*, loc. cit. — (11) S. GREGORIUS, *ut supra*, loc. cit. — (12) ID., *ibidem*. — (13) SANCTUS AUGUSTINUS, *ut supra*, loc. cit.

QUAESTIO IV

Utrum caritas in illo in quo habet esse elevet potentiam intellectivam ad cognoscendum supernaturaliter sicut dicitur elevare voluntatem ad supernaturaliter diligendum

Deinde quaerebantur plura ad voluntatem vel affectum pertinentia. Et quia per caritatem quae perficit voluntatem ordinamur ad Deum ad eliciendum et imperandum [1] actus supernaturales [2] gratuitos, quaerebatur primo utrum caritas in illo in quo habet esse elevet potentiam intellectivam ad cognoscendum supernaturaliter, sicut dicitur elevare voluntatem ad supernaturaliter diligendum. Et arguitur quod sic : quia per caritatem constituitur homo in statu in quo habet

Digitized by Google

ordinem ad beatitudinem in via et in quo habet ipsam in patria. Sed beatitudo non solum consistit in actu voluntatis, immo etiam in actu intellectus, etiam secundum [3] aliquos magis in actu intellectus quam voluntatis ; ergo caritas magis inclinabit intellectum in actum suum supernaturalem respectu Dei quam voluntatem.

Contra. Caritas non potest inclinare potentiam quam non perficit in actum suum sicut potentiam quam perficit ; sed caritas non perficit intellectum sed voluntatem. Ergo ; et cetera.

Respondeo. Dicendum quod, cum intellectus et voluntas ponantur diversae potentiae [4] animae et earum sunt diversi actus formaliter distincti, eis etiam respondent diversi habitus infusi quibus habent perfici in ordine ad suos actus, propter quod in via ponuntur [5] diversi habitus : fides elevans et perficiens intellectum ad cognitionem Dei supernaturalem et caritas [6] elevans et perficiens voluntatem ad dilectionem Dei supernaturalem. **[Cod. P, fol. 217 R^b]** Sicut enim respectu finis connaturalis [7] ordinatur homo per rectitudinem rationis, et hoc quantum ad intellectum in quantum continet principia cognita lumine naturalis rationis ex quibus procedit ratio tam in speculativis quam in agendis, et quantum ad voluntatem in quantum convenienter tendit in bonum rationis ; ita et respectu finis supernaturalis consequendi quantum ad intellectum, infunditur homini a Deo quidam habitus in quo virtualiter adduntur homini quaedam principia supernaturalia quae divino lumine capiuntur, et haec sunt credibilia de quibus est fides ; et quantum ad voluntatem **[Cod. R, fol. 163 V^b]** quaedam dispositio vel affectio sive unio spiritualis quae consistit in quadam conformitate ad ipsum finem, et **[Cod. Q, fol. 121 R^b]** hoc pertinet ad caritatem.

Et secundum hoc ergo dicendum quod sicut fides per se non elevat nec inclinat nisi potentiam intellectivam, dirigit tamen intellectus per actum fidei voluntatem et movet secundum actus determinationem, ita etiam caritas [8] per se non elevat ad actus suos nisi voluntatem. Movet tamen voluntas caritate informata iam tamen facta in actu et per actum aliquem ipsius intellectus ipsum intellectum quantum ad exercitium alicuius alterius actus et hoc in finem ipsius voluntatis ; et ex hoc habet actus intellectus et etiam actus aliarum potentiarum formam et quod sunt meritorii ; et pro tanto etiam potest dici quod caritas elevat intellectum in quantum est ei ratio quod actus eius sint meritorii. **[Cod. V, fol. 170 R^a]**

Item quia huiusmodi potentiae in eadem essentia animae radicantur, ideo potest dici quod elevatio unius potentiae per se et directe per suum habitum per quandam redundantiam est etiam elevatio alterius. Et praecipue de caritate potest hoc [9] dici quae perficit voluntatem, quae quodam modo habet movere omnes alias potentias secundum quod infra videbitur. Potest etiam dici quod, licet caritas non elevet intellectum formaliter, quia tamen voluntas quam **[Cod. P, fol. 217 V^a]** caritas formaliter elevat in actu suo dependet

Digitized by Google

ab actu intellectus, nec potest voluntas per caritatem sic formaliter elevari quod possit exire in actum perfectum nisi intellectus prius natura sit formaliter elevatus per habitum sibi convenientem per quem possit exire in actum perfectum quem necessario praeexigit perfectus actus voluntatis, ideo elevatio voluntatis per caritatem [quod] exigitive [10] includit elevationem intellectus quam tamen non causat formaliter ipsa caritas, sed habitus proprius intellectus ad cognitionem pertinens.

Per hoc patet responsio [11] ad argumentum. Dicendum enim quod verum est quod per caritatem viae sumus [12] in statu in quo ordinamur ad beatitudinem supernaturalem et per caritatem proprie sumus in statu in quo adepti sumus [13] ipsam beatitudinem, non tamen sic intelligendo quod per ipsam habeamus omnia quae ad beatitudinem sive assequendam sive possidendam requiruntur ; sed sic quod in statu viae aliis suppositis, scilicet fide et actu eius quae ad intellectum pertinent, per caritatem viae [14] meremur ut ipsam beatitudinem consequamur. In patria vero supposita aperta visione in qua [15] secundum aliquos principaliter consistit beatitudo [16], bono viso per dilectionem caritatis inhaeremus et in illo quiescimus. Sed si hoc intelligatur sic quod totum illud [17] quod per se et essentialiter pertinet ad beatitudinem perfectam patriae et imperfectam viae quae ad illam ordinatur, consistit in caritate et in actu eius, non est verum. Immo potius poni videtur **[Cod. R, fol. 164 R^a]** quod id quod per se et essentialiter ad beatitudinem pertinet, magis principaliter est in actu intellectus ; cuius signum est quod fere omnes auctoritates canonis et sanctorum de actu beatitudinis loquentes, vel solum vel **[Cod. P, fol. 217 V^b]** principaliter de visione faciunt mentionem. Si autem visio facit ad beatitudinem dispositive [18] et non essentialiter et formaliter et magis principaliter quam actus voluntatis, mirum est quod sic actum videndi actui diligendi in suo modo loquendi praetulerunt [19], quia [20] ista expositio dicens scilicet quod actus intellectus ad beatitudinem pertinet dispositive ab eis non invenitur, ut patet per singula discurrendo.

[1] immundum (?) Q. — [2] actus *add.* Q. — [3] etiam secundum] immo P. — [4] potentia P. — [5] ponantur PQ. — [6] elevans — caritas] *om.* Q. — [7] qualis P; naturalis R. — [8] carit Q. — [9] haec P. — [10] *om.* P; — ignitive QRV; exigi *in marg. scrips.* VR. — [11] pro R. — [12] viae sumus] sumus viae P. — [13] in statu *add.* Q; *postea del.*; in statu in quo adepti sumus *add.* P. — [14] *om.* P. — [15] quo P. — [16] ad *add.* R, *deinde del.* — [17] id. PRQ. — [18] dispositionem PQ. — [19] preretulerunt P. — [20] quod VQ.

Digitized by Google

QUAESTIO V

Utrum caritas habeat esse in aliquo homine

Post hoc quaerebatur utrum caritas habeat esse in aliquo **[Cod. Q, fol. 121 V^a]** homine. Et arguitur quod non ; quia secundum Apostolum (1), prima Corinthiorum, decimo tertio : caritas non quaerit quae sua sunt ; sed secundum eundem (2) Philippensium, secundo : omnes quaerunt quae sua.

Contra. Idem Apostolus (3) dicit, Romanorum octavo : quis nos separabit a caritate Christi ; ergo supponebat quod in ipso erat caritas ; sed eadem ratione potest esse in aliis. Quare ; et cetera.

Respondeo [1]. Dicendum quod supponendum est quod plures sunt in caritate. In ecclesia enim quae est fidelium congregatio [2] non solum numero sed merito, nunquam deerit nec deficiet universaliter ; sed propter infirmitatem carnis et corruptionem sensualitatis quam ut plurimum homines sequuntur et difficultatem in operibus virtuosis quam plurimum refugiunt, ideo secundum Philosophum : mali sunt ut in pluribus, boni vero ut in paucioribus. Et prout dicitur Ecclesiastis (4), primo : stultorum infinitus est numerus ; scilicet respectu bonorum, qui scilicet in fide formata perseverant. Et propter hoc quod homines ut communiter [3] sequuntur proprias affectiones praedictas, pauci vero ab illis se substrahunt, dicit [4] Apostolus (5) : omnes quaerunt quae sua sunt, scilicet ratione excellentis multitudinis talium respectu aliorum. Et per hoc patet *responsio* ad rationes. Distributio enim Apostoli (6) dicentis, Philippenses, secundo : omnes quaerunt et cetera, non intendit universaliter in hoc omnes [5] includere, cum supponat Timotheum quem ad eos mittere disponebat habere caritatem, ut idem (7) dicit : neminem habeo tam unanimem qui sincera affectione pro nobis sollicitus sit. **[Cod. P, fol. 218 R^a]** Sed per omnes comprehendit alios qui tunc circa ipsum erant.

[1] responsio R. — [2] fidelium congregatio] congregatio fidelium PRQ. — [3] convenit P. — [4] dici P. — [5] in hoc omnes] omnes in hoc V.

(1) I *Cor.*, XIII, 5. — (2) *Philip.*, II, 21. — (3) *Rom.*, VIII, 35. — (4) *Eccles.*, I, 15. — (5) I *Cor.*, XIII, 5. — (6) *Philip.*, II, 21. — (7) *Philip.*, II, 20.

Digitized by Google

QUAESTIO VI

Utrum homo ex naturalis rationis dictamine habeat iudicare quod magis debeat diligere Deum quam se ipsum

Post hoc vero tertio quaerebatur utrum homo ex naturalis rationis dictamine habeat iudicare quod magis debeat diligere Deum quam se ipsum. Et arguitur quod sic. Quia cum bonum sit diligendum ratio naturalis dictat quod maximum bonum sive optimum est magis diligendum. Sed Deus est optimum [1] non solum ut est aliquid secundum se, sed [2] etiam ipsi homini quia intimior unicuique rei quam ipsa res sibi. Sic ergo ratio naturalis dictat [3] quod homo magis debet Deum diligere [4] quam se ipsum.

Contra. Inter differentias **[Cod. V, fol. 170 R^b]** quae ponuntur inter theologos qui sequuntur dictamen rationis secundum illustrationem luminis supernaturalis et fidei et inter peripateticos qui sequebantur dictamen rationis solum secundum illustrationem rationis naturalis, haec est una quod secundum principem illius sectae, scilicet secundum Aristotilem (I), ut dicit nono [5] Ethicorum : amicabilia quae sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus quae sunt ad seipsum [6] ; sed causa est potior effectu ; ergo secundum eos primo et plus aliquis diligit seipsum quam quemque [7] alium. Sed secundum theologos, amicitia qua quis diligit seipsum debet procedere ex amicitia qua quis **[Cod. R, fol. 164 R^b]** diligit [8] Deum ; et sic secundum theologos homo primo et magis debet Deum diligere quam se ipsum.

Respondeo. Dicendum quod loquendo de amore amicitiae proprie dictae quae est inter aliquos quasi aequales et participantes bonitatem et perfectionem eiusdem rationis, quae consistit in bono virtuoso et honesto, et secundum illud habent communicationem mutuam quia in hoc sunt quasi unum ; et unus diligens alium diligit ipsum ut quasi se alterum, sic proprie Deum amare non debemus ; sed extendendo nomen amicitiae ad res superiores et eminentiores, prout aliquis amat illos a quibus habet esse naturae et moris et ad quos habet [9] ordinem et habitudinem ut quoddam dependens causatum [10] ab eis vel ut quoddam partiale **[Cod. P, fol. 218 R^b]** bonum respectu illorum, sic amamus parentes et patriam et Deum ipsum. Et secundum [11] hoc [12] dicendum quod cum obiectum voluntatis sit bonum et secundum quod conveniens [13] dili- **[Cod. Q, fol. 121 V^b]** genti, Deus autem est summum bonum secundum se et est bonum quasi commune [14] a quo dependet quodcumque bonum particulare cuiuscumque entis, ideo etiam secundum ordinem naturalis inclinationis unumquodque ens naturali dilectione inclinatur in Deum ut in finem et bonum suum optimum, prout naturali ordine unaquaeque pars naturaliter plus amat bonum commune totius [15] quam bonum proprium [16] suum, prout

Digitized by Google

videmus in naturalibus quod pars naturali inclinatione se exponit ad conservationem boni totius sicut membrum minus principale absque deliberatione exponitur pro conservatione [17] totius corporis ; sicut etiam in politicis virtuosus [18] se exponit morti ad conservationem boni communis. Quia ergo bonum maximum universale et commune est Deus, virtute scilicet et perfectione ; quia etiam dicitur omne bonum et sub hoc bono continetur homo, immo omnes creaturae, sequitur quod homo naturali dilectione plus et principalius diligit Deum quam seipsum, ita quod non solum dilectione deliberativa informata caritate diligit Deum supra se et supra omnia alia, sed etiam dilectione deliberativa naturali, id est etiam sine caritate, si non esset oppressus mole peccati et ad dilectionem carnalem incurvatus ; et sic secundum dictamen naturalis rationis [19] habet etiam homo sine gratia iudicare quod Deus est super omnia diligendus, alioquin gratia et caritas destruerent et non perficerent naturam sive naturalem inclinationem. Si homo secundum rectitudinem naturalem [20] et secundum dictamen naturalis rationis non haberet Deum diligere super omnia, licet non gratuite et meritorie quantum ad meritum vitae aeternae et ex condigno, sed [21] inclinaretur secundum ordinem naturalem ad amandum aliud a Deo aequaliter vel plus, talis enim amor est vitiosus et contrarius amori caritatis, **[Cod. P, fol. 218 V^a]** hoc autem est inconveniens, quia amor naturalis secundum naturam [22] rectam et non vitiosam et amor caritatis concordant et in idem tendunt, licet alio et alio modo imperfectiori et minus perfecto modo [23]. Et hoc patet ex dictis Christi, Iohannis (2), decimo quinto : maiorem dilectionem nemo habet, et cetera. Et est haec dilectio meritoria vitae aeternae si sit caritate informata voluntas illam eliciens. Et homo ex dictamine naturalis rationis habet iudicare quod ad conservationem divini **[Cod. R, fol. 164 V^a]** honoris debet omnia mala poenae sustinere et se ipsum morti exponere et multo magis, si possibile esset Deum in se ipso pati detrimentum, ad praeservandum ipsum deberet homo eligere detrimentum sustinere ; nullo autem alio [24] modo possimus magis perpendere quod homo diligat Deum plus quam seipsum ; ideo et cetera.

Sed ista non videntur absolvere difficultatem quaestionis ; quia videtur iste modus diligendi incidere in modum quo quis politice diligit bonum commune de quo Philosophus (3) dicit, nono Ethicorum, quod studiosus [25] insit [26] diligendo bonum patriae, etiam pro eius [27] conservatione, si opus est, paratus etiam mori. Et secundum quod ibi [28] videtur intendere, in hoc studiosus [29] magis diligit seipsum quam quodcumque aliud, quia quaecumque in faciendo hoc proicit et quasi contemnere videtur, sunt quasi minima respectu maximi boni virtutis quod [30] in hoc sibi intendit et exercet hoc faciendo. Unde, ut ibidem (4) dicitur, tribuit sibi ipsi secundum id quod est optimum et principalissimum in eo, scilicet secundum intellectum, optima et maxima bona. Paucum enim [31] tempus delectari valde **[Cod. V, fol. 170 V^a]** magis utique eliget quam multum quiete et vivere bene annum quam multis annis qualiter-

Digitized by Google

cumque et unam acceptionem [32] bonam et maximam quam multas [33] et parvas. In omnibus itaque laudabilibus studiosus [34] videtur sibi ipsi boni plus tribuens et sic se ipsum magis ama- **[Cod. Q, fol. 122 R^a]** re videtur. Secundum hoc ergo videtur in proposito quod etiam ipse qui se exponit morti pro conservatione boni divini, quia **[Cod. P, fol. 218 V^b]** hoc facit intendens bonum opus, scilicet maxime virtutes exercere; et hoc videtur se magis diligere quam quodcumque aliud, et sic non videretur etiam diligens Deum ex caritate diligere ipsum super omnia, quia in hoc etiam videtur intendere maxime bonum suum maximum, cum bonum caritatis non sit minus quam bonum secundum politicas virtutes. Et intelligendum est quod talis diligit Deum et etiam diligit se ipsum et bonum suum. Cum enim unusquisque secundum Augustinum naturaliter et invariabiliter appetat suam beatitudinem in communi sive rationem beatitudinis, scilicet [35] sibi [36] bene vel optime esse, nullus ergo potest diligere vel appetere quodcumque bonum nisi prout includitur in hoc etiam suum bonum sive suum bene esse ; et ideo oportet quod diligens Deum et pro ipso, sicut dictum est, sic se exponens, in hoc etiam se ipsum maxime diligat, ita quod possit in aliquo alio casu se ipsum magis diligere et in hoc etiam sibi maxime bonum intendit et acquirit. Si ergo quaeratur quid istorum magis diligit : vel bonum divinum et illud conservare vel bonum suum quod inest sibi ex huiusmodi dilectione qua [37] Deum sic diligit quod pro bono [38] suo conservando paratus est se exponere ; dicendum quod, cum actus habeat formam et perfectionem ex obiecto et obiectum per se et principaliter quo Deus diligitur est bonum divinum [39] ; et ipsum bonum divinum est maximum simpliciter, obiectum autem dilectionis qua quis diligit se diligentem Deum et perfectum virtutibus est [40] minus bonum, patet quod illa dilectio maior est et perfectior simpliciter et absolute ; et sic videtur quod magis diligo Deum se perfectum quam me huiusmodi dilectione et aliis virtutibus perfectum.

Si dicatur quod non, quia **[Cod. R, fol. 164 V^b]** licet bonum divinum sit maius simpliciter et secundum se quam praedictum bonum proprium, tamen bonum proprium est maius bonum ipsi diligenti, ideo videtur quod etiam sit sibi magis diligendum, non valet. Quia verum est quod bonum in quantum bonum et conveniens diligenti est diligibile ; talium bonorum autem [41] diligenti quaedam extrinseca sunt, ut divitiae **[Cod. P, fol. 219 R^a]** et honores et cetera ; quaedam intrinseca [42] ut bonum virtutis quod est bonum perficiens sub ratione informantis et intrinsece inhaerentis ; tale bonum magis est diligendum quam quaecumque alia bona quae, ut dicit Philosophus (5), respectu huius boni quasi proicit et contemnit studiosus.

Sed quia illud bonum habet formam et perfectionem ex bono alio extrinseco quod est per se et primum obiectum dilectionis et quod plus diligi dicitur et pro cuius conservatione diligens se exponit, ideo licet illud non sit bonum diligenti, ut scilicet intrinsecus inhaerens et informans ; quia tamen est bonum sub ratione obiecti perficiens ipsum diligentem, in quantum per ipsum.

Digitized by Google

habet perfectionem actus perfectus qui est bonum ut formalis perfectio diligentis, ipsum magis diligitur ut bonum diligentis sub tali ratione, scilicet sub ratione finis extrinseci quam quodcumque bonum aliud. Secundum Philosophum (6) enim inter bona quae studiosus pro conservatione boni communis quasi despicit et proicit, non computatur bonum ipsum communitatis, sed quaecumque alia in quibus virtuose eligit sustinere detrimentum propter ipsum bonum communitatis conservandum ; et sic bonum communitatis magis diligit quam quaecumque huiusmodi alia. Sic ergo posset breviter dici quod alia est ratio dilectionis qua diligo bonum divinum ut finem et bonum extrinsecum, et bonum virtutis ut finem et bonum intrinsecum [43]; et ideo non sunt proprie ad invicem comparabilia [44].

Sed adhuc non quietatur intellectus, quia **[Cod. Q, fol. 122 R^b]** licet talia sint diversarum rationum nec sint proprie ad invicem comparabilia [45], sicut quae sunt unius generis vel speciei, ex quo tamen entia quaedam sunt nec penitus similia nec summe ad invicem diversa, aliquo modo ad invicem se habent et sunt comparabilia aliquo modo ; et ideo remanet adhuc quaestio praedicta, scilicet : utrum homo magis diligat Deum quam se virtuose diligentem ; et cetera.

Et est dicendum quod Deum magis quis diligit propter se ipsum et supra se ipsum diligentem. Quando enim in dilecto non quaerit diligens aliud [46] bonum proprium quam **[Cod. P, fol. 219 R^b]** ipsum bonum dilectionis in quo includitur bonum dilecti ut obiectum per se huius dilectionis, et quod huius dilectio ad nihil aliud ordinatur sed in ipso dilecto sive in bono eius sistit ut in fine principali [47], illud propter se diligitur. **[Cod. V, fol. 170 V^b]** Quod enim diligitur propter aliquod aliud bonum consequendum ex dilecto quam sit ipsa dilectio vel bonum ipsius dilecti, non diligitur propter se. Sic autem est in omni vera amicitia et potissime in illa quae est ad bonum supremum. Quoniam iustitia quae est circa operationes quae sunt ad alterum, per se non quaeritur bonum operantis, sed illius ad quem dirigitur operatio ; et ideo dicitur praeclarissima virtutum, quia illa utitur quis ad bonum [48] alterius principaliter ; sed in aliis intendit quis principaliter bonum suum, quae sunt principaliter circa ea quae pertinent ad operantem [49] intrinsecus. Inter omnes amici- **[Cod. R, fol. 165 R^a]** tias autem illa, quae est ad parentes et bonum commune et maxime ad Deum, magis habet rationem iustitiae in quantum magis includit rationem debiti. Et ex hoc patet quod qui diligit Deum per se propter [50] ipsum Deum [51], quia secundum se est summe bonus et summe diligibilis, et non ut ex hoc aliquod bonum aliud consequatur, licet in hoc includantur alia bona propria diligentis quae ab ipso consequitur, scilicet sui ipsius visionem [52] et plenam eius fruitionem, tamen ipsum, quia sic bonus est, diligit et diligere vellet absque hoc quod illa bona ab ipso consequeretur, sic propter se diligitur, supra se etiam diligit homo Deum ; quia quando aliquis eligit carere omni bono sibi intrinseco pro conservatione alicuius boni extrinseci

Digitized by Google

magis diligit illud bonum extrinsecum quam ipsum bonum suum intrinsecum. Ita est in proposito ; quia quantumcumque quis diligat se perfectum sive suam perfectionem intrinsecam in qua includitur dilectio Dei, tamen eligit potius carere omni bono huiusmodi et etiam omnino non esse, si esset possibile, quam bonum divinum non esse. Sicut etiam secundum Philosophum (7), nono Ethicorum : studiosus quantumcumque diligat se et suum **[Cod. P, fol. 219 V^a^]** bonum proprium et intrinsecum, magis tamen eligit bene et virtuose mori et non esse quam bonum commune perire.

Immo etiam cum unusquisque etiam [53] secundum dictamen naturalis rationis non illustratae lumine fidei magis debeat eligere mori et non esse quam committere aliquod inhonestum contra bonum virtutis ; puta si aliquis in ea necessitate sit constitutus quod interficietur, vel illud in quo bonum communitatis consistit perisset vel quam deserere bonum virtutis, puta : si sit talis casus quod bonum communitatis ab alio perimetur si aliquis potens resistere se non opponat, videtur quod in omnibus talibus sit dicendum quod aliquis potest plus diligere aliquod bonum aliud [54] sibi extrinsecum [55] quod etiam formaliter non est Deus quam se ipsum. Sed quia, ut dictum est, non possum aliquid velle et diligere nisi in hoc includatur bene mihi esse et bonum mihi etiam intrinsecum, quando sum bonus et perfectus formaliter in hoc quod sic volo bonum meum et me ipsum non esse **[Cod. Q, fol. 122 V^a^]** propter conservationem alterius boni extrinseci, maius bonum intrinsecum acquiro mihi et melius esse, quia virtuose esse. Sed quia illud bonum intrinsecum habet suam bonitatem ex bonitate obiecti dilecti principaliter, ideo sic magis volo maximum bonum mihi possibile, non tamen volo illud primo et principaliter et maxime quia nec illud est obiectum primum et per se voluntatis, sed illud ex quo habet huiusmodi actus qui est bonus mihi suam bonitatem. Si enim magis vellem [56] bonum meum in esse conservari quam bonum divinum, quia hoc velle esset inordinatum et vitiosum, in hoc non vellem [57] mihi maximum bonum, sicut si miles fugeret et clipeum proiceret pro conservatione sua, conservationem communitatis contemnendo. Unde cum in volendo Deum esse sive in diligendo bonum divinum sit quoddam bonum [58] meum intrinsecum et virtuosum; et etiam in volendo me **[Cod. P, fol. 219 V^b^]** velle Deum esse et in diligendo me Deum diligentem, includantur actus reflexi quorum perfectio est ex perfectione obiecti principalis et ipsius actus principalis, patet igitur quod perfectius est Deum velle esse vel diligere quam ipse actus reflexus ; et plus debeo eligere et velle Deum esse quam me velle Deum **[Cod. R, fol. 165 R^b^]** esse ; et sic patet quod magis diligo bonum divinum sive Deum esse quam bonum meum.

Sicut etiam in politicis, cum studiosus amat bonum communitatis pro cuius conservatione se vult exponere et amat se amantem bonum commune et se pro illo exponentem, oportet dicere quod magis amat bonum commune, aut [59] incompossibilia ponentur. Si enim magis amat se [60] sic, magis ergo vult non

Digitized by Google

esse bonum commune ipso sic perfecto manente quam se sic perfectum non manere et bonum commune manere, sed sua perfectio. In hoc [61] quod sic diligit bonum commune includit velle bonum commune conservari etiam per suam mortem ; conservatio autem boni communis non includit illum conservari in esse, quia illo non existente potest esse ; possibile est ergo aliquem velle conservari bonum commune sine ipso, sed impossibile est velle aliquem se conservari in tali opere virtuoso, quo scilicet vult conservari bonum commune et pro illo se exponere non volendo bonum commune magis conservari quam se. In hoc ergo magis vult et diligit bonum commune.

Nec praedicta videntur [62] contra Philosophum ; quia verum **[Cod. V, fol. 171 R^a]** est quod in hoc studiosus eligit sibi optimum quia bonum virtutis quod eligit est optimum bonum studioso ; nihil enim eorum quae aliquis exponit et reservare posset si se exponere nollet est tamen bonum ; et ideo in hoc, secundum Philosophum (8), studiosus tribuit sibi ipsi optima et maxima bona, quae sunt bona sibi secundum rationem vel intellectum convenientia quia, ut dicit, etiam moriens [63] eligit magis per parvum tempus vivere bene quam multum qualitercumque ; et cetera. Sic ergo secundum rectum ordinem naturalem per quem perficit **[Cod. P, fol. 220 R^a]** caritas, homo magis diligit Deum quam se ipsum, in hoc tamen magis diligit se ipsum quia [64] etiam maius bonum suum, quam si Deum sic non diligeret. Nec bonum ipsum intrinsecum diligentis est ratio quasi finalis diligendi Deum vel [65] bonum commune, quia bonum partis non potest esse finale bonum propter quod bonum commune diligatur et conservetur, sed [66] ipsa sua perfecta bonitas ipsius boni communis ad quam [67] habet bonum partis ordinem et habitudinem est ratio **[Cod. Q, fol. 122 V^b]** qua finaliter diligitur propter se, ut dictum est, alioquin diligens Deum Deo uteretur.

Sed ex hoc videtur quod inter actus humanos dilectio Dei sit perfectissimus cum in diligendo Deum maximum bonum etiam velit sibi, ut dictum est, quasi ex consequenti et implicite.

Est dicendum quod [68] licet Deus sit id quod est optimum et summe diligendum, non oportet tamen quod actus quo diligitur sit eminentior omni alio actu quo attingitur. Immo potest [69] dici quod Deum debeo diligere plus quam quemcumque actum meum sive istum, sive alium, quo magis attingitur. Sed magis diligo actum visionis quo attingitur per intellectum perfectius quam ipsum actum dilectionis quo attingitur per voluntatem ; sicut politice studiosus debet [70] magis diligere bonum commune [71] quam quemcumque actum suum, tamen magis diligit actum contemplationis si sit speculativus quam [72] actum huius [73] dilectionis.

Dicendum ergo quod, cum illo amore quo quis exponit se morti praecipue regulato et ordinato non sit maior secundum speciem, licet ille possit esse maior vel minor secundum intentionem, et homo ex ordine rationis naturalis habeat iudicare quod pro amore Dei debet esse paratus mortem sustinere ;

Digitized by Google

cum etiam ratio recta dicat hoc esse faciendum **[Cod. R, fol. 165 V^a]** pro bono communitatis conservando, ut patet per Philosophum (9), nono Ethicorum ; sic autem amans plus videtur diligere illum pro quo tantum sustinet detrimentum quam se ipsum [74], patet quod ex dictamine naturalis rationis potest convinci quod homo plus debet diligere Deum quam se ipsum. Secundum enim rectum ordinem naturae una quaecumque pars naturaliter plus amat commune bonum totius quam particulare **[Cod. P, fol. 220 R^b]** bonum. Cum etiam bonum proprium ad [75] bonum commune ordinetur et ab illo etiam dependeat, Deus autem est commune bonum omnium ; et cetera ; sic etiam [76] amando bonum [77] commune plus quam se ipsum, amat se ipsum melius sive plus et perfectius quam si haec detrimenta pati nollet pro amato [78] bono ; ita etiam diligens Deum plus quam se ipsum ordinate secundum ordinem naturalis [79] inclinationis et ex dictamine naturalis rationis non potest [80] ipsum sic diligere quin [81] etiam in hoc plus et perfectius diligat se ipsum quam si non sic Deum diligeret. Naturalis autem ordo et ratio poscit [82] ut unusquisque se ipsum diligat sic quod optima bona sibi velit et operetur quod convenit sibi Deum plus quam se ipsum diligendo, quia hic est actus perfectissimus eius ; nec potest poni quod sic debeat velle diligere bonum divinum plus quam bonum suum, quod bonum suum in hoc non magis includatur [83] quam diligendo praecise et principaliter bonum suum privatum vel quam non sic plus diligendo Deum ; non enim debet intelligi quod aliquis debeat facere aliquem actum sive interiorem [84] dilectionis sive exterioris [85] operis nisi illum faciendo melior possit esse simpliciter. Unde pro nullius bono quocumque conservando debet aliquis facere et eligere aliquem actum vitiosum, quo scilicet deterior esset.

Propter quod non videtur bene dictum quod circa hoc dicunt aliqui, quod cum politicus exponit se morti pro bono communi hoc facit quia in hoc sibi maius bonum acquirit, scilicet actum perfectum fortitudinis. Sed cum sic se exponit contemplativus non hoc facit propter bonum maius quod in hoc acquirit, quia actus fortitudinis [86] vel cuiuscumque virtutis politicae est imperfectior [87] actu contemplationis quem contemplativus omittit sic se exponendo, quia sic se exponendo illum non potest **[Cod. Q, fol. 123 R^a]** exercere ; sed hoc facit ne deterior existat sibi malum culpae incurrendo. Unde sic se exponere non est melius contemplativo quantum ad boni acquisitionem, sed quantum ad mali evasionem. Immo etiam in hoc contem- **[Cod. P, fol. 220 V^a]** plativus acquirit [88] sibi maius bonum.

Nec videntur simul stare quod aliquis faciat aliquem actum perfectum ut evitet malum culpae quin in hoc acquirat [89] magnum bonum virtutis, quia sicut malum incurret omittendo, scilicet cum se non exponeret quando hoc facere debet, ita bonum virtutis [90] acquirit cum se exponit quando debet et sicut debet ; non enim incurreret malum **[Cod.V, fol. 171 R^b]** culpae se non exponendo nisi quando ad hoc teneretur. Constat autem quod sicut voluntarie omit-

Digitized by Google

tens bonum quod facere tenetur, malum incurrit vel deterior efficitur, ita ex electione faciens bonum ad quod tenetur, bonum acquirit et melior efficitur.

Et quamvis actus fortitudinis vel cuiuscumque virtutis politicae non sit perfectior vel melior actu contemplationis secundum se et simpliciter [**Cod. R, fol. 165 V**^{b}] absolute, propter quod simpliciter et absolute [91] non sunt opera contemplationis pro operibus [92] politicis omittenda, tamen in casu, puta : cum bonum commune non potest convenienter conservari nisi aliquis contemplativus deserendo opera contemplationis ad actus politicos se exponat, melius est illa sic omittere [93]; et maius bonum est contemplativo in tali casu sic agere et maius bonum sibi acquirit, sicut etiam indigenti melius est ditari quam philosophari [94].

Ad argumentum, cum dicitur : amicabilia quae sunt ad alterum proveniunt [95] ex amicabilibus quae sunt ad seipsum, dicendum quod Philosophus (10) loquitur de amicitia proprie dicta quae est inter aequales vel quasi aequales et in qua amici communicant quasi aequaliter in bono secundum quod in eis amicitia invenitur, sive quod est obiectum talis amicitiae et in quibus habet esse huiusmodi bonum secundum quendam [96] modum quasi participationis, non autem de amicitia quae habetur [97] ad alterum in quo invenitur bonum quod est amicitiae obiectum, secundum rationem eminentiae et cuiusdam totius quasi omne bonum includentis [98]. Et secundum hoc patet quod male assignatur [99] differentia inter Aristotelem et peripateticum et quemcumque doctorem theologicum, in hoc quod imponitur Aristoteli quod secundum doctrinam ipsius unusquisque debeat plus dili- [**Cod. P, fol. 220 V**^{b}] gere se ipsum et bonum suum proprium quam quodcumque aliud. Immo in his quae ad veram amicitiam pertinent concordat doctrina Aristotelis et peripatetici cum doctrina intelligentis theologi. Ita tamen hoc [100] est [101] intelligendum quod [102] perfectiori modo et de perfectiori amicitia tractatur in sacra scriptura quam in scientia philosophica. Secundum hunc ergo modum exponendi praedictum [103] verbum Philosophi (11) patet quod non discordat a perfectissimo theologo christiano [104] ; immo quod dicit Aristoteles : amicabilia quae ad alterum, et cetera, nihil aliud videtur quam quod dicit Christus : diliges proximum tuum sicut te ipsum; et cetera. Commentator (12) etiam exponit hoc dictum non ut per hoc intelligatur quod ratio amandi alterum sit ipse amans sive bonum amantis, sed quod per amicabilia quae operamur [105], ad amicos manifestatur si sumus amici de his quae amans operatur ad se ipsum. Unde dicit : amicabilia quae ad amicos et quibus determinantur, videntur ex his quae ad se ipsum venisse determinantur ; idem est, hoc scilicet cognite et manifeste fuerit cum enim scimus aliquem quantum et qualia velit sibi adesse vel fieri tanta et talia vult et festinat [**Cod. Q, fol. 123 R**^{b}] et haec alicui convenire amicum esse hunc alicuius.

[1] est magis — optimum] *om.* R. — [2] *om.* P. — [3] dicat P; dicant R. — [4] deum *add.* Q;

Digitized by Google

postea del. — [5] commentator PQ *et 1ª m.* V; — nono *in marg. corr. 2ª m.* V. — [6] ex — ad se ipsum] *om.* R. — [7] quamquemque] quantumque P; quamcumque Q. — [8] se ipsum — diligit] *om.* Q. — [9] haberet P. — [10] creatum P. — [11] ipsum *add.* Q, *postea del.* — [12] *om.* Q. — [13] sit *add.* Q, *deinde del.* — [14] quasi commune *add.* Q. — [15] citius PRQ. — [16] *om.* R. — [17] pro conservatione] per conservationem P. — [18] virtuosius P. — [19] inclinationis R. — [20] inclinationem — naturalem] *om.* Q. — [21] fieri PQ. — [22] materiam PVR; vel naturam *add. in marg.* VR. — [23] imperfectiori — modo] *om.* R; *in marg. scrips.* R. — [24] quo P. — [25] studiosius P. — [26] in sic V. — [27] eis PRQ *et 1ª m.* V. — [28] ubi PRQ. — [29] studiosius P. — [30] quia V. — [31] *om.* P. — [32] acceptio P. — [33] multis Q. — [34] studiosius P. — [35] id est P. — [36] *om.* R. — [37] quam VR. — [38] bo um R; bonum Q. — [39] est divinum *om.* PVRQ; *add. in marg. alia m.*V. — [40] *om.* P; et Q; *om.* R, *et est suprascrip.* R; *om.* V; et *add.* V, *postea del. et est in marg. scrips. alia m.* V. — [41] quod PQ. — [42] extrinseca PRQ *et 1ª m.* V. — [43] et bonum virtutis — intrinsecum] *om.* R. — [44] compatibilia P. — [45] compatibilia PQ. — [46] aliquod VRQ. — [47] principii R. — [48] ad *add.* Q; *postea del.* — [49] operationem P. — [50] se *add.* Q; *deinde del.* — [51] et *add.* P. — [52] visione P. — [53] et VR. — [54] in *add.* Q; *postea del.* — [55] sibi extrinsecum] extrinsecum sibi PQ. — [56] velle PQ. — [57] velle PQ. — [58] divinum *add.* Q; *postea del.* — [59] autem VR. — [60] sese Q. — [61] eo P. — [62] mituntur P. — [63] etiam moriens] moriens etiam P. — [64] quam V. — [65] ut P. — [66] si VPR.; sed *in marg. scrips.* V; — signa Q. — [67] quid P. — [68] quia V. — [69] possum R. — [70] dicitur P. — [71] *om.* R. — [72] quod V. — [73] huiusmodi V. — [74] sed etiam sic amando et agendo se ipsum plus diligendo se ipsum plus diligat quam naturaliter se haberet, quia sic se agendo etiam melior et perfectior existit in quantum se habet ad ea quae extra ipsum sunt sicut se debet habere ad illa; impossibile est enim quod aliquis bene se habeat ad aliquid aliud et in hoc secundum bonum virtutis, non melior existat; et ex hiis — *add. Cod. S. Jacobi Leodiensis.* — [75] ab PQ. — [76] autem Q. — [77] autem Q. — [78] pro *add.* R. — [79] naturalem P. — [80] possunt R; *del. et* potest *scrips. in marg.* R. — [81] quoniam PR. — [82] possit RQ. — [83] inclinatur P. — [84] interioris P. — [85] interioris VPRQ; ex *supra litteras* in *scrips.* V. — [86] quod — fortitudinis] *om.* P. — [87] perfectior P. — [88] acquirit Q. — [89] acquirit PRQ. — [90] quia — bonum virtutis] *om.* P. — [91] propter — absolute] *om.* P. — [92] actibus PRQ. — [93] emittere PRQ. — [94] pauperari PRQ. — [95] pervenerunt R. — [96] bonum *add.* Q; *postea del.* — [97] dicitur R; *postea del. et in marg. scrips.* habetur. — [98] includentes R. — [99] assignata PQ. — [100] *om.* P. — [101] hoc *add.* R. — [102] quod *add.* PR. — [103] peccatum. — [104] christo VQ. — [105] operantur PR.

(1) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. IX, 8 (t. 2, p. 1168 b). — (2) *Evangelium Iohannis*, XV, 13. — (3) Resp. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. IX, c. 8 (*ibid.*, t. 2, p. 1169 a). — (4) Alluditur ad ARISTOTELEM, *Ethica Nicomachea*, l. IX, c. 8 (*ibid.*, t. 2, p. 1168 b). — (5) Resp. ARISTOTELES, *op. cit.*, (loc. cit., p. 1169 a). — (6) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (7) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (8) ID., *ibid.* (loc. cit., p. 1168 b). — (9) ID., *ibid.* (loc. cit., p. 1169 a). — (10) Resp. ARISTOTELES, *ibid.* (loc. cit., p. 1168 b). — (11) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (12) Alluditur forte ad AVERROÈS *Moralia Nicomachea*, l. IX, c. 8, Com. (vol. III, fol. 137 V[b]).

Digitized by Google

QUAESTIO VII

Utrum dolor contritionis quo quis dolet de peccato secundum quod per illud offendit homo divinam bonitatem et maiestatem debeat esse maximus ita quod non possit esse maior

Post haec quaerebatur utrum dolor contritionis quo quis dolet de peccato secundum quod per illud offendit homo divinam [1] bonitatem et maiestatem debeat esse maximus, ita quod non possit esse maior. Et arguitur quod sic. Quia ad hoc quod [2] aliquis reducatur ad Deum et gratiam ab eo consequatur, oportet quod recedendo a peccato tantum illud detestetur [3] et de illo [4] doleat quantum attendendo [4] ad Deum oportet eum diligere. Sed non potest redire convenienter [5] ad Deum per poenitentiam nec ab eo consequi gratiam nisi eius dilectio sit maxima ; quia sic debet diligere quod non possit alia dilectio esse maior ; ergo non potest consequi **[Cod. P, fol. 221 R^a]** gratiam nisi **[Cod. R, fol. 166 R^a]** dolor de peccato sit maximus, sic scilicet quod non possit esse maior.

Contra. Per dolorem contritionis aliquando remittitur simul culpa et poena ; et uterque dolor contritionis sufficit ad salutem et ad gratiam habendam et constat quod maior est ille per quem remittitur culpa et poena quam quo remittitur [7] sola culpa ; ergo non oportet quod quilibet dolor contritionis sit maximus.

Respondeo. Dicendum quod dolor potest dicere displicentiam voluntatis respectu mali perpetrati vel quandam passionem in appetitu sensitivo. Primum essentialiter pertinet ad contritionem ; non sic alius ; quoniam in aliquo est magnus dolor primo modo dictus in quo est modicus dolor secundo modo dictus et e converso. Huiusmodi enim dolor diversificatur et intensior aut remissior invenitur secundum diversitatem quae in corporis complexione et in viribus corpori affixis invenitur. Loquendo ergo de dolore per se et essentialiter ad contritionem pertinentem, est intelligendum quod, secundum quantitatem amoris vel dilectionis alicuius boni [8], debet esse quantitas doloris displicentiae vel odii de eo quod caret quis tali bono. Unde cum dolor contritionis sit odium peccati vel displicentia in quantum peccatum est Dei offensivum et exclusivum ab eius societate et amore ; sicut amor caritatis quo Deus diligitur debet esse maximus, ita dolor contritionis quo voluntas peccatum detestatur debet esse maximus quidem in genere dolorum qui sunt respectu malorum. Sicut enim bonum diligitur quia bonum et maximo bono debetur maximus amor, scilicet qui potest alicui bono deberi ; et ideo amor quo Deus amatur est maximus, quia scilicet non est aliud bonum cui debetur tantus

Digitized by Google

amor sicut Deo, ita malum odio habetur sive dolendum [9] est de malo quia malum. Et cum de maiori malo magis dolendum et de maximo maxime ; et malum culpae quod est peccatum est maximum malum quia maximum bonum adimit et in-**[Cod. P, fol. 221 R^b]**cludit odium Dei qui est maximum bonum ; secundum hoc dolor contritionis debet esse maximus, quia de nullo alio tantum debet homo dolere sicut de peccato. Sed**[Cod. V, fol. 171 V^a]**sicut non est de necessitate salutis quod diligens Deum super omnia et sic maxima dilectione, ut dictum est, in genere dilectionum diligat ipsum maxima dilectione, id est maxime intensa in hac specie dilectionis, sed ipsa existens una secundum speciem et maior respectu aliarum specierum dilectionis intra se continet multos gradus secundum intensionem et remissionem quorum quaelibet sufficit ad salutem, ita etiam in proposito. Dolor de peccato est maximus in genere, ut scilicet dolor de peccato ad dolores **[Cod. Q, fol. 123 V^a]** respectu aliorum malorum comparatur, quia nullus aliorum debet esse tantus. Non tamen oportet quod dolor sufficiens ad salutem et ad peccati remissionem sit maximus, id est maxime intensus et in [10] hac specie doloris ; sed existens unus secundum speciem, quia una formalis ratio est doloris [11] vel displicentiae [12] recpectu peccatorum, scilicet ut sunt [13] offensiva bonitatis et divinae maiestatis, quae multos continet gradus secundum intensionem, quorum quilibet sufficit ad salutem. Per hoc [14] patet solutio ad obiecta.

[1] homo divinam *add.* Q. — [2] quia Q. — [3] detestatur VPRQ. — [4] eo PR. — [5] accedendo V. — [6] communiter VQ. — [7] culpa et poena — remittitur] *om.* P. — [8] homini P. — [9] dolendo PRQ, *et l^a m.* V. — [10] *om.* PRQ. — [11] est doloris] doloris est Q. — [12] disciplinae VQ. — [13] sint PQ. — [14] hec V.

QUAESTIO VIII

Utrum vovens aliquid pro aliquo bono temporali puta pro sanitate obtinenda vel pro aliis temporalibus assequendis teneatur votum implere

Post haec quaerebatur utrum vovens aliquid pro aliquo bono temporali, puta pro sanitate **[Cod. R, fol. 166 R^b]** obtinenda vel pro aliis temporalibus assequendis, teneatur votum [1] illud [2] implere. Et arguitur quod non. Quia nullus debet facere illud in quo peccaret ; sed tale votum implens [3] peccaret ; quia qui ponit creaturam tanquam finem suae intentionis fruitur utendo et peccat. Sed hoc faceret iste. Ergo votum tale non est implendum.

Contra. Dicitur in Psalmis [4] (1) : vovete et reddite. Et, sicut dicitur in Glossa (2), licet vovere sit voluntatis tamen [5] reddere post votum [6] est necessarium. Quare ; et cetera.

Digitized by Google

Responsio [7]. Circa casum propositum est intelligendum quod, cum votum sit alicuius boni cum deliberatione [8] Deo facta promissio vel conceptio melioris propositi cum deliberatione formata [9], debet ergo [10] esse materia [11] voti res bona et [12] non **[Cod. P, fol. 221 V^a]** necessaria ad salutem, quia ad bona quae sunt de necessitate salutis est quilibet [13] sine voto speciali obligatus ; et debet fieri promissio non ex praecipitatione impetuose, sed cum diligenti deliberatione ; et quando promissio aliqua [14] hoc importat [15], dicitur votum implendum.

Est autem ulterius intelligendum quod votum factum sub condicione sive propter aliquem finem alium extrinsecum consequendum, non est obligatorium vel implendum nisi condicione exstante vel impleta. Unde cum quaeritur utrum votum factum pro aliquo bono temporali, puta : pro sanitate corporis consequenda vel pro lucro temporali adipiscendo, obliget post talis boni consecutionem vel adeptionem, est dicendum quod cum praedicta quae ad rationem voti pertinent in tali [16] casu concurrere possunt, tale votum est obligatorium et implendum. Praedicta enim contingunt quando illud super quod per se et directe cadit votum, puta : labor peregrinationis vel elargitio aliquorum bonorum, cedit ad gloriam Dei vel ad salutem sive [17] utilitatem voventis vel proximorum, etiam si illud [18] quod est inductivum vel motivum ad vovendum sit bonum aliquod temporale. Cum enim tale bonum temporale vovens [19] est adeptus, et illud quod principaliter cadit sub voto est bonum modo praedicto et ad illud [20] vovens se intendebat obligare, illud est faciendum. Nec [21] est aliquod malum in faciendo illud nec in vovendo nisi forte per accidens, si scilicet [22] vovens tale quid vovet ex amore inordinato et libidinoso boni temporalis propter quod vovet, aut etiam si ex huiusmodi amore illud quod vovit implet. Sed tunc est amor inordinatus deponendus et votum simpliciter adimplendum. Nec propter actum vovendi nec propter actum [23] quo votum impletur novum peccatum per se inducitur [24], sed peccato praeexistenti ex amore inordinato haec, quae sunt quaedam bona secundum se, superadduntur scilicet amori inordinato [25] boni temporalis ; et ideo [26] illo bono adepto est amor inordinatus abiciendus. Nec est omittenda voti impletio [27]; immo **[Cod. P, fol. 221 V^b]** si ipsum votum [28] non impletur [29], ex hoc novum peccatum superadderetur.

Per hoc patet responsio ad argumentum. Quia **[Cod. V, fol. 171 V^b]** verum est quod vovens pro bono temporali **[Cod. Q, fol. 123 V^b]** si afficiatur ad illud [30] bonum temporale amore inordinato et [31] ut ad finem principalem, in hoc est malus ; non autem in vovendo ratione actus qui per se cadit sub voto. Si autem afficiatur ad tale bonum temporale **[Cod. R, fol. 166 V^a]** amore ordinato ut ad finem sub fine non est malum nec in eo quod cadit sub voto, nec in eo quod movet ad vovendum. Et ideo ut ex casu proposito plenius informemur [32] ipsum amplius hactenus ponendo quod aliquis inducatur vel moveatur ad aliquid vovendum ex aliquo quod secundum se

Digitized by Google

est malum [33] nec ad finem referribile bonum [34], puta : si [35] aliquis sic voveat : si mihi possit contingere quod de tali muliere habeam voluntatem meam intrabo religionem ; vel forte mulier ex odio mariti voveat quod si maritus eius [36] tale tempus [37] moriatur, tale bonum aliquod aget [38] vel religionem intrabit.

Et videtur quod etiam condicione non exstante [39] talis promissio statim obliget, quia [40] fortior videtur obligatio qua [41] Deo obligamur quam qua homini. Sed si aliquis obligat [42] se mulieri contrahendo sponsalia cum ea sub condicione inhonesta [43] vitiosa, puta, dicendo : promitto et iuro quod ducam te si furtum feceris vel si talem percusseris vel interfeceris, contrahuntur [44] vere sponsalia et talis obligatur ad ducendum per verba de praesenti etiam absque hoc quod talis condicio impleatur ; immo quia ipsam non licet implere [45] pro non [46] adiecta debet haberi.

Contrarium videtur quod [47] votum non debet iudicari ubi non solum invovendo bonum simpliciter includitur, sed aliquid [48] melius. Ubi ergo malum includitur videtur non esse votum. Et confirmatur ratio. Quia votum factum de materia mala [49] propter finem bonum non tenet. Ergo votum factum de re bona propter finem malum non tenet, quia magis **[Cod. P, fol. 222 R²]** dependet votum a suo fine quam a sua materia, cum finis sit causa causarum.

Praeterea votum de re mala est irritum ; sed bonum opus relativum ad finem malum formaliter est malum. Ergo non tenet votum de re bona factum propter rem malam.

Et ad hoc dicendum est quod supposita [50] debita materia voti et accedente deliberatione si votum fiat cum aliqua [51] condicione honesta, non obligat nisi existente [52] condicione et nisi illud [53] quod sub condicione cadit impleatur. Si autem fiat votum sub condicione inhonesta, illud [54] tamen super quod cadit per se bene est materia voti, ita videlicet quod vovens animo et deliberative [55] intendit se firmiter obligare ad aliquid quod vere est bonum et materia voti sub condicione tamen [56] tali, ita quod in omnem eventum dum ipse vovet [57], intendit implere illud super [58] quod per se cadit votum si illa condicio impleatur. Cum hic [59] sint duo, scilicet bonum voti ratione materiae bonae supra quam [60] per se cadit et motivum vel inductivum ad vovendum quod est malum, videtur quod antequam condicio impleatur debet mutare voluntatem quantum ad illam condicionem ; nec modo aliquo debet velle et cooperari ad hoc quod impleatur etiam intentione voti implenda [61], quia quandiu illud intendit est in peccato. Et quantum ad hoc non debet huiusmodi condicio haberi pro non adiecta sicut contingit in sponsalibus [62] ut videbitur. Dicitur enim condicio haberi pro non adiecta quando non est implenda et nihilominus promissum sub illa condicione est implendum. Si vero contingat quod talis condicio impleatur, debet dolere de hoc quod impleta est, ratione mali quod continebat ; et remanet nihilominus obligatus ad votum implendum quia, ut dictum est, illud super [63] quod per se cadit est bonum et fuit ex deliberatione factum

Digitized by Google

[1] **[Cod. R, fol. 166 V^b; Cod. Q, fol. 124 R^a]**. Ex quo enim talis duo intendit, unum sub condicione alterius, licet condicio non possit impleri sine peccato suo; et ideo propositum suum debet de illa [64] mutare, ut **[Cod. P, fol. 222 R^b]** dictum est ; quia tamen aliud licite potest [65] facere et ad hoc se obligavit, si illa condicio eveniret, ex quo condicio evenit, ita tenetur sicut si [66] condicio fuisset honesta et impleta. Et non **[Cod. V, fol. 172 R^a]** esset differentia nisi in hoc quod in vovendo sub condicione honesta non peccaret nec condicionem, quantum est in eo, impedire oporteret. Vovendo autem sub alia peccabat non in eo quod ad substantiam [67] voti pertinet, sed ratione mali motivi. Nec tamen debet impleri, quia supponendum sit quod merito huius boni quod sub voto cadit impleta sit talis condicio ; quia Deus cui fit promissio voti non est alicui causa ut sit deterior ; sed debet impleri, quia illud quod per se sub tali voto cadit est bonum. Et quia vovens intendebat se Deo obligare ad faciendum illud si condicio exstaret quamvis etiam errans [68] in vovendo crederet quis quod merito voti posset a Deo consequi [69] impletionem talis condicionis, hoc non impedit quin condicione exstante votum sit obligatorium et implendum ; quia illud bonum quoddam est et intendit vovens se obligatum esse ad illud cum condicio fuerit impleta ; qua impleta [70] potest fieri quod sub voto cadit licite et meritorie, licet ante [71] impletionem talis condicionis esset votum sic illicitum ratione condicionis annexae. Talis error enim [72] in principali motivo ad faciendum aliquod factum quod cadit sub voto non impedit consensum in ipsum factum super quod per se cadit votum, cum non sit error in facto ipsius condicionis et cum ipsa condicio realiter impleatur, licet error sit in hoc quod aliquid credatur esse causa illius quod non est eius causa ; quia in hoc non respicitur nisi quod talis condicio desiderata et intenta existat ad hoc quod illud quod propter ipsam sub voto cadit sit implendum.

Et ex hoc patet quod ratio et exemplum per quae aliqui tenentes oppositum huius positionis [73], scilicet quod votum **[Cod. P, fol. 222 V^a]** factum de re bona propter malum finem non tenet, conantur illam suam rationem confirmare, non valent. Dicunt enim quod, quia error circa principale motivum alicuius facti impedit consensum in ipsum factum, puta : si aliquis credens se suscipere ordinem sacrum ex hoc intendit se obligare ad castitatem et non aliter, si invenit [74] quod vere non est ordinatus quia ordinans non fuit episcopus, talis quia non consentit absolute in votum castitatis sed sub condicione, quando est sibi notum quod non suscipit [75] ordinem, non oportet quod observet [76] **[Cod. P, fol. 223 V^b]** castitatem, ita, ut dicunt, est in proposito.

Sed hoc non valet. Nec istud est simile, quia cum talis non obliget se nisi sub [77] condicione, scilicet si ordinem suscipiat, et talis condicio **[Cod. P, fol. 224 R^a]** non impletur, ideo non remanet obligatus ; et sic est error in motivo, in quantum scilicet creditur motivum consequi quod non consequitur [78].

Per talia ergo non concluditur in proposito casu [79] quod tale votum de quo

Digitized by Google

quaeritur non sit implendum. Si enim quaeratur quare talis non vult implere votum suum, non potest dicere quod non intendebat se obligare, ut patet. Si autem dicat quod quia intendebat [80] se obligare sub condicione inhonesta, ideo votum fuit inhonestum et sic nullum [81] et non implendum, non valet ; quia [82] talis **[Cod. R, fol. 167 R[a]]** condicio non pertinebat ad substantiam voti sive eius super quod per se cadit votum. Immo [83] totum [84] illud quod per se cadit sub voto est bonum ; et illi quod cadebat sub voto non [85] erat annexa [86] condicio faciens quod vovens **[Cod. Q, fol. 124 R[b]]** illam intendens erat in peccato, nisi cum erat fienda ; et ideo etiam tunc est impedienda ; et per hoc sequeretur absolutio a voto. Sed cum iam impleta est, vovens manet obligatus sicut si illa condicio [87] honesta fuisset.

Et [88] similiter dicendum est de sponsalibus, scilicet quod adiecta condicione inhonesta, si illam apponens non intendebat se obligare nisi condicio exstaret, [quod] illa non existente [89], non est obligatus realiter et apud Deum ; et ideo si hoc fiat in oculto, quia talis condicio est inhonesta et non implenda, debet non [90] impleri. Nec oportet quod talis ad matrimonium procedat nisi cum condicio fuerit adimpleta [91]. Sed si fiat in publico et possit probari [92] ; quia sic promittens non solum obligatur Deo, propter quem [93] omne iuramentum et omne promissum licitum est implendum, sed etiam mulieri ; et debet praesumi **[Cod. V, fol. 172 R[b]]** quod intendebat facere illud [94] quod possibile est sibi [95] fieri et quod intendebat se obligare ad illud ad quod se licite poterat obligare — potest autem licite contrahere, non autem velle [96] quod condicio impleatur — ideo dicitur quod tenet promissio facta sub tali condicione et absque hoc quod condicio impleatur.

Immo **[Cod. P, fol. 224 R[b]]** debet haberi condicio pro non adiecta et non impleri ; non quidem quia, ut dictum est, talis sit realiter et in foro conscientiae obligatus, sed iudicio Ecclesiae quae non iudicat de occultis sed de manifestis et quae providet [97] quod unus in praeiudicium alterius nihil faciat. Unde obligatio ad implendum [98] talia promissa magis habet vim et efficaciam ex ordinatione et statuto Ecclesiae quam ex consensu et animo se obligantis. Et praecipue hoc est statutum in matrimonii causa [99] principaliter in favorem ipsius matrimonii, ut dicitur, EXTRA (3), *De Condicionibus appositis*, capitulo : *Si condiciones*, ubi huiusmodi condiciones explicantur.

Unde circa hoc est intelligendum quod, cum dicitur quod in promissis condicio inhonesta, si apponatur, pro non adiecta est habenda, hoc non est universaliter verum, sic scilicet quod illud quod promittitur sub condicione inhonesta sic est simpliciter implendum, huiusmodi condicione [100] non exstante; sicut si promissum esset simpliciter et sine condicione et quod ad [101] impletionem condicionis non est respiciendum ; immo penitus est amovenda et promissum nihilominus implendum. Aut sic quod [102] ratione talis condicionis ipsum votum amittit vim obligandi. Nec [103] magis obligatorium redditur si condicio impleatur quam si omnino [104] deficiat, ut sic dicatur habenda pro

Digitized by Google

non adiecta ; quia etiam ipsa impleta [105] in effectum, apponens ipsam non est obligatus ad faciendum illud [106] ad quod [107] se obligare intendebat.

Immo si respiciatur ad illud ex quo obligatio per se habet vim et efficaciam [108] ex parte eius qui obligatur quando illud ad quod se obligare intendit est bonum et licitum ad agendum, condicio apposita sive sit honesta sive inhonesta pro adiecta est habenda ; quia obligatio per se vim et efficaciam habet ex consensu et intentione animi eius qui se obligare intendit, quando illud ad quod se obligare intendit est **[Cod. R, fol. 167 R^{b}]** tale quod potest cadere sub voto vel promisso.

Ergo cum aliquis intendit **[Cod. P, fol. 224 V^{a}]** se obligare et consentit in hoc quod sit obligatus ad faciendum aliquid quod secundum se est bonum et licitum, cum tamen aliqua [109] condicio impleta fuerit in effectu, videtur quod generaliter et regulariter ab impletione talis condicionis dependeat obligatio talis [110] voti. Unde quod in matrimonio contrahendo **[Cod. Q, fol. 124 V^{a}]** promissio facta sub condicione honesta non obligat nisi condicione exstante, hoc contingit ex eo a quo naturaliter habet talis promissio [111] vim obligandi.

Quod autem promissio facta sub condicione inhonesta obligat, etiam condicione non exstante, hoc contingit ex auctoritate [112] iuris positivi ; alioquin ubicumque fieret promissio, apposita condicione inhonesta, esset talis promissio adimplenda absque condicionis existentia.

Ergo concludendo [113] breviter dicendum [114] quod, sicut illud [115] quod cadit sub iuramento, cum potest sine detrimento salutis fieri, est faciendum, ita etiam in proposito. Cum ergo ille qui vovit aliquid quod secundum se est bonum ob aliquam [116] causam [117] inhonestam condicionaliter appositam, illa condicione impleta, possit id [118] quod vovit non solum absque detrimento salutis sed etiam cum [119] magno profectu[m] facere. Sicut patet inspicienti ad plura exempla descendendo, manifestum est quod tale votum est sic obligatorium quod, condicione impleta, est adimplendum.

Ad argumentum primum contra praemissa inductum, est dicendum quod ad hoc quod votum sit obligatorium et implendum, oportet quod materia super quam per se et directe cadit, et finis quem per se et essentialiter exigit [120] sint [121] aliquod [122] bonum ; sed non est necessarium quod inductivum et motivum ad vovendum sit bonum. Ista enim bene separabilia sunt et distincta, **[Cod. V, fol. 172 V^{a}]** verbi gratia, quod aliquis voveat [123] se daturum aliquam eleemosynam alicui indigenti non propter vanam gloriam, sed ad eius indigentiae subveniendum, si contingat eum habere voluntatem suam de aliqua [124] muliere, huiusmodi votum sive materia talis voti non consequitur malitiam ex huiusmodi fine et motivo ; sed si voveret [125] se daturum eleemosynam non propter proximi **[Cod. P, fol. 224 V^{b}]** indigentiam supplendam nec propter Dei honorem vel huiusmodi sed propter vanam gloriam, si consequeretur finem malum supradictum, sic duplex malum includeretur : unum in motivo ad vovendum [126]; aliud in fine ipsius quod per se cadit sub voto ad

Digitized by Google

quem [127] materia [128] voti ordinaretur ; et tale votum sub tali forma non esset obligatorium nec implendum.

Quamvis ergo votum cum discretione fieri debeat et secundum iudicium rectae rationis, et absque hoc non debet iudicari promissio voti obligatoria [129], hoc est intelligendum quantum ad id [130] super quod per se cadit votum, non autem quantum ad aliud ; quamvis etiam promittere cuicumque et maxime Deo aliquid quod cedat ad eius honorem, sicut est illud [131] super quod per se cadit votum, apposita condicione de aliquo quod est contra eius honorem, sicut est motivum inhonestum, videatur derisibile ratione talis condicionis appositae, non autem ratione eius super quod per se cadit promissio [132], ideo licet quantum ad condicionem ante eius impletionem esset propositum vel voluntas respectu illius immutandum, ipsa tamen impleta, remanet sic promittens obli-**[Cod. R, fol. 167 V^a]**gatus ad faciendum id ad quod [133] se obligare intendebat.

Per idem potest responderi ad secundum argumentum quod [134], cum materia voti per se debeat esse aliquod bonum, contra essentiam voti est materia mala. Nec finis extrinsecus bonus secundum se potest in tali voto efficere bonitatem. Similiter etiam cum materia voti quantumcumque bona sit ordinabilis ad aliquem finem, si id ad quod a vovente per se et principaliter ordinatur ut ad finem sit malum, illud votum etiam non est bonum. Sed si motivum ad vovendum [135] sit aliquod malum, cum nihilominus materia supra quam per se cadit votum et finis etiam [136] ad quam debet [137] per se ordinari [138], sit [139] quid bonum, bene erit obligatorium. **[Cod. Q, fol. 124 V^b]**

Similiter etiam dicendum est [140] ad tertium, quia verum est quod votum factum de re bona [141], habens tamen motivum malum, bene potest esse bonum et im-**[Cod. P, fol. 225 R^a]**plendum — contra rationem enim et essentiam voti est quod cadat [142] super malam materiam vel quod ad finem malum ordinetur, sed non quod habeat malum aliquod motivum ad vovendum — quod poterit esse obligatorium et implendum [143] illo motivo impleto propter finem bonum [144] ad quod [145] est per se et principaliter ordinandum. Hoc est enim [146] verum quod sicut votum factum propter malum finem est malum et non implendum, ita etiam votum factum propter aliquod malum motivum licet etiam habeat [147] finem per se et principalem bonum, si tamen illo motivo impleto tale votum propter illud [148] motivum impleretur, in hoc esset error et male ageretur, quia factum malum et inhonestum placeret et Deo [149] auctore factum crederetur ; sed debet [150] sic voventi factum inhonestum displicere; et debet votum propter finem suum [151] bonum et per se et principalem implere, quod etiam finem in vovendo intendebat sive intendere debebat [152].

[1] *om.* VR. — [2] *om.* P. — [3] imple P. — [4] psalmos RQ. — [5] *om.* P. — [6] reddere — votum] et post votum reddere P. — [7] dicendum *add.* P. — [8] liberatione PRQ. — [9] firmata VPR. — [10] debet ergo] ergo debet R. — [11] in *add.* P. — [12] etiam P. — [13] quibus Q. — [14] promissio-

Digitized by Google

aliqua] permissio alia P. — [15] imperat P. — [16] in tali] intelligi PQ. — [17] ad *add.* Q. — [18] etiam si illud] si illud etiam P. — [19] movens P. — [20] se *add.* Q; *postea del.* — [21] non Q. — [22] si scilicet] scilicet si P. — [23] vovendi — actum] *om.* P. — [24] inducit P. — [25] haec — inordinato] *om.* P. — [26] *om.* P. — [27] implere P. — [28] ipsum votum] votum ipsum P. — [29] impleretur Q. — [30] illum P. — [31] *om.* P. — [32] informemus P. — [33] est malum] malum est RQ. — [34] referibile bonum] bonum referibile PRQ. — [35] sit Q; *litteram* t *expunxit* Q. — [36] quam P. — [37] cepit P. — [38] aliquod aget] aget aliquod P. — [39] existente PR. — [40] quod R. — [41] quam Q. — [42] obliget PQ. — [43] inhonestarum P. — [44] contrahentur VQ. — [45] impossibile P. — [46] pro non] pro ut P. — [47] quia R. — [48] ad P. — [49] et *add.* P. — [50] supraposita P. — [51] alia P. — [52] exeunte P. — [53] id P. — [54] id P. — [55] deliberatione P. — [56] ta *add.* Q; *deinde del.* — [57] movet P. — [58] illud super] super illud P. — [59] hec P. — [60] qua P. — [61] implendi Q. — [62] ut ut videtur *add.* Q; *postea del.* — [63] illud super] super illud Q. — [64] unitate *add.* Q; *postea del.* — [65] licite potest] potest licite P. — [66] *om.* PQ. — [67] *del.* R; *postea in marg. rescrips.* — [68] erras Q. — [69] sequi R. — [70] qua impleta] *om.* Q. — [71] autem P. — [72] error enim] enim error P. — [73] oppositionis *1a m.* R. — [74] invenitur PR. — [75] suscepit PQ. — [76] *Ab hoc loco usque ad fol. 223 Vb, linea 3a penultima, textus* COD. P *est interpositus et pertinet ad quaestionem nonam inferius positam.* — [77] *om.* P. — [78] consequatur P. — [79] proposito casu] casu proposito P. — [80] se obligare — intendebat] *om.* R. — [81] non *add.* Q; *postea del.* — [82] quod PR. — [83] id *add.* Q; *postea del.* — [84] id cum R. — [85] *om.* Q. — [86] annexium P. — [87] condicione V. — [88] *om.* P. — [89] extante PQ. — [90] *om.* R; *deinde suppl.* — [91] adimplenda R. — [92] possit probari] probari possit P. — [93] quod V. — [94] id P. — [95] *om.* P. — [96] vel P. — [97] praevidet VRQ. — [98] implenda P. — [99] matrimonii causa] causa matrimonii Q. — [100] condicio P. — [101] *om.* PQ. — [102] quia VRQ. — [103] ne P. — [104] homo *add.* P. — [105] ipsa impleta] impleta ipsa P. — [106] illud faciendum] faciendum illud P. — [107] ad quod] ea quae P. — [108] et *add.* Q. — [109] alia P. — [110] obligatio talis] talis obligatio P. — [111] habet talis promissio]promissio habet P. — [112] *om.* P. — [113] concludetur P; — concludere Q. — [114] dicendo P. — [115] id P. — [116] aliam P. — [117] *om.* V. — [118] illud PR. — [119] cum *add.* P. — [120] erigit P. — [121] sit P. — [122] aliquid VR. — [123] moveat Q. — [124] alia P. — [125] voverit P. — [126] volendum *1a m.* R; vovendum *corr. 2a m.* R. — [127] quam P. — [128] materiam P. — [129] obligatio P. — [130] illud P. — [131] id Q. — [132] promisso P. — [133] ad quod] aliquid per P. — [134] quia RQ. — [135] volendum Q. — [136] *om.* R. — [137] *om.* P. — [138] ordinatur PRQ. — [139] sic R. — [140] dicendum est] est dicendum P. — [141] relata ad finem malum est irritum set votum factum de re bona *add.* RQ. — [142] cadit PR. — [143] implendo Q. — [144] bonum *add.* Q. — [145] quam PR. — [146] est enim] enim est PR. — [147] habet PR. — [148] id PR. — [149] factore *add.* PR. — [150] dictum Q. — [151] finem suum] suum finem PRQ. — [152] quod poterit esse obligatorium et implendum — intendere debebat] *om.* R.

(1) *Ps.* LXXV, 12. — (2) In *Glossa ordinaria.* Ps. LXXV (PL., t. 113, col. 964, vers. 12). — (3) C. 7. *Si condiciones,* EXTRA, IV, 5 (FRIEDBERG, t. II, col. 684).

Digitized by Google

QUAESTIO IX

Utrum homo sit vere et realiter compositus ex eo quod in ipso est materia et forma

Deinde circa pertinentia ad hominem in communi et secundum se quaerebantur quaedam pertinentia ad principia [1] essentialia ipsius, scilicet ad materiam et formam ex quibus [2] constituitur ; quaedam [3] pertinentia ad suas [4] potentias [5] naturales et earum actus.

Circa primum quaerebatur primo unum pertinens ad materiam eius, scilicet utrum homo sit vere et realiter compositus ex eo quod [6] in ipso est materia et forma. Et arguitur quod non. Quia per id quod cum alio non facit aliquam [7] pluralitatem vel [8] multitudinem non potest aliquid esse vere et realiter compositum, quia compositio realis requirit aliquam [9] realem pluralitatem vel multitudinem. Sed materia cum [10] forma non constituit [11] aliquam pluralitatem [12] **[Cod. P, fol. 222 V^a]** vel multitudinem, quia aliqua [13] non possunt esse plura **[Cod. V, fol. 172 V^b]** vel multa nisi quodlibet illorum habeat propriam entitatem et actualitatem et proprium esse. Sed materia non habet propriam entitatem vel proprium esse, alioquin illud in quo est materia et forma non esset unum simpliciter sed multa. Quare. Et cetera.

Contrarium arguebatur ostendendo oppositum virtute eiusdem medii. Quia illud quod habet esse proprium [14] et propriam actualitatem [15] distinctam ab esse et actualitate [16] alterius facit cum illo compositionem realem. Sed materia habet propriam actualitatem et proprium esse, alioquin si materia non esset nisi ens in pura potentia sive quaedam potentia tantum, cum potentia non sit nisi relatio, materia non esset nisi relatio [17]. Hoc autem est falsum. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod si in uno ente quocumque substantiali composito possunt inesse plures actus substantiales, videtur quod materia possit dici subiectum ens in potentia, non quidem omnimodam actualitatem excludens [18] sed includens actualitatem [19] minimam et imperfectissimam in genere substantiae. Si enim [20] non repugnat unitati compositi substantialis quod in illo sit forma incompleta cedens quasi in rationem materiae et forma [21] completa [22] dans esse perfectum et completum, ita poterit dici resolvendo usque ad illud quod materia dicitur, quod ipsa nihil aliud est quam ens secundum actualitatem minimam in genere substantiae nata perfici per quamcumque aliam [23] actualitatem maiorem **[Cod. P, fol. 222 V^b]** et perfectiorem. Unde secundum eos (1) qui hoc ponunt [24], non potest argui quod talis materia sit qualem ponit Philosophus (2), sed qualem posuerunt antiqui : quod materia

Digitized by Google

erat aliquod ens in [**Cod. R, fol. 167 V**[b]] actu. Si autem nihil potest dici unum simpliciter ubi sunt plures actualitates, oportet dicere quod materia in genere substantiae sit ens in pura potentia nullam actualitatem [25] includens. Sicut si materia esset aliquid [26] in actu secundum aliquod aliud genus, puta : secundum quantitatem, [**Cod. Q, fol. 125 R**[a]] substantia cuius esset talis materia pars, licet posset esse unum in genere substantiae per unam formam substantialem, non tamen posset esse unum simpliciter. Sed licet esset unum simpliciter in genere substantiae ratione unius formae substantialis, non tamen esset omnino unum [27] simpliciter, quia in illo essent plures formae [28] ; unde esset unum per accidens. Et quia ad hoc quod substantia sit unum simpliciter, oportet quod non sint in illa plures actus substantiales ; oportet etiam [29] quod materia secundum quam dicitur aliquid [30] esse substantia in potentia, non dicat aliquam [31] actualitatem sed puram potentiam substantiae.

Et hoc patet per simile [32]; quia in compositis ex subiecto et accidente, ad hoc quod [33] illud sit unum secundum colorem, oportet quod illud per quod est in potentia ad aliquem colorem non includat aliquam [34] actualitatem coloris, alioquin quantumcumque [35] modicam actualitatem importaret, et [36] transmutatione completa haberet aliam actualitatem perfectiorem secundum colorem [37], essent duo colorata.

Licet ergo substantia vel [38] materia per [39] quam aliquid est in potentia coloratum possit esse aliquid in actu secundum aliud [40] genus entis, propter quod ex ipso et colore non fit unum per se et simpliciter, non potest tamen aliquid in actu esse in genere coloris ; et ideo fit unum coloratum simpliciter et non plura, licet sit plura secundum rem alio modo. Ita etiam in proposito, ad hoc quod aliqua substantia sit unum simpliciter in genere substantiae oportet quod materia eius non sit aliquid in actu sed in potentia pura.

Nec [41] ex hoc sequitur quod sit pura non entitas et purum nihil [42]; quia quando ens dividitur in actum et potentiam non est intelligendum quod dividatur in actum completum et incompletum, ita quod illud quod non [43] includit actum quantumcumque incompletum [**Cod. P, fol. 223 R**[a]] sit pura non entitas ; immo est medium inter quamcumque actualitatem, non dico entitatem, et purum nihil vel non ens.

Unde sunt tres gradus : unus secundum conceptionem, scilicet purum non ens et alius secundum quamcumque actualitatem ; medius secundum puram potentialitatem. Unde quia videmus in naturalibus aliqua [44] ad invicem transmutari, oppositum [autem] non potest fieri oppositum ; nec ex opposito potest per se fieri oppositum nisi communicent in aliquo [45] uno reali. Et illud, ut dictum est, non potest esse aliquid secundum qualemcumque actualitatem. Iam enim illud non fieret ex non ente simpliciter, ente solum in [46] potentia, sed ex ente [47] aliquo modo in [48] actu [49]; et esset non generatio simpliciter sed secundum quid sive [50] [**Cod. V, fol. 173 R**[a]] alteratio ; illud autem est materia [51]. Ideo necesse est ponere puram potentiam quae sit subiectum trans-

Digitized by Google

mutationis in substantia [52]; et hoc est materia. Unde habet talem entitatem quae [53] proprie et per se non connumeratur [54] entitati [55] formae ; sed est totum [56] compositum sic unum ex pluribus, quia [57] in eo est aliquid per quod erat in potentia prius cum erat ipsa materia in alio [58] composito, et per quod ipsum totum compositum in quo nunc est ipsa materia est in potentia aliud [59] compositum et est ibi aliquid unde est in actu determinato.

Nec debet dici proprie quod materia sit aliquid in potentia sic quod sit aliquid quod transeat de potentia in actum, **[Cod. R, fol. 168 R[a]]** quia illud debet isto modo dici esse in potentia quod postea [60] habet esse in actu. Totum autem per se habet esse in actu, licet ratione formae, non autem ipsa forma ; et ideo etiam totum habet esse per se in [61] potentia, licet ratione materiae. Unde asinus in potentia fit asinus in actu per se ; et non fit per se materia sub forma neque [62] forma in materia. Neque enim partes compositi, ut sunt partes eius, prius habent esse vel fieri quam ipsum totum [63] ; sed compositum per se prius habet esse in potentia quam in actu. Non fit ergo vel generatur [64] pars in parte, id est materia in forma, sed compositum includens huiusmodi [65] suas partes. Et tale compositum non debet dici compositum ex pluribus entibus **[Cod. P, fol. 223 R[b]]** simpliciter et absque distinctione ; sed, ut dicit Philosophus (3) octavo Metaphysicae, debet distingui inter huiusmodi [66] plura, dicendo quod plurium [67] ex quibus constituta est substantia materialis unum est potentia simpliciter, ut materia ; **[Cod. Q, fol. 125 R[b]]** aliud vero actus, ut forma. Et haec est ratio quare ex istis constituitur unum. Unde Commentator [68] (4) dicit ibi : « causa unitatis istius est ut transmutetur illud quod est in potentia donec fiat in actu ab agente extrahente ipsum de potentia in actum ». Est ergo aliquod unum quod primo est in potentia et post [69] transfertur de potentia in actum. Ubi dicit Commentator (5) : « translatio enim eius non largitur ei multitudinem sed perfectionem in esse ». Immo hoc est unum in actu.

Sed per hoc non debet intelligi quod in composito non sit aliquo modo pluralitas, ut scilicet intelligatur quod ipsa realitas potentialis materiae educatur in actum formae. Non enim materia est per se in potentia [70] ad aliquid, sed totum [71] compositum, licet per rationem materiae. Unde cum ex aqua fit ignis, totus ignis in actu erat prius in potentia in aqua tota, sed ratione materiae. Ipsum autem totum compositum substantiae ignis praeexistens in potentia in aqua, licet ratione suae [72] materiae, est quod fit totum [73] compositum ignis in actu ; et sic igne generato [74] non est aliqua [75] multitudo in actu quae non fuerit in igne generabili [76] in potentia.

Et sic quia ignis imperfectus, quia est potentia solum habens esse [77], fit ignis perfectus, quia habens esse [78] in actu, ideo dicit Commentator (6) quod talis translatio non largitur multitudinem, sed perfectionem. Hoc etiam dicit propter hoc quod et ipsa materia suam entitatem habens in composito, quia illa non est aliqua actualitas [79] aliquam perfectionem quantumcumque modi-

Digitized by Google

cam habens secundum se, non habet proprie connumerari [80] cum entitate formae. Et sic licet [81] composito acquiratur [82] esse per hoc quod sit aliquo modo forma in materia in quantum per se fit compositum, tamen non dicitur fieri nisi [83] unum ens perfectum unam solam perfectionem habens ad quam terminatur [84] generatio.

Unde Commentator (7), secundo De Anima : si materia et forma essent in composito existentes in actu, tunc compositum diceretur [85] unum sicut dicitur unum [86] de rebus [87] quae sunt unum secundum **[Cod. P, fol. 223 V^a]** tactum et ligamentum. Nunc autem quia compositum non est ens in actu nisi per formam, compositum dicitur unum quia forma sua est una. Sic ergo dicendum quod homo est vere compositus ex eo quod in ipso est non [88] sola forma, sed forma in materia. Licet enim materia non dicat actualitatem — sic enim, ut dictum est, non esset unum [89] per se sed per accidens ex ipsa et forma — dicit tamen entitatem aliquam [90], et forma etiam entitatem aliquam. Sed talis est [91] habitudo **[Cod. R, fol. 168 R^b]** unius ad alterum secundum rationem potentiae et actus quod ex eis constituitur unum simpliciter.

Ad hoc ergo quod aliquid [92] sit compositum [93] non requiritur pluralitas talium quorum utrumque dicat aliquam [94] actualitatem, sed quod alterum [95] dicat [96] aliquam actualitatem et alterum potentialitatem. Cum autem esse non [97] dicat aliquid realiter differens ab essentia [98], sicut compositum tale est unum vel plura secundum essentiam, ita etiam videtur quod sit unum vel plura secundum esse.

Et ideo dicere quod in tali composito est ponere unam essentiam compositam ex pluribus entitatibus [99] simplicibus dicto modo **[Cod.V, fol. 173 R^b]** se habentibus ad invicem secundum actum et potentiam, non autem unum esse compositum ex pluribus esse simplicibus, non videtur rationale. Quod tamen [100] aliqui nituntur sic ostendere declarando quod esse substantiae compositae est idem secundum rem formae et non [101] essentiae totius compositi. Et hoc arguunt sic : sicut materia se habet ad posse esse, ita [102] forma ad esse ; sed materia est illud per quod compositum potest esse vel per quod habet esse in potentia et nullo modo in actu ; ergo cum esse realiter sit idem quod [103] essentia [104], illud autem quo substantia composita formaliter dicitur esse non est tota essentia eius, sed ipsa forma ; et secundum hoc esse est idem re cum ipsa forma, non [105] cum tota essentia.

Sed videtur quod istis non obstantibus est dicendum secundum praedicta quod esse substantiae compositae sit idem realiter toti composito sive toti essentiae compositi ; et est esse suo **[Cod. Q, fol. 125 V^a]** modo compositum sicut et essentia. Ista enim idem significant licet alio [106] modo ens [107], essentia et [108] esse. Et cui convenit ratio [109] entis convenit ratio essentiae ; et illud sicut dicitur esse ens ita dicitur essentia [110]. Unde sicut materia dicitur esse ens in potentia sive quo aliquid est ens in potentia, ita dicitur quod habet esse **[Cod. P, fol. 223 V^b]** in potentia vel quod compositum per eam habet

Digitized by Google

esse non simpliciter sed in potentia sive esse potentiale [111] ; esse autem in potentia est aliquale esse et [112] ad hoc esse non est materia in potentia, sed ad [113] illud esse quod est [114] esse simpliciter et in actu. Sicut enim non potest dici quod materia sit nihil et non sit aliquid in genere entis, ita non potest negari quin sibi conveniat aliquod esse. Et sicut sua essentia vel entitas in composito non est entitas vel essentia [115] formae, ita etiam suum esse est aliud ab esse formae.

Sed quia esse quod convenit materiae non est esse simpliciter sive quo aliquid habeat esse simpliciter, sicut nec sua entitas est entitas simpliciter, sed esse [116] materiae est esse potentiale ; esse autem formae est esse simpliciter sive quo aliquid habet esse simpliciter, secundum hoc potest habere veritatem dicere quod esse substantiae compositae, quo scilicet ipsa habet esse simpliciter, non est compositum nec est idem realiter cum tota essentia compositi, sed est simpliciter idem re cum forma. Immo etiam, licet materia et forma pertineant ad essentiam substantiae compositae, et ipsa essentia ex illis ut aliquo modo pluribus et diversis sit composita, quia quod intelligitur, intelligitur per intellectum suae essentiae — sed substantia composita non intelligitur sine intellectu materiae, intelligens enim formam equi secundum se non intelligit equum — verumtamen forma primo et principaliter pertinet ad essentiam [117], quia illud primo et principaliter [118] pertinet ad essentiam substantiae compositae quo primo et principaliter substantia composita habet esse ; forma autem est huiusmodi [119] ; ergo ; et cetera.

Per hoc patet responsio ad rationem inductam. Quia verum est quod sicut materia se habet ad posse esse in quantum est illud quo aliquid potest esse ita quod non est esse simpliciter, ita forma se habet ad esse in actu quod est esse simpliciter sive quo aliquid habet esse simpliciter. Sed quia esse potentiale est aliquod esse, ideo ex hoc non potest concludi **[Cod. R, fol. 158 V^a]** quod esse generaliter non sit idem realiter [120], nisi formae. Sed hoc solum concludi potest de esse simpliciter.

Sicut ergo esse materiae sive [121] materia [122] ratione [123] suae essentiae potentialis et imperfectae dicitur [124] facere compositionem cum forma importante actualitatem completam, ita etiam esse materiae [125] sive materia [126] ratione sui esse quod non est alia [127] res quam ipsa eius essentia, licet illud quod dicit dicat magis per modum actus quam materia in quantum verbaliter significatur, facit quoddam esse compositum cum esse ipsius formae ; et ideo eo modo quo ponitur in composito pluralitas [128] secundum materiam et formam **[Cod. P, fol. 225 R^b]** ut dicunt essentias simplices, ita et de esse est ponendum. Sicut enim materia est essentia vel pars essentiae non secundum actum sed secundum potentiam, et sic per eam non habet compositum essentiam nisi in potentia, non in actu sed per formam, ita etiam esse materiae est esse non secundum actum sed secundum potentiam ; et per illud non habet compositum esse nisi in potentia sive potentiale.

Digitized by Google

Per praedicta patet responsio ad argumenta.

Ad primum enim est dicendum quod verum est quod quando aliqua duo constituunt aliquod compositum realiter oportet quod [129] quodlibet illorum [130] importet entitatem aliquam [131] et aliquod esse ; sed non oportet quod quodlibet importet entitatem simpliciter sive esse [132] simpliciter. Hoc enim convenit **[Cod. V, fol. 173 V^a]** huic enti quod est forma. Ex illis ergo quorum quodlibet importat talem entitatem simpliciter et in actu non potest constitui unum simpliciter et in actu [133]. Sed ex talibus quorum quodlibet importat [134] aliquam entitatem sed unum entitatem potentialem [135] et aliud actualem [136], sicut est in proposito, potest constitui unum ens simpliciter. Sed verum est [137] **[Cod. Q, fol. 125 V^b]** quod quia in illo sunt aliqua plura, quorum quodlibet dicit aliquam entitatem, non est omnino simplex [138] sed est realiter [139] compositum. Quia tamen in illo non est nisi una sola entitas actualis a qua constituitur ens simpliciter, ideo illud [140] est unum simpliciter et non plura.

Ad secundum, [est dicendum quod], cum [141] arguitur quod si materia non dicat aliquam entitatem absolutam ultra potentialitatem, tunc est pura [142] relatio, et cetera ; dicendum quod in materia potest [143] intelligi duplex ratio potentiae : una est vere relatio realis et differens ab essentia materiae secundum rem : illa scilicet secundum quam materia determinatur ad formam aliquam determinatam et secundum quam ipsa materia [144] est subiectum transmutationis ad illam — de qua dicit Commentator (8), primo Physicorum, quod potentia materiae non est ipsa materia, quia potentia corrumpitur ; materia autem non ; et potentia est de genere relationis, non autem materia ; et cetera — et de hac verum est quod si materia non esset aliquid nisi huiusmodi potentialitas, esset solum realis relatio. Alia est quae non est de genere relationis realiter nec [145] est vere relatio secundum [146] rem sed solum secundum rationem ; et hoc est ipsa sua entitas secundum quam est [147] id quod est [148] capax **[Cod. P, fol. 225 V^a]** formae et subiectum eius ; et hoc non corrumpitur adveniente forma, immo magis perficitur. Et de ista dicit Commentator [149] (9), De Substantia Orbis : natura subiecti recipientis formas substantiales necesse est esse naturam potentiae, scilicet quod potentia est eius differentia substantialis ; et ideo nullam habet [150] naturam existentem in actu, sed eius substantia est esse in posse ; et ex [151] hoc recipit omnes formas [152]. Dicendum ergo quod licet materia secundum se non sit nisi huiusmodi potentialitas, non debet concludi quod non sit nisi respectus. Immo est quaedam [153] absoluta [154] entitas [155] in genere substantiae.

[1] *om.* P. — [2] cuius *l^a m.* P; quibus *corr. 2^a m.* P. — [3] quod Q *et l^a m.* P; quaedam *corr. alia m.* P. — [4] personas PQ; *postea del.* P. — [5] suas *add.* PQ. — [6] utrum — quod] *om.* Q. — [7] aliam P. — [8] unam PQ. — [9] a materia P. — [10] et P. — [11] constituente P. — [12] *Hic sequitur in* P *lacuna sat magna, duarum circiter columnarum.* — [13] alia P. — [14] esse *add.* P;

Digitized by Google

postea del. — [15] respectu *add.* P. — [16] distinctam — actualitate] *om.* P. — [17] materia — relatio] *om.* R. — [18] *om.* Q. — [19] excludens — actualitatem] *om.* R. — [20] si enim] sicut P. — [21] formae Q. — [22] perfecta V. — [23] *om.* P. — [24] hoc ponunt] ponunt hoc P. — [25] ut *add.* PQ; *del.* P. — [26] aliquis P. — [27] omnino unum] unum omnino P. — [28] plures formae] formae plures P. — [29] et P. — [30] dicitur aliquid] aliquid dicitur Q. — [31] a materia P. — [32] patet per simile] per simile patet P. — [33] per *add.* PV. — [34] aliam P. — [35] quocumque P. — [36] importaret et] imperari P. — [37] et *add.* P. — [38] substantia vel] substantialis P. — [39] per *add.* V. — [40] aliquid V. — [41] *om.* P. — [42] purum nihil] nihil purum P. — [43] *om.* P. — [44] alia P. — [45] loco *add.* PQ; *del.* P. — [46] im P. — [47] ex ente] existente VPQ. — [48] aliquo *add.* R. — [49] *om.* R; *in marg. scrips.* R. — [50] sine V. — [51] in substantia *add.* PQ. — [52] compositum Q. — [53] qui P; quod V. — [54] communicantur P. — [55] enti VP. — [56] est totum] totum est R. — [57] quod VR. — [58] aliquo PR. — [59] ad P, aliquod VQ. — [60] prius ea P. — [61] im P. — [62] nec Q. — [63] compositum *add.* P. — [64] generaliter P. — [65] huius Q. — [66] huius R; huiusmodi *corr.* R. — [67] plerique P. — [68] *om.* PRQ. — [69] postea P. — [70] ipso P. — [71] solum P. — [72] *om.* R; *in marg. suppl.* R. — [73] fit totum] totum fit P. — [74] generata P. — [75] alia P. — [76] generali P. — [77] solum habens esse] habens esse solis P. — [78] habens esse] esse habens P. — [79] aliqua actualitas] alia accidentalitates P; aliqua actualiter per RQ. — [80] communicari P. — [81] in *add.* P. — [82] acquiritur Q. — [83] *om.* P. — [84] fiat P. — [85] compositum diceretur] diceretur compositum R. — [86] *om.* P. — [87] unum *add.* P. — [88] est non] non est P. — [89] non esset unum] esset unum non PQ. — [90] a materia P. — [91] *om.* P. — [92] aliquis Q. — [93] sit compositum] compositum sic P. — [94] aliquid Q. — [95] que *add.* P. — [96] quod *add.* P. — [97] esse non] non esse P. — [98] esse P. — [99] entibus P. — [100] cum P. — [101] et non *add.* Q. — [102] et P. — [103] potentia *add.* P; *postea del.* — [104] esse P. — [105] vel P. — [106] aliquo P. — [107] et *add.* R. — [108] essentia et] et essentia P. — [109] n *add.* R; *postea del.* — [110] esse VRQ. — [111] possibile P. — [112] *om.* R. — [113] aliud P. — [114] esse P. — [115] esse P. — [116] *om.* PQ. — [117] substantiae compositae *add.* R. — [118] pertinet — principaliter] *om.* R. — [119] est huiusmodi] huiusmodi est V. — [120] idem realiter] illud P. — [121] essentia essentiae *add.* P; *postea del.* — [122] materiae P. — [123] *om.* P. — [124] *debet* PQ. — [125] esse materiae] materiae esse P. — [126] suae essentiae — sive materia ratione] *om.* R. — [127] alias Q. — [128] pluralitatis P. — [129] *om.* P — [130] eorum V. — [131] aliquam entitatem] entitatem aliquam P. — [132] etiam P. — [133] non potest — in actu] *om.* R. — [134] talem entitatem simpliciter *add.* Q; *postea del.* — [135] entitatem potentialem] potentialem entitatem P. — [136] accidentalem P. — [137] verum est] est verum P. — [138] simpliciter P. — [139] est realiter] realiter est P. — [140] dicendum P. — [141] *om.* P. — [142] plura R; pura *corr.* R. — [143] materia potest] potentia P. — [144] quam ipsa materia] ipsam materiam P. — [145] non P. — [146] se *add.* Q; *deinde del.* — [147] capax *add.* Q; *postea del.* — [148] id quod est] *om.* R. — [149] in *add.* R. — [150] *om.* P. — [151] *om.* P. — [152] absolutas *add.* RQ. — [153] quoddam P. — [154] *om.* RQ. — [155] quaedam *add.* P.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodl.* IV, q. 13 (t. I, fol. CXII verso et ss.). — (2) Cfr. Aristoteles, *Metaphysica*, l. VIII, c. 4 et 5 (II, p. 1044 b). — (3) Id., *ibid.*, l. VIII, c. 6 (II, p. 1045 a). — (4) Averroès, *Metaphysica*, l. VIII, com. 15 (vol. 8, fol. 224 R[a]). Fere verbotenus. — (5) Id., *ibid.* (loc. cit.).Verbotenus. — (6) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (7) Averroès, *De Anima*, l. II, com. 7 (vol. 8, fol. 52 R). Litteraliter. — (8) Locum non inveni. — (9) Locum non inveni.

Digitized by Google

QUAESTIO X

Utrum secundum ponentes in homine plures formas substantiales oportet ponere in ipso plures animas

Post hoc secundo quaerebatur unum pertinens ad hominis formam, scilicet : utrum secundum ponentes in homine plures substantiales formas [1], oportet ponere in ipso plures animas. Et arguitur quod sic. Quia secundum communiter ponentes in homine plures formas, ponitur quod forma qua homo est ens mixtum est alia a forma qua est ens vegetativum. Sed sicut se habet forma mixti ad formam vegetativi [2], ita videtur se habere forma vegetativi ad formam sensitivi ; et ulterius forma sensitivi ad formam ratio- **[Cod. R, fol. 168 V^b]** nalem. Ergo oportet communiter ponere istas animas plures.

Contra. Multi (1) ponunt plures formas in homine et tamen nullus ponit in eo plures animas. Quare ; et cetera.

Responsio. Dicendum quod quidam ponunt in homine plures formas sicut et in aliis materialibus propter ordinem formarum secundum gradus differentiarum quarum quasdam [3] vident in diversis secundum diversos gradus perfectionum se habentibus, puta : in elementis quae carent forma mixti, et in mixtis quae carent forma vegetabili, in plantis quae carent forma sensibili, in brutis quae carent forma intelligibili [4]. Et ideo, quia vident has formas ordinatas secundum gradus perfectionum diversos in diversis, qui gradus videntur quasdam differentias substantiales importare, ex hoc aestimant [5] in omnibus in quibus est differentiarum pluralitas, diversitatem differentiarum importare diversas formas, ita quod in uno et eodem huiusmodi [6] pluralitas sit ponenda. Cum autem ubi est eadem **[Cod. P, fol. 225 V^b]** causa vel ratio, idem debeat [7] iudicari, qui ob huiusmodi rationem ponunt plures formas alicubi ubi huiusmodi plures gradus inveniuntur, debent consimiliter in omnibus ponere ubi haec etiam inveniuntur [8]. Cum ergo ponuntur [9] plures formae in planta, forma vegetabilis et forma mixti, eadem ratione in bruto ponuntur plures formae, vegetabilis et sensibilis. Si enim forma vegetabilis non potest in se continere virtualiter gradus formae mixti ut sit una forma secundum rem, forma vegetabilis et forma mixti continens formaliter [10] superiorem gradum et virtualiter inferiorem gradum, multo minus sensibilis forma poterit sic vegetabilem continere; quia quando [11] magis ascenditur gradus superior magis recedit **[Cod. Q, fol. 126 R^a]** ab inferiori. Si ergo propter eminentiam et perfectionem et quasi quandam distanciam nimiam [12] vegetabilis a forma mixti illam non **[Cod. V, fol. 173 V^b]** potest in se virtualiter continere, multo minus sensibilis vegetabilem poterit continere [13] in bruto ; adhuc [14] multo minus in homine intellectus ipsum sensitivum.

Digitized by Google

Praeterea si hoc convenit formae superiori [15] ratione suae perfectionis quod virtualiter continet inferiorem, sicut sesitivum ratione suae perfectionis [16] continet [17] vegetativum in brutis et sunt unum [18] forma, ita etiam vegetativum continebit mixtum in plantis [19]. Et similiter, si convenit intellectivae [20] ratione suae perfectionis et virtutis quod potest immediate continere sensitivam in virtute et, mediante illa, vegetativam, ita [21] etiam mediante vegetativa formam mixti sibi proportionalem ; et tunc destrueretur positio de pluribus formis.

Et ideo videtur quod qui sic moventur ad ponendum plures formas [22], habeant ponere plures animas. Aut talis positio est ficta et sine ratione etiam probabili constituta. Licet enim positio qua dicuntur in eodem simul esse plures formae substantiales in materialibus pluribus [23] videatur irrationa*bil*is et contra intentionem philosophorum, tamen rationabilior esset quae sic uniformiter poneret plures formas ubi invenitur ratio uniformis ; et **[Cod. P, fol. 226 R^a]** plura inconvenientia ex tali modo ponendi evitarentur quam ex illa quae poneret ubi vellet et negaret ubi vellet pro libito voluntatis [24].

Et hanc positionem, scilicet quod [25] in omnibus materialibus essent plures formae ita quod etiam in homine sint plures animae, aliqui aliquando tenuerunt et est redacta in aliquibus scriptis.

Alii (2) tamen rationabilius in parte ponunt in homine solum plures formas ; quia ad generationem hominis duo agentia per se concurrunt et rationabile videtur quod [26] per unumquodque homo formam **[Cod. R, fol. 169 R^a]** et actum aliquem consequatur. Et ideo videtur quod in homine sit duplex forma, una scilicet educta de potentia materiae, alia vero ab extrinseco, scilicet a Deo creatore.

Et quantum ad hoc utique [27] est ista [28] positio multum probabilis, quia etiam in illa ut sic generaliter intelligitur, philosophi plurimi consenserunt [29]; et etiam [30] communiter videntur [31] sanctorum dicta, prout ad litteram sunt conscripta, concordare. Et in hac positione ut sic generaliter intelligitur solum est difficultas ex hoc quod ratio propter quam in aliis negatur pluralitas formarum videtur hoc etiam in proposito persuadere, maxime cum supponatur quod anima intellectiva sit forma substantialis dans esse substantiale et primum materiae illam [32] informando [33]. Et ideo semper fuit perplexitas circa hominem de hoc articulo et apud philosophos et apud theologos [34] catholicos propter ignorantiam naturae rationalis animae et modi quo unibilis est materiae.

Propter quod ego etiam super hoc nec scio nec audeo aliquid diffinire, licet mihi visum fuerit alias et adhuc videatur circa istum articulum quod [35] probabiliter possit sustineri quod non sit nisi una forma substantialis in homine, scilicet anima rationalis omnes praecedentes virtute continens. Sed de hoc nihil ad praesens.

Sed supposita [36] dicta positione [37] de pluralitate formarum ut sic generaliter intelligitur hic [38], est considerandum utrum ista pluralitas formarum sic debeat intelligi quod [39] forma materialis in se comprehendat sub unitate

Digitized by Google

reali [40] omnes formas infra intellectivam, scilicet formam mixti, vegetabilis et sensibilis, et alia [41] solam intellectivam [42] ; [**Cod. P, fol. 226 R**[b]] vel sic quod contineat solum formam mixti et alia tres ; vel sic quod contineat [43] primas tres secundum diversas essentias distinctas ; vel sic quod sub forma materiali comprehendatur [44] forma mixti sub una essentia et forma vegetabilis et sensibilis solum sub alia.

Ad hoc autem videtur dicendum quod eadem ratione [45] qua ponitur vegetativa non continere formam mixti, oportet ponere quod sensitiva non contineat formam [**Cod. Q, fol. 126 R**[b]] vegetabilis [46] et etiam intellectiva non continebit [47] formas [48] praecedentes ; et ideo sic oporteret ponere plures animas. Et ideo quaelibet positio quae ponit in homine [49] sic [50] plures formas quod [51] vegetativum non contineat virtualiter formam mixti, habet ponere plures animas in ipso, sic scilicet quod essentialiter distinctae sunt [52] vegetativum, sensitivum et intellectivum. Si autem ponatur forma vegetabilis [**Cod. V, fol. 174 R**[a]] et mixti non differre realiter et tamen [53] sunt plures formae in homine, oportet ibi ponere duas ; quia intellectiva non poterit includi in alia quum [54] de potentia materiae non educatur sicut alia.

Sed quia propter motivum praedictum, scilicet propter diversitatem agentium non oportet ponere nisi duas formas, quia ratione unius agentis supernaturalis non inducitur nisi una, scilicet intellectiva et quae cum ipsa naturaliter includuntur [55], forma vero mixti quae educitur de potentia materiae inducitur ab agente naturali ; et potentia vegetativa et sensitiva debent contineri cum intellectuali vel continere formam mixti. Sed ponere sic duas formas quod [56] intellectiva contineat vegetativum et sensitivum, et ipsa vegetativa et sensitiva non contineant formam mixti, et sic sunt [57] in homine plures formae et non plures animae, minus rationabile videtur.

Si enim respiciamus ad motivum praedictum, videtur dicendum quod per agens naturale debent poni induci omnes formae quae naturaliter [58] de potentia materiae sunt educibiles. Nunc [59] autem [60] sicut in bruto educitur de potentia materiae forma mixti, ita etiam educitur de illa vegetabilis proportionalis [61]; et consimiliter sensitiva et ibi est status *virtutis naturalis agentis*. Ergo similiter in homine, sicut ponitur educi de potentia materiae forma mixti, debet etiam educi forma vegetabilis et etiam sensibilis [**Cod. P, fol. 226 V**[a]] per agens naturale, [**Cod. R, fol. 169 R**[b]] et ibi est status virtutis naturalis agentis; et virtute supernaturali inducitur forma intellectiva. Si enim de uno concedatur et de alio negatur, fictio videtur, ut dictum est supra ; et ideo positio ista minus rationabilis [62] est quam prima, in hoc scilicet quod dicit tantum esse duas formas, et unam illarum dicit esse solam formam mixti quae de potentia materiae educitur ; ex quo vegetativum et mixtum non continet [63]; continetur autem a sensitivo. Ponere enim quod vegetativum non contineat mixtum, eadem ratione est ponere quod sensitivum non contineat vegetativum ; et sic sunt plures formae quam duae et plures animae. Et sic videtur positio contradictoria [64] includere.

Digitized by Google

Item dicere quod forma aliqua [65] contineat aliquam formam posteriorem respectu alterius et quae nata est aliam [66] includere et illam priorem non includat videtur [67] contradictionem includere. Cum ergo secundum istos vegetativum includat mixtum, ut patet in plantis, et sensitivum [68] vegetativum, ut patet in brutis, dicere quod intellectivum continet sensitivum et vegetativum et non mixtum est irrationale [69]. Nec ratio per quam nituntur ostendere quod convenienter ponitur quod intellectivum continet sensitivum et vegetativum, non autem formam mixti, valet ; quum [70] dicitur quod forma, quanto est primo principio propinquior et similior et immaterialior tanto perfectior, et quanto materiae propinquior tanto imperfectior [71]. Inter formas autem quae possunt materiam perficere, intellectiva est Deo propinquior et similior et a materia remotior, quia non educta de substantia et potentia illius, nec illi omnino immersa. Forma mixti vero est multum remota a primo principio et materiae multum immersa [72]; et sic constituunt quasi duo extrema forma mixti et anima intellectiva. Sensitivum autem et vegetativum sunt quasi media, quia magis accedunt ad primum principium et elongantur a materialitate **[Cod. Q, fol. 126 V^a]** et habent quandam rationem spiritualitatis, quia sunt formae vitales sive vitam dantes. Et ideo dicitur esse inconveniens quod intellectiva, quae est unum extremum, uniatur formae mixti, quae est aliud extremum **[Cod. P, fol. 226 V^b]** sic quod illam in se [73] virtualiter contineat, sed formam vegetativam et sensitivam, quae est quasi medium, potest continere et habere; et cetera.

Imo hoc magis videtur ad oppositum. Quando enim sicut extrema [74] non contraria et repugnantia sed ordinata secundum gradus perfectionum, quorum [75] unus est prior, alter posterior et primus natus est a secundo supponi et includi, tunc extrema talia necessarium est uniri, sed non immediate, sed mediantibus gradibus intermediis. Unde in talibus verum est quod non oportet infimum et primum [76] extremum sic uniri supremo [77] et ultimo ; quia potest esse sine illo et absque hoc quod contineatur ab eo. Sic enim est forma mixti in lapide absque superioribus ; sed non e converso, quia non potest forma vegetabilis esse in planta quin sit ibi forma mixti ; et sic de aliis.

Unde **[Cod. V, fol. 174 R^b]** etiam isti bene dicunt quod, quia non potest esse forma intellectiva in homine nisi sit ibi forma sensitiva et vegetativa, ideo etiam non potest ibi esse nisi adsit forma mixti. Sed negant formam vegetabilis continere formam mixtam ex causa ex qua hoc haberent concedere, quia hoc non accidit formae vegetabilis [78] quod contineat formam mixti [79]. Imo hoc est sibi essentiale ex naturali et essentiali ordine sui gradus sibi conveniens.

Verum est ergo quod intellectivum non unitur formae mixti sic quod immediate illam contineat ratione suae perfectionis, sed mediantibus gradibus intermediis per- **[Cod. R, fol. 169 V^a]** fectioribus [80] et sibi magis convenientibus. Sed ex quo conceditur quod continet vegetativum, oportet concedere quod contineat mixtum proportionale.

Digitized by Google

Responsio [81] etiam non cogit quae [82] ad hoc [83] inducitur, scilicet quod vegetativum et sensitivum et intellectivum ad unam essentiam animae pertinent, et quod istae tres potentiae in eadem essentia animae vel natura radicantur ; quia una cum fuerit [84] multum intensa in sua actione alteram retrahit in suis actibus ; una etiam, scilicet intellectiva suum obiectum ab alia, scilicet sensitiva accipit [85] et abstrahit. Ad hoc enim possent respondere ponentes quod in homine sunt duae animae, scilicet intellectiva ab *extra*, sensitiva et vegetativa **[Cod. P, fol. 227 R^a]** ab intra, solum cum forma mixti, dicendo quod ad hoc quod una sic aliam retrahit, sufficere videtur ordo essentialis et naturalis colligantia [86] quae est inter istas animas; et maxime cum ponantur [87] esse formae dantes esse substantiale uni subiecto.

Propter quae [88] videtur dicendum quod secundum omnes ponentes plures formas in homine, sunt ponendae plures animae in ipso. Et inter praedictas positiones probabilior videtur quae dicit quod vegetativum et sensitivum educuntur de potentia materiae cum forma mixti et in una forma reali continentur ; intellectiva autem sola et ab extrinseco et essentialiter est alia a praedictis.

Quamvis autem non asseram in homine plures formas esse nec etiam contrarium, tamen si ponerem in homine plures formas [89] ad hunc modum ponendi, sicut puto, si possem libentius declinarem, quia magis videtur rationi et auctoritati concordari. Dicit enim Philosophus (3), secundo De Anima, quod sensitivi prima immutatio est a generante ; et De Generatione Animalium (4), quod vegetativum et sensitivum educuntur de potentia materiae ; solus autem intellectus est ab extrinseco. Et conarer respondere ad auctoritates aliquorum sanctorum qui contrarium dicere videntur et praecipue ad auctoritatem quae scribitur in libro **[Cod. Q, fol. 126 V^b]** De Ecclesiasticis Dogmatibus (5), ubi dicitur : neque duas animas dicimus in homine, sicut Iacobus et alii haeretici ; et cetera.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod verum est quod multi ponunt plures formas in homine. Non oportet tamen simpliciter concedere quod hoc sit verum, cum magni posuerint [90] et adhuc ponant contrarium. Similiter etiam potest dici quod, suppcsito [91] quod in homine sint plures formae ponendae, non oportet tamen concedere quod praedictus modus ponendi, licet sit magis usitatus, quod sit propter hoc magis rationabilis.

Aliud argumentum etiam quod inducitur pro parte magis probabili non bene procedit, quia concludit quod in homine non solum essent plures animae, puta : duae, imo tres ; quod non videtur rationabile. Hoc autem concluditur [92] ex quodam falso quod ponunt dicentes quod [93] in homine sunt plures formae, scilicet quod vegetativum et mixtum in homine dicunt formas realiter differentes. Hoc autem esset negandum, ut patet per supra dicta [94].

[1] plures substantiales formas] formas plures substantiales P. — [2] nugatim Q. — [3] quadam P.

Digitized by Google

— [4] vegetabili *add.* Q; *deinde del.* — [5] existimant R. — [6] his P. — [7] debeant P. — [8] invenitur VR. — [9] ubi — ponuntur] *om.* Q. — [10] continens formaliter] formaliter continens P. — [11] quanto Q. — [12] nimia P. — [13] multo — continere] *om.* Q. — [14] ad hoc VR. — [15] superiore P. — [16] quod virtualiter *add.* P. — [17] inferiorem *add.* P. — [18] una PRQ. — [19] mixtum in plantis] in plantis mixtum PQ. — [20] convenit intellectivae] contingit intelligere P. — [21] et P. — [22] habeant ponere pluras formas *add.* P. — [23] partibus P. — [24] et negaret — voluntatis] pro libito voluntatis et negaret ubi vellet P. — [25] quia P. — [26] quia P. — [27] etiam P. — [28] est *add.* P. — [29] consumpserunt P. — [30] et etiam] etiam et P. — [31] communiter videntur] videntur communiter P. — [32] illum R. — [33] illam informando] informando illam Q. — [34] *om.* VRQ. — [35] quo P. — [36] suppositis P. — [37] supponere P. — [38] huiusmodi P. — [39] qua Q. — [40] vegetabili P. — [41] ad P. — [42] in intelligentiam P; — vegetabilis — intellectivam] *om.* R. — [43] solum formam mixti — contineat] *om.* PR. — [44] comprehendantur P. — [45] eadem ratione] ratione eadem P. — [46] vegetabilem P. — [47] contineat P. — [48] *om.* R. — [49] homines P. — [50] quod *add.* P. — [51] *om.* P. — [52] fuerint P. — [53] non Q. — [54] cum RQ. — [55] includitur P. — [56] quia Q. — [57] fuerint P. — [58] *om.* R. — [59] hunc VP. — [60] nunc autem] hunc autem *l*[a] *m.* Q; *del. et* nunc autem *postscrips.* Q. — [61] proportionaliter P. — [62] rationalis PR. — [63] et mixtum non continet] non continet mixtum P. — [64] contradictionem P. — [65] alia P. — [66] a materia P. — [67] *om.* R. — [68] et *add.* P. — [69] irrationabile P. — [70] cum Q. — [71] quia *add.* Q; *postea del.* — [72] immensa R. — [73] *om.* V; — iuse *cum tractu supra litteram* u PR. — [74] contraria *add.* R; *postea del.* — [75] quarum P. — [76] ipsum R; primum *corr.* R. — [77] sub primo P. — [78] vegetabili PR. — [79] sed negant — formam mixti] *om.* R. — [80] perfectionibus VPRQ; perfectioribus *corr.* V. — [81] quaestio PV; *del.* V; *et* responsio *corr. in marg.* V. — [82] quod P. — [83] adhuc P. — [84] fuit P. — [85] accepit P. — [86] colligandi P. — [87] ponuntur Q. — [88] quod VFQ; quae *corr.* VR. — [89] esse — plures formas] *om.* P. — [90] posuerunt P. — [91] sub proposito quod Q; *postea del.* — [92] conceditur R. — [93] *om.* R. — [94] predicta R.

(1) Cfr. M. De Wulf, *Le Traité des formes de Gilles de Lessines* (texte inédit et étude). Chap. II et IV. (*Les Philosophes belges*, t. I, Louvain, 1901). — (2) Cfr. Henricus de Gandavo, *Quodl.* IV, q. 13. (*Op. cit.*, t. I, fol. CXII, verso et ss.). — (3) Resp. Aristoteles, *De Anima*, l. II, c. 5 (t. I, p. 417 b). — (4) Resp. Aristoteles, *De Generatione Animalium*, l. II, c. 3 (t. I, pp. 736-737). — (5) Gennadius, *De Ecclesiasticis Dogmatibus*, c. XV (PL., t. 58, col. 984; et *ibid.*, t. 42, col. 1216).

QUAESTIO XI

Utrum intellectus speculativus et practicus sint una potentia

Deinde circa hominem quantum ad suas potentias et earum actus quaerebatur primo quantum ad intellectum : utrum intellectus speculativus et practicus sint una potentia. Et arguitur quod non. Quia quando aliqua duo sic se habent quod unum movetur ab aliquo a quo aliud non movetur, illa non sunt una potentia, cum unius potentiae sit unus motor, sicut unum obiectum. Sed intellectus practicus movetur ab aliquo a quo spe- **[Cod. R, fol. 169 V[b]]** culativus non movetur. Ergo. Et cetera.

Digitized by Google

Minor probatur. Quia planum est quod intellectus speculativus non movetur a voluntate quia nihil dicit de his quae ad voluntatem pertinent, scilicet de fugiendo vel eligendo ab ipsa ; sed intellectus practicus movetur a voluntate quia intellectus practicus non fit in actu nisi mediante actu voluntatis, quia ad hoc quod procedat negotiando circa ea quae sunt ad finem, praeexigitur appetitus vel desiderium finis per actum voluntatis. **[Cod. V, fol. 174 V^a]** Ergo. Et cetera.

Praeterea cum ordo sive habitudo sit inter intellectum practicum et voluntatem, aut voluntas movet intellectum aut intellectus voluntatem. Sed intellectus non movet voluntatem alioquin voluntas necessitaretur ab intellectu et etiam illud libertatis quod est in voluntate esset originaliter ab intellectu ; ex quo ab illo moveretur ; quare voluntas movebit intellectum practicum. Ergo. Et cetera.

Contra. Illa sunt una potentia quorum est unum obiectum. Sed intellectus speculativi et practici est unum obiectum, scilicet verum. Quare. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod intellectus speculativus et practicus sunt una potentia secundum rem, quoniam in intellectu humano non possunt distingui plures potentiae realiter differentes nisi secundum rationem activi et passivi. Nec in eo possunt poni plures potentiae activae sive plures intellectus agentes nec plures potentiae [1] passivae sive plures intellectus possibiles, quoniam intellectus ratione suae abstractionis et immaterialitatis pro obiecto habet ens secundum **[Cod. P, fol. 227 V^a]** quod ens sive [2] quodcumque particulare ens sub hac ratione communi analoga secundum quod ens ; et sic ratio communis entis etiam est forma vel ratio obiecti intellectus, sicut etiam scientia metaphysicae, quae habet pro obiecto [3] ens secundum quod ens sive omne [4] ens sub hac communi ratione analoga, est una scientia simpliciter. Et ideo propter diversas rationes speciales entium specialium sub hac ratione communi contem[p]torum non possunt plurificari realiter potentiae intellectus, quia omnia talia entia, licet sint plura et diversa obiecta, materialiter tamen, ut dictum est, sunt obiecta intellectus sub praedicta una ratione communi. Unde ex tali diversitate specialium entium et obiectorum non contingit diversitas potentiarum ; sed ex hoc bene causantur diversi actus intelligendi et diversi habitus secundum speciem.

Sicut [5] ergo intellectus agens est una sola potentia secundum rem, quia est id quo omnia intelligibilia in potentia fiunt **[Cod. Q, fol. 127 R^a]** intelligibilia in actu, sic etiam intellectus possibilis est una potentia secundum rem quia est id in quo omnia intelligibilia in potentia nata sunt esse intellecta in actu. Et sicut in corporalibus materia prima non est alia et alia [6] realiter respectu diversarum formarum materialium, ita etiam intellectus possibilis non diversificatur secundum rem respectu quorumcumque intelligibilium. Distinctio ergo quae [7] ponitur inter intellectum practicum et speculativum non videtur proprie accipienda [8] ex habitudine ad diversa obiecta primo et per se, ut

Digitized by Google

scilicet [9] intellectus speculativus dicatur cuius est considerare entia non subiecta operationi nostrae ; dicatur autem intellectus practicus cuius est considerare entia operationi nostrae subiecta, quoniam talis diversitas formalis specialium talium obiectorum solum causat diversitatem actuum et habituum in intellectu.

Nec in considerante ponitur ex [10] hoc aliqua diversitas nisi in hoc quod diversae sunt in eo tales considerationes. Etenim talis non est nisi considerativus **[Cod. R, fol. 170 R^a]** vel cognoscitivus respectu praedictorum, licet [11] alterius rationis sit una consideratio ab alia in quantum sunt considerationes diversorum obiectorum. Unde **[Cod. P, fol. 227 V^b]** cum ex tali [12] et tali consideratione sine [13] aliquo alio addito non sit intellectus nisi considerativus vel speculativus et non operativus nec volens operari nisi in potentia, talis consideratio non includens in considerante [14] aliquid per quod sit operationis principium effectivum quod pertinet ad voluntatem vel appetitum qui, ut dicit Philosophus (I) nono Metaphysicae, respectu eorum quorum ars vel prudentia est principium, dominium habet. Immo [15] cum [16] ad talia efficiendum talis consideratio sola [17] non facit ipsum considerantem operativum, sed solum considerativum, nec videtur importare aliquid unde intellectus sic considerantis debeat dici practicus sed speculativus. Sed bene dicetur actus talis considerationis speculatio vel consideratio practica, id est rei operabilis ut obiecti. Et etiam habitus ex talibus considerationibus causatus et derelictus dicetur habitus practicus sive scientia practica, id est rei operabilis ut obiecti.

Si ergo debeat poni differentia inter istos intellectus, videtur quod intellectus practicus includat aliquid quod ad actum considerandi aut cognoscendi essentialiter non pertineat et formaliter ; immo cum practicum sit idem quod operativum, debet includere operationem actualem **[Cod. V, fol. 174 V^b]** aut voluntatem actualem operandi et non solum notitiam de opere vel operabili.

Et secundum hoc dicendum quod in illo in quo proprie simpliciter et perfecte est intellectus practicus, concurrunt formaliter et in actu actus potentiae intellectivae, qui est consideratio operabilis, et actus appetitivae potentiae qui est desiderium alicuius finis explicite et eorum per quae potest induci finis implicite.

Et ex hoc patet quod ipse intellectus [18] practicus in suo actu includit aliquid quod non speculativus, non quidem ut essentialiter et formaliter et intrinsece ad ipsum pertinens, sed illud quasi intrinsecus [19] connotando, scilicet importans quandam habitudinem ad aliquid ad quod non habet habitudinem speculativus, nec illud includit sic connotando.

Primum patet, quia potentiae distinguuntur **[Cod. P, fol. 228 R^a]** secundum distinctionem obiectorum.

Quia ergo unum et [20] idem est obiectum utriusque, quia illud quod est agibile a nobis per potentiam intellectivam apprehendimus secundum eius propriam rationem [21], id est secundum quod agibile, sicut et alia quae non

Digitized by Google

sunt a nobis agibilia, secundum suas proprias rationes quae includunt quod non sunt a nobis agibilia [22] — quod [23] autem sic apprehensa ordinentur vel non ordinentur ab ipso considerante ulterius **[Cod. Q, fol. 127 R[b]]** ad aliquid aliud accidit eis, licet etiam non accidat eis quod ex natura sua sic sunt ordinabilia — et ideo distinctio quae ex hoc oritur est etiam accidentalis et contingit ex aliquo alio vel ex habitudine ad aliquid aliud quod ad ipsum intellectum nec ad eius actum essentialiter pertinet.

Et si consideremus ipsa agibilia secundum quod agibilia et modos agendi et cetera, talia quae ad proprias quidditates et passiones eorum pertinent, et etiam quae [24] sunt operabilia vel ordinabilia ad opus nihil aliud includendo, huiusmodi consideratio est consideratio speculativa de operabili. Sed talis consideratio debet [25] facere practicam scientiam [26] in intellectu in quantum est de operabili ; quae tamen ut sic dicitur ad intellectum speculativum pertinere et non ad practicum, in quantum ex tali consideratione intellectus non est operativus sed solum speculativus sive considerativus. Illud autem quod non est agibile etiam considerat **[Cod. R, fol. 170 R[b]]** intellectus speculativus et de tali speculabili dicuntur esse scientiae simpliciter speculativae ; et fit distinctio secundum hoc non inter ipsas potentias ut intellectus secundum unam dictarum considerationum dicatur speculativus, secundum aliam autem practicus ; sed inter habitus et actus secundum dictinctionem specialium obiectorum.

Sed quia illud quod operabile est a nobis non solum sic secundum se considerari potest, ut scilicet quoddam operabile et ex natura sua ad finem et ad opus ordinabile, sed propter finis et operis voliti et intenti executionem ; nunc autem non consideramus ipsum sic sive sub hac ratione sive sub [27] fine, ut scilicet operemur, nisi ad hoc moveat nos aliquis finis appetitus **[Cod. P, fol. 228 R[b]]** quem per illud assequi intendimus, ideo intellectus practicus duo includit : scilicet ipsam considerationem intellectivam quia essentialiter actus practici intellectus interior est actus intelligendi, et finem ipsum quem considerans appetit a quo sumit principium suae considerationis et ad quem [28] sua ordinatur consideratio. Et sic intellectus speculativus et practicus videntur differre in hoc quod speculativus id quod considerat non ordinat ulterius ad opus sed sistit in sola consideratione, non includens appetitum vel desiderium finis, licet id [29] ipsum quod est finis consideret ; practicus autem quod apprehendit ordinat ad opus. Et ideo sic differunt accidentaliter in quantum ei quod considerant accidit quod ab ipso considerante ordinetur vel non ordinetur tali modo. Et hoc est quod Philosophus (2) dicit tertio De Anima, quod intellectus practicus differt a speculativo fine ; non quod practicus habeat finem vel ordinem ad finem, speculativus vero non ; sed cum uterque habeat finem, distinguitur unus ab alio non in obiecto per se quod est idem, sed in fine, quia finis et bonum speculativi est verum simpliciter sive consideratio veritatis secundum se, bonum autem vel finis practici quidem est verum non

Digitized by Google

sic sed in ordine ad opus propter finem appetitum vel [30] desideratum ; prout dicit Philosophus (3) sexto Ethicorum, quod finis et bonum intellectus practici est verum concorditer se habens appetitui [31] recto.

Unde intellectus practicus non potest fieri in **[Cod. V, fol. 175 R^a]** actu nec incipere processum suum qui terminatur in ultima conclusione consilii nisi praecedat actus voluntatis appetentis et desiderantis finem propter quem consequendum [32] negotiatur in suo processu. Etenim principium huius processus, ut dictum est, sumitur ab ipso fine ut est appetitus **[Cod. Q, fol. 127 V^a]** et desideratus. Verbi gratia : aeger considerat sanitatem ut bonum quoddam finale sive sub ratione **[Cod. P, fol. 228 V^a]** convenientis ; et haec consideratio non est proprie practica sed speculativa. Et ex hac consideratione movetur voluntas ad appetitum et desiderium sanitatis absque alia apprehensione rationis iudicantis sanitatem appetendam. Sed ex hoc ulterius insurgit alia consideratio ad intellectum practicum aliquo modo pertinens per quam iudicatur [33] sanitas acquirenda. Et quia sanitas diversis viis [34] acquiri potest, voluntate existente in hoc actu volendi vel [35] desiderandi sanitatem, ex hoc intellectus practicus insurgit in actu et format [et] [36] hoc pro principio : illud per quod sanitas potest melius acquiri et haberi [37] est procurandum et faciendum ; et ex isto principio procedit **[Cod. R, fol. 170 V^a]** ad inquirendum et ad inveniendum quae sunt talia, non autem principaliter ut illa sciat et cognoscat, sed [38] ut ea operetur et per illa finem praedictum assequatur [39]. Et sic actus intellectus practici est posterior actu voluntatis qui est respectu finis, et dicitur voluntas cum rationem sumat ex eo, quia desiderium finis sive finis desideratus secundum quod huiusmodi est obiectum primum [40] intellectus practici in quantum ex eiusmodi [41] apprehensione sumit intellectus practicus principium in suo processu syllogistico. Sed actus intellectus practici prior [42] est quam actus voluntatis qui dicitur electio. Actus etiam intellectus speculativi praecedit actum intellectus practici ; et pro tanto etiam intellectus speculativus est prior practico.

Et secundum hoc patet quod sicut non potest esse intellectus practicus perfectus et etiam completus qui non supponit appetitum finis ex quo sumat principium sui processus, ita etiam oportet quod ipsum consequatur electio et opus, si non sit prohibens, ex conclusione consilii ad quam processus eius terminatur. Quando enim ex appetitu et desiderio sanitatis tanquam finis sumptum est hoc principium quod sanitas **[Cod. P, fol. 228 V^b]** est acquirenda et illud per quod melius acquiri potest, omnibus consideratis, est [43] eligendum ; et per processum intellectus practici ad hoc perventum est quod iudicatur [44] sanitas per emplastrum melius [45] inducenda, istis stantibus oportet quod sic conclusum eligatur et quod fiat in operis executione cessantibus impedimentis ; alioquin sequeretur quod simul vellet aliquis sanitatem cum ex hoc, ut dictum est, principium sit acceptum, et etiam quod nollet eam [46] ex quo nollet sumere emplastrum ex quo sanitas haberetur ; et hoc quando

Digitized by Google

in emplastro non invenitur aliquid displicens propter quod sanitate [47] indigens illud abhorreat vel detestetur.

Sed hoc non potest contingere nisi sanitate indigens et illam volens etiam cum hoc velit quoddam aliud tanquam finem alium cui emplastrum repugnat ; et sic etiam fuga emplastri concluderetur ex alio principio praesupposito [48] sumpto, scilicet ex desiderio alicuius finis magis desiderati, saltem in hora, quam sit sanitas qua caret talis. Cum autem sic se habet aliquis, contingit quod dicitur septimo Ethicorum (4), quod talis utitur duobus syllogismis et quatuor propositionibus ; et hoc procedendo ex duobus principiis sumptis ex duobus finibus desideratis : puta ex desiderio sanitatis qua caret et ex amore delectationis [49] **[Cod. Q, fol. 127 V^b]** secundum tactum cuius contrarium abhorret [50].

In proposito autem, quia emplastrum [51] sanitatem non induceret nisi prius tactum offenderet, quod talis nunc in particulari abhorret [52], ideo non obstante quod concluditur ex desiderio sanitatis emplastrum [53] sumendum, ex amore delectationis secundum sensum tactus concluditur non esse sumendum ; et sic sunt in tali duae considerationes aliquo modo contrariae ; et tamen contraria non eliguntur nec stabit talis indifferens nihil horum eligendo, sed eligit illud quod concluditur ex fine magis desiderato nunc et in particulari. Non sunt dictae aestima- **[Cod. P, fol. 229 R^a]** tiones contrariae simpliciter, sed simul **[Cod. V, fol. 175 R^b]** stant, scilicet quod emplastrum [54] est sumendum et quod non est sumendum, sicut scire aliquid in universali stat cum contrario eius quod scitur in particulari. Quia enim istae duae cognitiones non sunt simpliciter plures ut plures [55] in quantum aliquid unum consideratur in comparatione ad quaedam, plura simul stant sic quod intellectus **[Cod. R, fol. 170 V^b]** pro eodem instanti utrique assentiat in actu ; aut quia aliquo modo sunt plures sic stant simul quod cum intellectus talia possit apprehendere sic simul quia [56] in tempore imperceptibili et quod assentiens uni non propter hoc dissentit ab altero. Et hoc contingit quia iudicat emplastrum [57] sumendum quasi in universali, id est [58] consideratione quasi abstracta, scilicet ut consideratur secundum quod inductivum sanitatis solum et non ut offensivum [59] tactus ; iudicat autem non sumendum quasi in particulari, id est consideratione quasi contracta, ut scilicet consideratur secundum quod offensivum sensus tactus, cum hac condicione quod est etiam inductivum sanitatis quia iudicat emplastrum [60] non esse sumendum eo quod est offensivum tactus, etiam non obstante quod eius sumptio esset inductiva sanitatis. Tales autem contrariae aestimationes causant voluntarium mixtum, prout proicere merces in mari quasi universaliter secundum se malum iudicatur et non faciendum ; cum sumitur autem cum hac condicione quod per hoc vita servatur non obstante quod per hoc fiat depauperatio, iudicatur faciendum.

Et ex hoc etiam contingit quod aliquis potest facere contra conscientiam suam, scilicet faciendo contrarium eius quod dictat [61] ei conscientia, ut sic

Digitized by Google

nunquam possit voluntas aliquid eligere sive ex deliberatione appetere nisi secundum aestimationem quam habet in intellectu practico sive ex conclusione [62] syllogismi practici formati ex desiderio alicuius finis a quo, ut dictum est, sumitur principium in processu intellectus practici [63]. Unde dicitur (5) tertio De Anima : « cuius scilicet finis appetitus hoc principium practici intellectus ; ultimum autem, scilicet ipsius **[Cod. P, fol. 229 R^b]** intellectus practici *principium est actus* ». Unde dicit ibi Themistius (6) : intentio ad quam speculatio et appetitus, hoc est principium practici intellectus ; ad hanc autem respiciens ratiocinatur et consiliatur de agendis et ultimum ipsius intelligentiae ad quod stat consilians qualiter utique finis acquiratur, hoc est principium actionis.

Qui [64] ergo ponunt quod intellectus non movet voluntatem nisi sicut [65] causa sine qua non, et non est ut movens per se, videntur destruere rationem et necessitatem intellectus practici. Si enim in omni electione et operatione deliberativa non oportet concurrere intellectum practicum cum voluntate eligente et operante, sed potest voluntas in contrarium, non requiritur ad electionem et opus nisi simplex et absoluta consideratio quae nihil dicit de faciendo vel non faciendo ut sic cum sub indifferentia aliquid intellectui se offerret, eligeret voluntas sicut vellet ; et secundum hoc frustra esset processus syllogismi practici ; cum tamen **[Cod. Q, fol. 128 R^a]** secundum Philosophum (7) tertio De Anima, intellectus [66] speculativus non movet quia nihil dicit de fugibili vel persequibili. Et prout dicit Commentator (8) nono Metaphysicae, si intellectus etiam scientia practica informatus per illam notitiam agere posset absque hoc quod superveniret intellectus practicus ex appetitu alicuius finis propter quem eligeret operari, contraria simul fierent ; et cetera. Et sic videtur quod voluntas non possit moveri ad aliquid eligendum et operandum nisi conformis sit intellectui practico vel recto vel perverso.

Concludendo ergo veritatem quaestionis et ad principale quaesitum revertendo, dico quod intellectus practicus et speculativus non dicunt diversas potentias, sed unam cuius actus speculativus habens operabile pro obiecto sine habitudine ad voluntatem operandi fit practicus cum tali habitudine. Uterque tamen actus habens operabile pro obiecto habet causare scientiam sive notitiam practicam aut elicitur a scientia practica. Habens enim notitiam operabilis secundum quod operabile, habet notitiam vel **[Cod. P, fol. 229 V^a]** scientiam quae practica dicitur ratione **[Cod. R, fol. 171 R^a]** obiecti. Sed intellectus respectu illius sic non dicitur nisi speculativus ex fine circa illud intento [67]. Sicut enim circa non operabilia, sed solum speculabilia, non intendit nisi scire et speculari illa, ita etiam circa ista in actu aliud non intendit, supposito scilicet quod non appetat aliquem finem propter quem consequendum talem considerationem ordinet ad opus **[Cod. V, fol. 175 V^a]** et velit operari ; et ideo speculativus est iste intellectus sicut ille et non magis practicus sive operativus in actu ; et sic habens scientiam aliquam de operabilibus dicitur habere scientiam practicam et non dicitur practicus sed speculativus

Digitized by Google

modo praedicto. Si tamen fiat denominatio practici [68] in concreto eo modo quo intelligitur in abstracto ut per practicum intelligamus intellectum scientia practica informatum, et sic enim posset intellectus habens scientiam practicam dici practicus.

His [69] autem quae dicta sunt circa differentiam intellectus speculativi et practici, scilicet quod sumitur ex finium diversitate, non sic autem differentia scientiae speculativae et [70] practicae inter se nec etiam ipsius intellectus respectu earum, non repugnat [71] quod dicit Philosophus (9) secundo Metaphysicae, quod finis scientiae speculativae est veritas, finis autem practicae est opus, ut sic secundum fines praedictos secundum quos [72] data est distinctio inter intellectum practicum et speculativum, talis distinctio fieri videatur inter scientiam practicam et speculativam ; quia non similiter intelligitur finis scientiae practicae, opus, sicut finis intellectus practici, quoniam scientiae practicae in qua intellectus est considerativus eorum quae ad talem scientiam pertinent, scilicet operabilium, non est nisi unus finis in actu proximus et immediatus, scilicet speculatio vel consideratio [73] rei operabilis cuius formalis ratio est esse operabile et in potentia vel in aptitudine subiectum [74] operationi. Et sic quia rem talem actu subici operationi est aliquid melius et perfectius quam solum esse operabilem [**Cod. P, fol. 229 V**^{b}] in potentia, propter hoc etiam consideratio de tali re secundum condicionem tali considerabili convenientem ut consideratur in scientia practica, scilicet in universali vel secundum rationes eius universales quae non sufficit ad hoc quod in actu subici possit operationi, includit tamen opus ipsum in potentia vel aptitudine tanquam finem, considerando scilicet talem operabilem rem non solum ut ipsa secundum se ipsam cognoscatur, sed propter opus, scilicet ut operationi actualiter subiciatur, cum scilicet occurrerit desiderium alicuius finis specialis propter quem sit agendum et advenerit cognitio talis operabilis in particulari sive secundum condiciones eius particulares secundum quas potest subici operationi humanae in actu.

Cuiusmodi consideratio non pertinet proprie ad intellectum secundum scientiam practicam, sed secundum [75] alium habitum secundum quem intellectus [**Cod. Q, fol. 128 R**^{b}] dicitur proprie practicus [76]; et sic opus propter quod considerat scientia practica id quod considerat non est opus actu volitum vel intentum. Nec etiam talis consideratio praesupponit finem aliquem desideratum [77] actu [78], propter quem actu velit consideratum operari. Nec etiam includit talis consideratio in actu considerationem talis operabilis secundum quod in actu est operabile. Secus autem est de consideratione intellectus practici sive secundum quam intellectus dicitur practicus, quia illa procedit ex fine aliquo speciali actualiter desiderato et est propter opus actu volitum implicite ante finalem conclusionem et explicite iam finali conclusione habita ; et sic ipsum finem qui est opus includit aliter quam consideratio scientiae practicae.

Et [79] haec patent per Philosophum (10) et Commentatorem (11) nono Meta-

Digitized by Google

physicae, ubi dicit quod potestates rationales se habent ad opposita ; et hoc quia scientia eadem est contrariorum. Si habens talem **[Cod. R, fol. 171 R^b]** scientiam nullo alio addito, ex hoc posset agere, simul ageret contraria. Oportet ergo quod adsit aliquid aliud per quod talem cognitionem habens determinetur ad alterum faciendum ; hoc autem est appetitus finis vel electio eius quod est ad finem. Appetitus enim cum fuerit alterius contrariorum **[Cod. P, fol. 230 R^a]** tunc agit agens pendens [80] ex eo ; et cetera. Ex istis, inquam, patet quod habens scientiam practicam ex hoc non potest esse practicus si non adsit voluntas alicuius finis ex cuius desiderio incipit processus intellectus practici, ut superius declaratum est.

Ad argumentum dicendum quod voluntas non movetur ab intellectu ut est potentia, nec intellectus a voluntate ut est potentia [81]; sed utraque potentia per se movetur ab obiecto suo, verum est. Tamen quantum pertinet ad propositum quod intellectus practicus includit habitudinem quandam ad voluntatem, id est ad finem qui est obiectum voluntatis modo supradicto, quam [82] non sic includit intellectus speculativus, unde cum intellectus specula **[Cod. V, fol. 175 V^b]** tivus [83] non possit fieri practicus modo praedicto nisi supposito fine aliquo quem voluntas appetit assequi, quia ex hoc fine appetito sumit intellectus practicus principium in suo processu, secundum hoc posset [84] dici intellectus practicus moveri a voluntate, id est a fine sive a desiderio finis quem appetit voluntas. Sed cum processus ipsius intellectus practici sic inceptus a motione voluntatis terminetur ad aliquid quod eligitur ad finem talem assequendum, et hoc in conclusione syllogismi practici, tunc ipse intellectus practicus [85] movet ipsam voluntatem ad eligendum quod conclusum est per intellectum. Ex tali autem diversitate respectu intellectus non potest argui diversitas realiter potentiarum.

Cum arguitur : quod movetur ab aliquo necessitatur ab illo [86]; et sic si [87] voluntas in sua electione moveretur ab intellectu practico, necessitaretur ; potest ad hoc dici quod moveri ab aliquo non importat necessitatem nisi quia [88] moveri idem videtur quod pati ; quod [89] autem patitur respectu activi videtur vinci [90] ab illo et sic necessitari. Sed si moveri et pati aliquid ab aliquo sit necessitari, non minus immo magis videtur necessitari id quod movetur a se ipso secundum unum et idem, cum ibi sint activum et passivum magis unita quam ubi est distinctio inter haec. Cum enim actio, praesente passivo, de necessitate semper sit actio, tale activum et passivum solum ratione differentia [91] semper de necessitate essent in actu. Unde non magis **[Cod. P, fol. 230 R^b]** tollitur libertas voluntatis si ponatur moveri ab alio quam a se ; quia, ut videtur, si ponitur moveri a se et non ab alio, ipsa existente semper movebitur. Si enim ponatur aliquando moveri et aliquando non moveri, hoc non potest esse nisi moveatur ab alio et quod [92] non semper **[Cod. Q, fol. 128 V^a]** eodem modo se habet ad voluntatem aut voluntas non semper eodem modo se habet ad illud; nisi autem idem esset movens et motum, haec semper eodem modo se habent ad invicem. Ergo ; et cetera.

Digitized by Google

Est ergo [93] dicendum quod non omne motum ab aliquo simpliciter necessitatur ab illo. Sed illud quod [94] movetur naturaliter et determinate ad unum sine apprehensione vel etiam cum apprehensione [95] determinata non abstracta et deliberativa [96] ut in brutis contingit. Sed illud quod movetur secundum apprehensionem abstractam deliberare potens et conferre, non movetur de necessitate simpliciter, ut alias est declaratum.

Cum arguitur quod ex quo voluntas libere movetur et hoc secundum apprehensionem rationis etiam liberam quae non statim est deter **[Cod. R, fol. 171 V^a]** minata, sed est cum collatione [97] et deliberatione, tunc libertas voluntatis esset sibi ab intellectu, dicendum quod non videtur rationabile quod liberum arbitrium quod magis denominatur ab eo quod ad intellectum pertinet, non includat [98] ipsum intellectum. *Uterque* [99] ergo tam [100] intellectus quam voluntas suam libertatem habet effective a Deo, formaliter a se ipso sive a naturali sua proprietate, subiective sive materialiter a substantia animae secundum quod rationalis et abstracta et ad imaginem Dei facta. Quia enim sunt potentiae naturae abstractae et illimitatae, ideo etiam in suis actibus sunt illimitatae et indeterminatae ; et per istas potentias in suis actibus homo se ipsum potest determinare. Et sicut actus voluntatis dependet ab actu intellectus in quantum non vult nisi apprehensum, sic potest dici quod libertas in actu voluntatis est ex libertate in actu intellectus cuius fuit prius ratiocinative et consiliative determinare quid libere eligeretur. Quod autem ita sit videtur per Anselmum (12), De Praescientia et Libero Arbitrio, ubi dicit : « in arbitrio hominis est an **[Cod. P, fol. 230 V^a]** deserat vitam pro voluntatis rectitudine an rectitudinem pro vita. Et hoc arbitrium, quod et iudicium dici potest, liberum est ; quoniam ratio qua intelligitur rectitudo, docet rectitudinem illam eiusdem rectitudinis amore semper esse servandam [101]; et quicquid obtenditur ut deseratur esse contemnendum ; atque voluntatis est ut ipsa quoque reprobet aut eligat, quemadmodum rationis intellectus monstrat ; ad hoc enim maxime datae sunt rationali creaturae voluntas et ratio ».

[1] formae R; potentiae *in marg. scrips.* R. — [2] quod ens sive] *om.* P. — [3] subiecto VQ. — [4] esse R. — [5] sic PR. — [6] simpliciter *add.* Q; *deinde del.* — [7] non *add.* Q; *postea del.* — [8] accipiendo PR. — [9] *om.* Q. — [10] in V. — [11] vel Q. — [12] talium VRQ. — [13] sive PRQ. — [14] consideratione R. — [15] *om.* PR. — [16] immo cum] in motum Q. — [17] *om.* P. — [18] ipse intellectus] intellectus ipse Q. — [19] extrinsecus R. — [20] *om.* Q. — [21] propriam rationem] rationem propriam R. — [22] secundum suas — agibilia] *om.* PR. — [23] quia P. — [24] quod PRQ. — [25] dicitur Q. — [26] practicam scientiam] scientiam practicam PRQ. — [27] sive sub] sine hoc VRQ. — [28] quam P. — [29] ad PQ. — [30] appetitum *add.* Q; *postea del.* — [31] habent intellectui P. — [32] concedendum Q. — [33] iudicatum R. — [34] modis P. — [35] et P. — [36] format et] formatur V. — [37] ad inquirendum et *add.* Q; *deinde del.* — [38] et Q; *del. et* sed *suprascrips.* Q. — [39] assequuntur VP; assequantur R; *litteram* n *expunxit* R; — vel assequantur *in marg. scripsit* V. — [40] proprium PR. — [41] huiusmodi PR. — [42] posterior P. — [43] intelligendum *add.* Q; *postea del.* — [44] iudicatus P. — [45] melius *add.* Q. — [46] ex quo nollet eam *add.* Q. — [47] sanitatem Q. — [48] supposito Q. — [49] dilectionis Q. — [50] abhorreret P. — [51] emplaustrum Q. — [52] abhorreret

Digitized by Google

PRQ. — [53] emplaustrum Q. — [54] emplaustrum Q. — [55] ut plures] *om.* Q. — [56] quod V. — [57] emplaustrum Q. — [58] id est] in P. — [59] ostensivum R; *del. et* offensivum *in marg. corr.* R. — [60] emplaustrum Q. — [61] dicat VPQ *et l*[a] *m.* R. — [62] exclusione P. — [63] formati — practici] *om.* R. — [64] quoniam PQ. — [65] sint P. — [66] practicus *add.* R; *postea del.* — [67] intentio P. — [68] practica P. — [69] habens P. — [70] *om.* PQ. — [71] repugnet P. — [72] quod Q. — [73] eorum *add.* Q; *postea del.* — [74] subici R. — [75] illam *add.* Q; *postea del.* — [76] habitus R. — [77] desiderant Q. — [78] actum PQ. — [79] *om.* Q. — [80] pendens *add.* Q. — [81] nec — potentia] *om.* PR. — [82] quia Q. — [83] unde — speculativus] *om.* VRQ. — [84] potest PRQ. — [85] *om.* PQ. — [86] necessitatur — illo] *om.* P. — [87] *om.* PRQV; *add. in marg.* V. — [88] quod V. — [89] quia P. — [90] uniri P. — [91] differentiae P. — [92] *om.* P. — [93] idem *add.* Q; *deinde del.* — [94] quo PQ. — [95] vel — apprehensione] *om.* R. — [96] determinata P. — [97] collectione P. — [98] includit V. — [99] utrumque VPRQ. — [100] tamen PRQ. — [101] conservandam P.

(1) Locum non inveni. — (2) Allud. ad ARISTOTELEM, *De Anima*, l. III, c. 10 (*ibid.*, I, p. 433 a). — (3) Allud. ad ARISTOTELEM, *Ethica Nicomachea*, l. VI, c. 2 (II, p. 1139 a). — (4) Allud. forte ad ARISTOTELEM, *Ethica Nicomachea*, l. VII, c. 4 (II, p. 1146 b). — (5) *Resp.* ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. X (II, p. 433 a). — (6) THEMISTIUS, *De Anima*, l. III, c. 61. (Venetiis, 1527, fol. 82 V). — (7) ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. 9 (I, p. 432 b). — (8) Forte allud. ad AVERROÏS *Metaphysicam*, l. IX, c. 6, com. 10 (vol. 8, fol. 234 V). — (9) ARISTOTELES, *Metaphysica*, l. I, c. 1 (II, p. 993 b A ΕΛΑΤΤΟΝ). — (10) Allud. ad ARISTOTELIS *Metaphysicam*, l. VIII, c. 2 (II, p. 1046 b). — (11) Videtur alludi ad AVERROÏS *Metaphysicam*, l. IX, c. 3, com. 3 (vol. 8, fol. 228 V[a]). — (12) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Praescientia Dei et Libero Arbitrio*, c. VI (PL., t. 158, col. 516-517). Litteraliter.

QUAESTIO XII

Utrum verbum mentale formetur in intellectu ab ipso intellectu in quo est vel ab alio

Deinde [1] quaerebatur etiam quantum ad intellectum utrum verbum mentale formetur in intellectu ab ipso intellectu in quo est vel ab alio. Et arguitur quod ab alio. Quia aut verbum est quidam actus intelligendi aut est aliquid formatum vel constitutum quod non habet esse et formari sine illo. Sed primus actus intelligendi in nobis causatur in ipso intellectu ab alio quam ab ipso intellectu, quia ab obiecto mediante phantasmate. Sed qua ratione primus, eadem ratione et alius ; et sic omnis actus intellectus causatur in intellectu ab alio. Ergo eadem ratione et verbum.

Contra. Per emanationem verbi mentis nostrae ab ipsa mente sicut per imaginem intelligimus emanationem Verbi [2] aeterni in divinis. Sed si sic causaretur verbum in nobis, ipse intellectus non haberet rationem [3] patris, sed magis matris ; et sic [4] in divinis non esset ponere Patrem. **[Cod.V, fol. 176 R[a]]**

Digitized by Google

Responsio. Dicendum quod intellectus non est activus verbi ita quod intellectus possibilis ipsum possit facere in se. Quod enim aliquod ens unum et idem secundum rem et subiectum possit agere in se ipsum et possit realiter referri ad se ipsum et possit [5] simul esse materia **[Cod. Q, fol. 128 V[b]]** et efficiens respectu eiusdem non videtur possibile. Et ideo si verbum est aliquid ad notitiam intellectus possibilis pertinens, respectu illius intellectus non potest dici proprie activus ; quia intellectus possibilis non potest dici activus [6] respectu cuiuscumque intellectionis nec primae [7] nec alicuius posterioris. Sed obiectum quod unum et idem existens secundum rem et subiectum potest movere intellectum ad diversas intellectiones. Nec intellectus per **[Cod. P, fol. 230 V[b]]** priorem movere se potest ad posteriorem, quia intellectu existente in actu secundum aliquam intellectionem, stante illa sola motione [8] ad praesentiam obiecti sub illa ratione sub qua habet esse huiusmodi motionis [9] principium, nunquam procederet ad ulteriorem intellectionem; sed oportet quod fiat repraesentatio illius obiecti sub alia ratione specialiori. Ergo sicut repraesentatio illius obiecti [10] sub prima ratione magis generali **[Cod. R, fol. 171 V[b]]** causavit primam cognitionem, ita illud idem sub ratione magis speciali [11] causat illam ulteriorem cognitionem. Nec prima cognitio dicitur causare secundam [12] proprie, sed pro tanto, quia ordine naturali secunda [13] non causatur nisi praecedente prima.

Circa verbum ergo [14] quid sit secundum rem et a quo causatur effective, est intelligendum quod verbum de quo intendimus est id quod significatur verbo vocis. Tale autem verbum non significat naturas rerum per se subsistentes, sicut Plato videtur posuisse ; nec etiam res extra existentes secundum quod huiusmodi, quia ut sic sunt singulares. Oportet ergo quod significet mentis conceptum sive id quod est intellectum vel conceptum. Unde dicit Augustinus (1) nono De Trinitate, capitulo quinto : diffinitio dicens quid est temperantia [15] verbum eius ; verum est. Et secundum Philosophum (2) quarto Metaphysicae : ratio quam significat nomen est diffinitio.

Sed ex hoc nituntur aliqui ostendere quod verbum est [16] realiter idem cum eo cuius est verbum et a quo causatur et formatur, differens solum secundum rationem, quia secundum praedicta, verbum est quod quid est speciei quod significatur per diffinitionem ; quod quid est autem non differt ab eo cuius est nisi secundum rationem ; ergo verbum substantialiter non differt ab eo [17] cuius est verbum realiter, sed solum secundum rationem.

Ex quo ulterius concluditur quod verbum non est aliquid intellectui inhaerens et ipsum informans sicut actus intelligendi. Quod enim est tale non est idem secundum rem cum re extra nec de illa potest praedicari praedicatione dicente : hoc est hoc ; sed verbum est obiectum actus intelligendi.

Sed hoc dictum videtur irrationabile et videtur opposita includere. Quod enim ponatur aliquod ens reale quod [18] nec sit aliquid inhaerens **[Cod. P, fol. 231 R[a]]** animae nec sit res extra existens non videtur rationabile [19]. Unde

Digitized by Google

in hoc quod ipsi ponunt quod verbum non est inhaerens intellectui, oportet quod sit res singularis [20] et simpliciter extra intellectum existens, quia nulla entitas potest poni [21] esse nisi [22] altero istorum modorum.

Praeterea secundum istos ponitur et bene quod verbum est aliquid formatum vera actione reali per obiectum et [23] intellectum agentem. Ergo est aliqua vera res etiam ab ipso obiecto differens realiter. Semper enim oportet ponere realem differentiam inter efficiens et effectum. Unde cum, secundum Augustinum (3), verbum nostrum dicatur esse cognitio formata vel notitia vel visio et sic de aliis, quae non dicunt nisi actum intellectus, et in hoc etiam ponatur una differentia verbi nostri ad Verbum divinum, quod Verbum in divinis est in se subsistens, verbum autem nostrum est menti nostrae ut eius perfectio inhaerens, videtur esse tenendum quod verbum realiter non est nisi notitia vel actus intellectus formatus ab obiecto et intellectu agente.

Nec valet quod arguitur contra hoc quod diffinitio dicit notitiam completam determinatam et explicitam quam dicit nomen speciei vel rei diffinibilis confuse et indeterminate [24] et implicite. Est ergo sermo diffinitivus **[Cod. Q, fol. 129 R^a]** verbum vocale [25] quod est signum verbi perfecti, intra scilicet conceptus et actus intellectus quo determinate et explicite cognoscitur dif- **[Cod. V, fol. 176 R^b]** finitum. Et nomen speciei diffinibile est verbum vocale quod est signum imperfecti verbi, intra scilicet conceptus vel actus intellectus quo confuse cognoscitur diffinitum. Et propter hoc diffinitio dicitur proprie verbum perfectum, quia est notitia rei diffinibilis perfecta ; non sic autem simplex et confusa intelligentia rei diffinibilis, prout nomine speciei universalis exprimitur.

Cum autem assumitur quod diffinitio et quod quid [26] est rei non differt realiter sed secundum rationem **[Cod. R, fol. 172 R^a]** a diffinito ut [27] ab eo cuius est quod quid est, si per diffinitum intelligatur res extra intellectum existens secundum quod huiusmodi, sic est falsum. Immo realiter differunt sicut actus realiter in intellectu existens et ipsum informans **[Cod. P, fol. 231 R^b]** et res ipsa extra intellectum existens, prout differt lapis extra animam a cognitione qua cognoscitur ab anima. Secundum quod dicit Philosophus (4), quod [28] lapis non est in anima, sed [29] species lapidis.

Sed si per diffinitum intelligatur conceptus rei sub ratione universali abstracta prout exprimitur nomine speciei, cum sic non sit nisi quidam conceptus [30] intellectus confusus [31] respectu diffinitionis quae est conceptus determinatus, sic verum est quod sunt [32] idem realiter. Differunt autem secundum rationem, sicut conceptus unius rei explicitus et determinatus et conceptus de [33] eadem re confusus et indeterminatus; prout dicimus quod homo sive conceptus hoc nomine significatus [34] et animal rationale mortale [35] sive conceptus istis nominibus significatus [36] differunt solum ratione, cum sint unius rei, quia secundum confusum et determinatum differunt. Sic autem res diffinitur secundum quod conceptu universali et abstracto intelligitur et non secundum esse particulare et secundum [37] quod existit extra intellectum.

Digitized by Google

Supposito ergo quod verbum sit notitia alicuius obiecti cognoscibilis ab intellectu et quod obiectum proprie non debeat dici verbum, immo est causa effectiva verbi, prout etiam sonare videntur dicta Augustini (5) (dicit enim decimo quinto, De Trinitate, capitulo decimo : formata cogitatio ab ea re quam scimus verbum est quod intus in corde dicimus); — constat autem quod omnis notitia sive confusa et indeterminata sive perfecta et determinata [38] est subiective in intellectu possibili ; — videtur dicendum quod intellectus possibilis respectu eius non habeat se per se et proprie in ratione agentis, sed solum obiectum in virtute intellectus agentis quantum ad materialia.

Neque [39] etiam, sicut dicunt quidam, sic causatur verbum ab ipso intellectu possibili quod per obiectum in virtute intellectus agentis causatur [40] aliqua species vel similitudo obiecti qua intellectus informatus habeat [41] virtutem agendi et concipiendi notitiam ipsam, quae secundum hoc erit verbum existens in intellectu **[Cod. P, fol. 231 V^a]** possibili ut notitia actualis genita et producta ab eodem intellectu virtute speciei ipsius obiecti, ut quasi notitia habituali et ut parente. Verum est enim quod illud, quod debet producere aliquem actum vel operationem, debet habere formam secundum quam sit etiam in actu respectu illius, quia nihil agit nisi secundum quod est in actu ; non autem ad hoc quod in ipso fiat operatio [42] subiective requiritur quod habeat formam secundum quam sit in actu respectu illius. Nunc autem intellectus possibilis non est a quo effective procedit actus vel operatio intelligibilis, sed intellectus agens in quo est, quantum ad materialia, omnia facere intelligibilia in actu et possibilis quem [43] omnia fieri habent, secundum Philosophum (6) tertio De Anima. Unde sicut ad hoc quod ferrum calefaciat oportet quod prius sit in actu **[Cod. Q, fol. 129 R^b]** secundum formam caloris, non autem ad hoc quod calefiat [44], ita hic [45], ad hoc quod intellectus [actus] fiat actu intelligens, non videtur requirere nisi quod sit in potentia, sicut tabula rasa ; sed ad hoc quod faciat aliquem in actu[m] intelligi, oportet quod primum sit actu intelligens [46].

Loquimur autem nunc de specie, prout dicit quandam dispositionem in intellectu, quae est quaedam rei similitudo alia ab actu intelligendi et ratio formalis secundum quam intellectus possibilis se ipso [47] fit in actu intelligendi. Sic autem nunquam posuit Aristoteles speciem, sed [48] bene dicit ipsum actum intelligendi quandam speciem [49] in quantum est quaedam similitudo rei per quam etiam intellectus dicitur rei assimilari [50] et quodam modo secundum hoc fieri res ipsa ; prout intellectus dicitur fieri intelligibilia in quantum efficitur actu in- **[Cod. R, fol. 172 R^b]** telligens [51] illa. Et secundum hoc dicit Philosophus (7) quod lapis non est in anima, sed species lapidis. Id autem quod de lapide est **[Cod. V, fol. 176 V^a]** in anima constat quod est ipse actus intelligendi. Et quia actus intelligendi non est ipse lapis secundum esse reale quod habet extra, ideo respectu talis esse dicitur esse species eius.

Praeterea, cum huiusmodi species, etiam si ponatur, non sit nisi quaedam

Digitized by Google

dispositio inducta ab obiecto in virtute intellectus agentis ut ab agente naturali, operatio etiam cuius est principium vel ratio attribuetur ut agenti ipsi obiecto et [52] intellectui possibili ut subiecto disposito.

Nunc si velit quis dicere quod immo intellectui possibili in quo est ut subiecto huiusmodi actio tribuetur, ita eadem facilitate dicetur [53] **[Cod. P, fol. 231 V^b]** respectu aliorum [54] omnium agentium principalium quod nullum eorum inducit actum principalem in materia vel subiecto, sed solum quandam dispositionem, et subiectum virtute illius inducit [55] actum et perfectionem principalem. Nec hoc improbari poterit, ut patet, si quis velit dicere quod virtute solis fit quaedam species in aere virtute cuius ulterius aer se illuminat vel lucidum [56] se facit. Si autem dicatur quod hoc tenet in spiritualibus, non [57] in corporalibus, nego. Nec video probationem.

Praeterea [58] in visione divinae essentiae in ipso intellectu formatur verbum perfectissimum ; sed ibi non contingit huiusmodi visio per influxum alicuius speciei ; nec ipsa essentia divina quantumcumque simplex et intima animae, cum sit quid in se subsistens nullo modo inhaerens, potest supplere id quod species, quae [59] est forma inhaerens, habet facere si ad actum intelligendi requiritur.

Neque [60] etiam sic [61] potest dici, sicut dicunt alii [62], quod respectu primi actus intelligendi confusi et indeterminati sit intellectus possibilis passivus ; sed illo informatus [63] conversione sui [64] ipsius super illum actum et super obiectum et [65], negotiando circa hoc ad explicationem partium essentialium [66] obiecti, quasi concipit et format in se ipso notitiam determinatam et perfectam illius eiusdem quod cognoscebat prius secundum notitiam confusam et imperfectam quae habet rationem memoriae et parentis ; et hoc habet rationem verbi. Secundum ista enim non posset poni ratio verbi in visione divinae essentiae in qua et ipsa essentia divina et quae in ea videntur apprehenduntur sine discursu et ad hoc active movente divina essentia sola ; nec etiam in visione quorumcumque quae non diffinitive sed quasi intuitive videntur, si qua sint talia; prout dicit Philosophus (8) quod substantiae separatae, quia non habent diffinitionem, aut totae sciuntur et attinguntur aut secundum totum ignorantur, cognitione scilicet qua cognoscuntur secundum se et non ex analogia ad alia [67].

Praeterea quod secundum modum quo intellectus procedit a cognitione confusa [68] **[Cod. P, fol. 232 R^a]** et indeterminata ad perfectam et determinatam etiam in via non possit poni intellectus possibilis proprie activus nec in formatione talis notitiae quae dicitur verbum magis se habeat active quam in notitia prima [69] confusa sed passive, hoc videtur, quia sicut intellectus fit in actu confuse ex repraesentatione obiecti sub ratione alicuius **[Cod. Q, fol. 129 V^a]** phantasmatis magis confusi et indeterminati et sine illo non potest fieri [70] in actu et propter hoc respectu primi actus non ponitur activus, ita ad hoc quod fiat in aliquo actu magis determinato non sufficit qualiscumque

Digitized by Google

consideratio illius obiecti sub ratione illius phantasmatis nisi advenerit aliquod **[Cod. R, fol. 172 V^a]** aliud phantasma magis speciale. Ergo eadem [71] ratione respectu illius actus posterioris erit passivus simpliciter et proprie et non activus. Nisi quia ad hoc quod ordinate possit fieri illa posterior notitia, oportet quod prius sit ipse intellectus possibilis in actu secundum illum primum [72], pro tanto dicatur quod intellectus possibilis factus in primo [73] actu intelligendi virtute illius, facit se ipsum in actu posteriori [74]. **[Cod. V, fol. 176 V^b]** Et hoc est quod dicitur si recte intelligatur quod intellectus factus in actu primo secundum aliquod principium cognoscibile facit se in actum posteriorem secundum cognitionem conclusio- **[Cod. P, fol. 232 R^b]** nis [75], in quantum in illa prima [76] cognitione secunda virtualiter continebatur, non tamen actu, sed in potentia. Oportet tamen esse extrahens illam potentiam in actum, scilicet [77] aliquod phantasma in virtute [78] intellectus agentis. Et sicut intellectus possibilis est passivus respectu intelligentiae simplicium, ita etiam respectu enuntiationum, licet componere et dividere in actionem sonent.

Sed cum arguunt aliqui ut videtur eis efficaciter quod respectu actionum complexorum sit intellectus possibilis activus ; si enim comprehendendo duo extrema seorsum et habitudinem unius ad alterum, ex hoc sine sua actione apprehenderet [79] illa in forma complexionis, tunc non componeret nec divideret inter aliqua nisi secundum rationem habitudinis quam habent inter se ; ut si haberent habitudinem convenientiae ea componeret affirmando ; si vero [80] haberent habitudinem disconvenientiae ea divideret negando. Quare cum nulla duo secundum eandem habitudinem habent rationem convenientiae et disconvenientiae simul, tunc quae componeret [81] in propositione affirmativa [82] non posset dividere ea negando ; et sic non posset esse in intellectu compositio [83] et divisio oppositorum seu contradictoriorum simul, cum dicat Philosophus (9) contrarium sexto Metaphysicae. Ubi dicit Commentator (10) : quod est in anima [84] recipit duo contraria simul ; quod est extra animam non.

Et dicunt etiam quod non potest dici quod complexio constituatur operatione intellectus agentis quia cum non agat nisi irradiando sicut lux naturaliter, ergo agit quicquid agit et secundum dispositionem [85] eorum circa [86] quae agit. Si ergo in ipsis rebus non est nisi dispositio ad affirmationem aut negationem, cum idem in quantum idem [87] non est natum agere contraria ; ergo per intellectum agentem non fieret indifferenter complexio circa idem secundum affirmationem et negationem. Ergo relinquitur quod hoc pertinet [88] ad intellectum potentialem [89] informatum prius simplici intelligentia.

Sed ista non valent ; quia statim potest dici quod si haec non possunt [90] attri- **[Cod. P, fol. 232 V^a]** bui ipsi intellectui agenti cuius est agere, **[Cod. Q, fol. 129 V^b]** multo minus possibili cuius est pati. Constat autem quod quocumque agente fiat huiusmodi complexio quod fit ratione habitudinis inter simplicia et ideo rationabiliter debet attribui ut [91] subiecto illi intellectui cui attribuitur [92] intellectus simplicium et ut actio etiam illi cui attribuitur actio intelligentiae **[Cod. R, fol. 172 V^b]** simplicium.

Digitized by Google

Quod autem hoc sit in intellectu et non in re extra, scilicet quod simul potest intellectus concipere contraria vel opposita, hoc est quia [93] in intellectu non habent res [94] rationem oppositionis. Nam ratione abstractionis ipsius [95] intellectus et eorum quae in ipso recipiuntur, unum oppositum est ratio intelligendi aliud ; et contrariorum est eadem disciplina. Et ideo dicitur quod potestates rationales se habent ad opposita, non naturales. Ex eo ergo quod concipitur complexio ex affirmatione sub ratione veri inter aliqua ex habitudine aliqua inter ipsa, concipitur complexio opposita sub ratione falsi, sed nullo modo sub ratione veri [96]. Cognoscendo enim unum oppositorum intellectus, ut dictum est, per hoc cognoscit alterum in affirmatione et negatione ; sed assentiendo uni non potest alteri assentire. Sic ergo dicendum quod intellectus possibilis sicut respectu simplicium non est activus [97], ita nec respectu complexorum ; et ita nullo modo est activus [98].

Quomodo ergo erit ibi emanatio verbi quod dicitur quaedam notitia de alia notitia et quid ibi habet rationem parentis et prolis quod ad ipsam animam pertinet? Et potest dici quod ipsa actualis informatio intellectus de re cognita et ab ipsa re cognita per virtutem intellectus agentis, ut scilicet formaliter et in actu [99] perficit intellectum, dicitur notitia quae est verbum. Ipsa autem praesentia obiecti ipsi potentiae intellectus, in quantum nata [100] est actu movere ipsum intellectum possibilem et efficere hanc actualem notitiam, et hoc in virtute intellectus [101] agentis qui est aliquid animae nec ab integritate imaginis debet **[Cod. P, fol. 232 V^b]** excludi, potest dici notitia habitualis aut potius virtualis ad quam sequitur relatio generantis ad notitiam formalem tanquam genitam vel natam. Et etiam potest dici quod talis notitia habet rationem memoriae. Unde dicit Augustinus (11) nono De Trinitate, capitulo **[Cod. V, fol. 177 R^a]** duodecimo [102] : liquide tenendum est quod omnis res quamcumque cognoscimus esse [103] generat in nobis notitiam sui. Et subdit : ab utroque enim notitia paritur a cognoscente et cognito.

Et secundum hoc patet quod anima vel intellectus secundum aliquid eius se habet ad verbum in ratione activi formando et efficiendo ipsum verbum [104]. Non tamen respectu cuiuslibet verbi sic se habet, quia formare verbum est de potentia verbo facere verbum in actu. Respectu illorum ergo quae sunt intelligibilia in potentia et nata fieri intellecta in actu virtute intellectus agentis, habet intellectus magis proprie [105] vim activam vel effectivam ut de potentia verbo faciat verbum in actu. Tunc autem habetur [106] ratio verbi, scilicet cum actuali notitia est intellectus possibilis informatus ; et sic tale verbum formatur ab ipso intellectu quantum ad intellectum agentem ; et in ipso intellectu quantum ad intellectum possibilem.

Sed quia in materialibus quae vere habent diffinitionem, et in omnibus immaterialibus [107], in quantum ex materialium cognitione nota fiunt [108], est duplex modus cognoscendi : unus scilicet indeterminatus et confusus, alius vero [109] determinatus ; et intellectum indeterminate est in potentia ad hoc ut

Digitized by Google

intellectu magis determinato intelligatur. Secundum [110] hoc dupliciter potest intellectus agere ad formationem verbi : uno modo abstrahendo a phantasmatibus, et sic intelligibilia in potentia faciens intelligi in actu ; alio modo ex intellecto indeterminato per viam divisionis et compositionis investigare intellectum determinatae speciei atomae, et hoc est verbum perfectum.

Ex hoc patet quod intellectus humanus secundum statum viae intelligendo Deum et quaecumque immaterialia, quia illa ex materia- **[Cod. Q, fol. 130 R^a]** libus et modo materialium intelligit, de ipsis effective format verbum. Sed cum beatus **[Cod. R, fol. 173 R^a]** intelligit Deum, quamvis perfectissimum verbum concipiat, quia ipsum cognoscit notitia completissima [111] **[Cod. P, fol. 233 R^a]** et maxime determinata non potens amplius determinari, tamen illud verbum non format per modum agentis proprie sicut alia [112]; quia intellectus beatus in cognitione divinae essentiae non procedit sic quod de intellecto in potentia faciat intellectum in actu per viam abstractionis, vel de intellectu indeterminato faciat intellectum determinatum per viam divisionis et compositionis. Qualemcumque actionem ergo habeat intellectus agens vel quacumque necessitate in anima hominis ad hanc visionem requiratur quod aliam requirit considerationem ; ex virtute tamen [113] eius per se et directe et proprie [114] per modum agentis non formatur haec notitia quae est verbum perfectissimum.

Per praedicta patet responsio [115] ad obiecta. Quamvis enim homo sit ad imaginem Dei secundum mentem, et verbi emanatio [116] in nobis sit [117] ad similitudinem emanationis verbi in divinis, est nihilominus secundum doctrinam Augustini circa hoc [118] multiplex dissimilitudo. Quia enim [119] verbum nostrum est ipsi menti inhaerens [120], ideo non potest causari vel effici a mente secundum illam potentiam secundum quam menti inhaeret, sed oportet ponere [121] aliud activum. Et cetera.

[1] secundo Q. — [2] mentis — verbi] *om.* P. — [3] verbi *add.* Q. — [4] in *add.* R. — [5] realiter — possit] *om.* P; realiter *add.* Q; *postea del.* — [6] actus P. — [7] potentiae P. — [8] sola motione] motione sola PR. — [9] *om.* R. — [10] sub alia — obiecti] *om.* R; *suppl. in marg. alia m.* R. — [11] substantiali PRQ. — [12] substantiam P. — [13] substantia P. — [14] verbum ergo] ergo verbum P. — [15] *om.* P. — [16] *om.* P. — [17] nisi — ab eo] *om.* R. — [18] quia R. — [19] rationale P. — [20] singulis V; gularis *scrips. in marg.* V. — [21] primo PR. — [22] in P; in *add.* R. — [23] ut R. — [24] interminate VRQ. — [25] mentale PQVR; vocale .m. *in marg. add.* VR. — [26] quod quid] quicquid PRQ. — [27] vel PRQ. — [28] non *add.* R; *deinde del.* — [29] secundum P. — [30] respectu *add.* Q; *postea del.* — [31] conceptus P. — [32] *om.* P. — [33] *om.* R. — [34] figuratus P. — [35] morale P. — [36] figuratus P. — [37] *om.* R. — [38] indeterminata P. — [39] nec P. — [40] causaretur P. — [41] hanc P. — [42] *om.* P. — [43] in quo P. — [44] calefaciat VPRQ; calefiat *corr.* VRQ. — [45] hoc P. — [46] hic, ad hoc — actu intelligens] *om.* PRQ. — [47] se ipso] *om.* P. — [48] solum *add.* Q; *postea del.* — [49] sed — speciem] *om.* P. — [50] assimilare R; assimilari *corr.* R. — [51] intellectus RQ. — [52] *om.* V. — [53] diceretur V. — [54] *om.* V. — [55] educit PRQ. — [56] lucidus P. — [57] nisi P. — [58] potentia P. — [59] qua PQ. — [60] nec P. — [61] *om.* Q. — [62] aliqui PR. — [63] conformatus R. — [64] sui *add.* R. — [65] *om.* P. — [66] *om.* Q. — [67] cognitione — ad alia] *om.* P. — [68] confuse Q. — [69] primo P. — [70] *om.* R. — [71] ratio respectu illius solius phantas-

Digitized by Google

matis nisi advenerit aliquod aliud phantasma magis speciale ergo eadem, *add.* P. — [72] illum primum] primum illum P. — [73] potentia PR. — [74] « va » (*in marg.* VR) — cum etiam aliquid praedicatur de aliquo praedicatione dicente: hoc est; hoc non est inteligendum quod conceptus de conceptu per se praedicatur. conceptus [a] enim quo concipitur id [b] quod significatur nomine hominis non est ille conceptus quo concipitur id quod significatur nomine animalis, sed debet intelligi et exponi cum dicitur homo est animal, id est res quae concipitur conceptu qui significatur nomine hominis est eadem res quae etiam concipitur conceptu qui significatur nomine animalis. Sunt enim voces significativae notae vel signa [c] earum [d] quae sunt in anima passionum, id est conceptuum [e] primo et per se et in hoc etiam rerum extra inquantum ipsorum [f] sunt tales conceptus. *add.* PVRQ, *sed postea del.* VRQ; — « cat » *in marg. add.* VR. — [75] cognitionis P. — [76] illa prima] prima illa P. — [77] secundum P. — [78] unius *add.* P. — [79] comprehenderet P. — [80] non P. — [81] proponeret R; componeret *corr.* R. — [82] affirmata RQ. — [83] composito VPRQ. — [84] concepit *add.* Q; *postea del.* — [85] complexionem P. — [86] *om.* Q. — [87] natura *add.* P. — [88] hoc pertinet] haec pertinent PQ. — [89] possibilem PQ. — [90] posset PQ. — [91] *om.* Q. — [92] intellectus *add.* Q; *postea del.* — [93] quod P. — [94] *om.* P. — [95] illius V. — [96] inter aliqua ex habitudine aliqua *add.* P. — [97] compositivus P. — [98] compositivus P. — [99] et — actu] *om.* PR. — [100] natum PRQ. — [101] *om.* Q. — [102] trigesimo VRQ. — [103] cum P. — [104] tamen ratione *add.* Q; *postea del.* — [105] magis proprie *om.* P. — [106] habet P. — [107] quae vere — immaterialibus] *om.* P. — [108] nota fiunt] nata sunt P. — [109] alius vero] autem non Q. — [110] sed P. — [111] perfectissima Q. — [112] proprie — alia] *om.* P; proprie *add.* R. — [113] *om.* P. — [114] et proprie] *om.* P. — [115] respondeo P. — [116] verbi emanatio] emanatio verbi PQ; emanationem verbi R. — [117] in nobis sit] sit in nobis P. — [118] circa hoc] *om.* P. — [119] et P. — [120] et *add.* P. — [121] opponere P.

[a] de conceptu per se — conceptus] *om.* P. — [b] illud P. — [c] figura P. — [d] eorum P. — [e] conceptum P. — [f] ipsarum P.

(1) Alluditur ad SANCTUM AUGUSTINUM, *De Trinitate*, l. IX, c. 10 (PL., t. 42, col. 969). — (2) Resp. ARISTOTELIS, *Metaphysica*, l. III, c. 7 (II, p. 1012 a). — (3) Allud. ad SANCTUM AUGUSTINUM, *De Trinitate*, l. IX, c. 7 (PL., t. 42, col. 967). — (4) ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. 8 (I, pp. 431-432). — (5) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. XV, c. 10 (PL., t. 42, col. 1071, 19). — (6) ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. 5 (I, p. 430). — (7) ID., *ibid.*, l. III, c. 8 (I, pp. 431-432). — (8) ARISTOTELES, *Metaphysica*, l. VIII, c. 10 (II, p. 1051 b). — (9) Resp. ARISTOTELIS *Metaphysica*, l. V, c. 4 (II, p. 1027 b). — (10) Resp. AVERROÏS *Metaphysica*, l. VI, com. 8 (vol. 8, fol. 152 R[b]). — (11) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. IX, c. 12 (PL., t. 42, col. 970, 18).

QUAESTIO XIII

Utrum homo quantum ad praedictos actus magis sistat se per intellectum vel per voluntatum

Deinde secundum comparationem [1] intellectus et voluntatis ad invicem quaerebantur quaedam. Cum enim homo sistat se quantum ad actum intellectus

Digitized by Google

et voluntatis, sic scilicet quod facta per sensum apprehensione alicuius cognoscibilis non statim assentit homo per intellectum, sed sistit se ne statim assentiat, sed plenius de illo consideret vel aliquando sistit se sic quod facta aliqua apprehensione in illa [2] stet et permaneat [3]; facta etiam apprehensione alicuius appetibilis non statim consentit homo per voluntatem illud eligendo et prosequendo ; sed sistit se ne statim consentiat vel eligat ; et aliquando etiam sic sistit se quod facta aliqua apprehensione in [4] illud quod apprehensum est [5] consentit et in ipsum stat et permanet eligendo [6]; circa hoc ergo quaerebatur utrum homo quantum ad praedictos actus magis sistat se per intellectum vel per voluntatem. Et arguitur quod aequaliter per utrumque. Quia homo sistat se modo praedicto per intellectum, hoc convenit ei ratione habitus alicuius per quem convenit intellectui non inclinari vel inclinari [7] per assensum in apprehensione aliqua secundum sensum, puta : cum secundum apprehensionem sensus sol apprehendatur sub quantitate quasi pedali, habens habitum mathematicum scienti- **[Cod. P, fol. 233 R^b]** ficum, non statim assentit huic apprehensioni propter huiusmodi [8] habitum, et ex defectu huiusmodi habitus vel etiam ex habitu corrupto potest contingere quod homo sistat se in tali apprehensione, assentiendo scilicet [9] per intellectum quod sol **[Cod. V, fol. 177 R^b]** est quantitatis pedalis [10]. Simili modo etiam quod homo sistat se modo praedicto per voluntatem hoc convenit ei [11] ratione alicuius habitus per quem convenit voluntati non inclinari vel inclinari [12] per consensum et [13] electionem in illud quod apprehensum est sub ratione appetibilis et delectabilis per sensum, sicut patet per exempla. Ergo aequaliter et eodem modo videtur [14] homo se sistere [15] per intellectum et per voluntatem.

Contra. Per illud per quod homo sistit se quantum ad actum voluntatis, scilicet ne aliquod apprehensum secundum sensum eligat, vel ut [16] in illo secundum electionem permaneat [17]; et etiam quantum ad actum intellectus ne scilicet apprehenso [18] secundum sensum per intellectum assentiat, magis dicitur homo se sistere quam per illud per quod sistit se solum quantum ad actum intellectus. Sed homo per voluntatem sistit se ipsum quantum **[Cod. R, fol. 173 R^b]** ad actum voluntatis et etiam intellectus, quia per habitum virtutis sistitur volun- **[Cod. Q, fol. 130 R^b]** tas sic quod [19] non eligit statim appetibile apprehensum per sensum, prout repugnat virtuti, sed permanet in eo quod est consonum virtuti ; per eundem etiam habitum sistitur intellectus sic quod non potest assentire ei quod repugnat virtuti [20], sed [21] illi ad quod [22] habitus virtutis inclinat. Quare. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod hominem sistere se ad actum intellectus et voluntatis potest intelligi dupliciter : uno modo ut per sistere intelligatur actus ipse sive intellectus sive voluntatis [23] quo homo assentit vel consentit alicui ; et hoc sistere secundum aliquam huiusmodi potentiam non videtur aliud quam ipsam determinari ad aliquem actum huiusmodi, puta : homo quantum ad actum intellectus sistitur in hoc quod omnino determinate assentit huic [24] quod

Digitized by Google

est solem esse maiorem terra. Et quantum ad actum voluntatis sistitur in hoc quod omnino determinate appetit bonum honestatis quod consistit in fugiendo delectationem fornicationis. Et secundum hoc sistere dicitur [25] ab uno determinato non recedere nec ad oppositum procedere. Alio modo persistere intelligitur suspendere actum assensus intellectus vel [26] consensus voluntatis, ut scilicet alicui sibi proposito nec assentiat vel consentiat determinate nec dissentiat determinate, sed hos actus suspendat vel quantum ad ipsos ad tempus **[Cod. P, fol. 233 V[a]]** suspensus stet.

Primo modo non videtur aliud quaerere per quid homo sistitur in huiusmodi actibus nisi quid est illud per quod homo determinatus est ad hoc quod tali apprehensioni assentiat vel quod tale appetibile velit sive in illud consentiat ; tale enim sistere respicit determinationem actus potentiae. Et est dicendum quod, cum omnis potentia determinetur ad actum suum et omnis actus potentiae specificetur per suum obiectum, intellectus in suo actu non determinatur a voluntate nec a se, sed ab obiecto suo. Et similiter etiam voluntas non determinatur ab intellectu, ut dicit quandam animae potentiam nec a se [27], sed a suo obiecto.

Et circa hoc est [28] intelligendum quod intellectus sic sistitur a vero [29] simpliciter vel a vero [30] apparente ; et voluntas etiam a bono [31] simpliciter vel apparenti bono. Et sicut intellectus non potest assentire alicui nisi sicut [32] vero, ita nec voluntas potest velle aliquid vel consentire in aliquid nisi sicut [33] bono. Et sicut nunquam assentiet intellectus alicui nisi offeratur sibi vel simpliciter vel secundum apparentiam evidens in sua entitate et veritate, ita nunquam voluntas vult aliquid nisi offeratur volenti sub ratione convenientis et boni [34] simpliciter vel apparenter. Et sicut cum [35] offertur intellectui aliquid evidens, sic scilicet simpliciter vel secundum apparentiam tali dispositione stante, id est non facta immutatione alia potentiae respectu obiecti nec superveniente aliquo alio obiecto per quod huiusmodi evidentia impediatur, intellectus sistitur in hoc suo actu ; ita etiam ex parte voluntatis est intelligendum.

Sic autem loquendo [36] de sistere, cum sistere [37] dicat aliquid quodam modo immobiliter se habere respectu alicuius, hoc autem potest esse vel positive, quia scilicet non recedit ab aliquo ; vel privative, quia scilicet non inhaeret alicui ; potest dici quod homo sistitur secundum actum intellectus et etiam voluntatis dupliciter : uno modo sic quod, propter evidentiam obiecti, intellectus vel voluntas [38] determinate inhaeret ei cui inhaeret ; **[Cod. P, fol. 233 V[b]]** alio [39] modo, qui tamen ex isto consequitur, sic quod propter eandem causam non inclinatur **[Cod. R, fol. 173 V[a]]** in oppositum, sed ab illo retrahitur. Ista enim sunt eiusdem rationis alicui inhaerere per assensum vel consensum, et [40] alterum, scilicet oppositum [41] quasi refugere per dissensum. Et secundum hoc homo secundum istos suos actus uniformiter sistitur per voluntatem secundum actum voluntatis [42] et per intellectum secundum actum intellectus. Immo etiam per quamcumque potentiam secundum illius actum

Digitized by Google

[Cod. Q, fol. 130 V^a] sistitur, quia quaelibet [43] potentia in suo actu sistitur ex determinatione sui obiecti. Immo etiam consimiliter potest dici quod **[Cod.V, fol. 177 V^a]** brutum sistitur in actibus suarum potentiarum ; tale enim sistere non pertinet ad illam rationem sistendi secundum quam diversimode sistunt se homo et brutum secundum quod homo ratione suae libertatis et indeterminationis tam secundum intellectum quam secundum voluntatem dicitur se sistere vere et proprie ; non sic [44] brutum. Sed hoc pertinet ad secundum modum.

Quae autem dicta sunt circa huiusmodi sistere ut consistit in actu intelligendi affirmativo [45] per assensum secundum intellectum et in actu appetendi per consensum secundum voluntatem, intelligenda [46] sunt etiam circa sistere ut consistit in actu intelligendi negativo per dissensum et in actu fugae et displicentiae quantum ad voluntatem ; et cetera.

Et secundum hoc etiam, quia in actu quo dicitur homo sistere se secundum actum intellectus non oportet quod concurrat actus voluntatis sive aliquid ad voluntatem pertinens, sic non habet locum quaestio sub hac forma : utrum homo secundum illum actum magis sistitur per intellectum quam per voluntatem. Actus enim intellectus semper est primus respectu [47] actus [48] appetitus, et [49] in speculabilibus et in [50] agibilibus. Et potest esse omnino sine illo in actibus quibus speculabilia propter speculari considerantur ; actio enim qua [51] intellectus praesente obiecto suo [52] fit in actu speculativo non dependet a voluntate. In actu autem voluntatis, quo scilicet voluntas determinate vult aliquid, necessario concurrit actus rationis antecedentis et ut causa [53] per se, non solum sine qua **[Cod. P, fol. 234 R^a]** non.

Si ergo quaeritur per quod istorum magis fiat ista sistentia, qua scilicet homo determinate se tenet in aliquo quod [54] vult et amat, an scilicet per intellectum vel voluntatem, patet quod secundum diversas rationes fit ab utroque [55]; quia elicere est [56] essentialiter ab ipsa voluntate cuius est talis actus ut subiecti, a ratione vero ut a movente et agente secundum rationem obiecti, in quantum scilicet obiectum voluntatis necessario est bonum praeintellectum [57].

Circa secundum modum quo homo dicitur sistere se secundum actus intellectus et voluntatis, est intelligendum quod per sistere potest intelligi ipsa suspensio vel retractio actus assentiendi intellectus vel consentiendi voluntatis ; quod quidem contingit cum nec determinate illi assentitur nec etiam dissentitur. Et [58] de hoc forte magis est intentio quaerentis, scilicet : unde hoc quod, cum aliquis procedit in speculabilibus et occurrit sibi aliquod speculabile quod non sit in sua entitate et veritate evidens, intellectus eius non statim illi assentiat nec dissentiat, sed magis intendit de illo inquirere antequam assentiat ; et similiter cum aliquis procedit circa agibilia cum occurrit sibi aliquod [59] appetibile quod non sit in sua convenientia et bonitate evidens, unde hoc quod voluntas non statim illud appetit nec contrarium eius refutat, sed expectatur aliud aliquid [60] antequam determinate appetat vel recuset. Et

Digitized by Google

quia hoc sistere pertinet ad exercitium actus, quaerere de causa huius est quaerere magis de causa non sub ratione obiecti actum ipsum perficientis formaliter, **[Cod. R, fol. 173 V^b^]** sed de causa efficiente quae est impulsiva [61] ad actum vel ab illo retractiva vel respectu illius suspensiva vel refrenativa. Et quia in homine non sic cum quadam libertate [62] impellitur potentia ad actum vel retrahitur ab illo nisi quantum ad actus qui subsunt hominis potestati et respectu quorum habet dominium et imperium ; propter quod etiam in brutis quae carent ratione nec habent dominium in suis actibus, sed secundum Damascenum (I), magis aguntur quam agant, non est tale sistere. Unde licet **[Cod. P, fol. 234 R^b^]** brutum dicatur movere se localiter et etiam se sistere quantum ad illum motum [63], non tamen facit hoc per modum cuiusdam suspensionis a virtute potente super illo conferre et deliberare; sed sicut ad praesentiam delectabilis ex impetu et instinctu [64] naturae ad mo- **[Cod. Q, fol. 130 V^b^]** tum se impellunt ; ita ad communicationem vel praesentiam tristabilis [65] ab illo motu etiam se retrahunt ex impetu et instinctu naturali, licet cum apprehensione determinata.

Quaerere ergo per quid homo magis sistat se secundum huiusmodi [66] actus vel in talibus actibus, utrum scilicet per intellectum vel voluntatem, est quaerere ad quam harum potentiarum principalius pertineat imperare. Et quia de hoc alias fuit tactum, ideo [67] quantum sufficit ad propositum, est dicendum quod cuiuscumque potentiae sit principaliter actus imperandi formaliter et subiective, tamen [68] suppono quod actus utriusque ad hoc requiritur.

Quia nec volun- **[Cod. V, fol. 177 V^b^]** tas sine intellectu potest movere aliquid ad aliquem actum vel ab eo retrahere nisi assistente intellectu sic apprehendente, nec intellectus sua apprehensione potest nisi ipsa voluntate quodam modo inclinante et impellente, est dicendum ad propositum quod intellectus non sistitur vel non suspenditur in suo actu dicto modo sive quantum ad exercitium sui actus nisi per aliquem alium actum tam intellectus iudicantis quam voluntatis impellentis sive retrahentis; quia illae potentiae ratione suae abstractionis super suos actus et super se possunt reflecti et de illis ordinare; et ideo etiam sibi ipsis [69] quantum ad illos, possunt imperare dicto modo [70]. Et cum virtus appetitiva, quae et motiva est, habeat alias potentias et organa movere vel impellere ad exercitium suorum actuum, quamvis hoc non possit nisi secundum quod est in [71] actu hoc appetendi in quo habet esse per vim apprehensivam sive per obiectum aliquod apprehensum, ideo sic sistere [72] magis immediate et **[Cod. P, fol. 234 V^a^]** proprie convenit voluntati quam intellectui.

Cum enim aliquis apprehendens hic quod est solem esse minorem terra, propter hoc quod sensui [73] primo aspectu sic apparet, suspendit assensum suum, in hoc oportet quod hoc faciat [74] quia vult se adhuc non assentire huic ; sed non vult hoc nisi ex aliqua ratione hoc iudicante ; quoniam si non esset in illo alia superior apprehensio qua iudicaretur sic sistendum, non posset se sic [75] sistere, ut dictum est de brutis. Similiter etiam cum apprehendens aliquid

Digitized by Google

delectabile appetibile secundum aliquam condicionem suspendit consensum [76] et inclinationem voluntatis in illud, hoc etiam est ex aliqua ratione hoc iudicante.

Sistens enim se dicto modo, aut sistit se per rationem iudicando quod sistendum est, aut iudicando quod sistendum non est, aut de hoc nihil iudicando, sed illud tantum simpliciter et absolute apprehendendo, sicut brutum quod proprie non iudicat [77]. Si illo ultimo modo, tunc utique sistit se [78] sicut brutum. Nec esset sistere illud laudabile **[Cod. R, fol. 174 R^a]** vel vituperabile per se. Immo nec etiam sic sistere posset sine alia apprehensione, etiam modo bruti quod a delectabili oblato [79] non sistit nisi ex alio tristabili apprehenso licet, ut dictum est, sine iudicio, sed [80] quasi cum impetu et sine deliberatione. Nec tale sistere esset sistere de quo loquimur, quod est suspendere assensum [81] per modum imperii, ut dictum est. Nec secundo modo : quod [82] enim iudicet esse nullo modo sistendum et cum sistit, intellectus non [83] capit. Si primo modo, scilicet quia iudicat esse sistendum sive volendum sistere, sic ergo vult sistere propter aliquid, propter quod scilicet iudicatur esse sistendum, prout enim dicit Anselmus (2), libro De Veritate, capitulo duodecimo [84]: omnis voluntas sicut vult aliquid ita vult propter aliquid ; habet enim omnis voluntas quid et cur omnino enim nihil volumus nisi sit cur velimus omnes hoc in nobis cognoscimus. Nec debet dici quod ipsum velle voluntatis potest dici cur voluntas vult dicendo : volo quia volo ; hoc enim est dictum puerorum, immo [85] nimis [86] est puerile et ab Anselmo (3) reprobatur. Sed potest dici **[Cod. Q, fol. 131 R^a]** quod illud **[Cod. P, fol. 234 V^b]** cur volo est ipsum volitum vel res volita et non aliud, quando est respectu finis, prout etiam Anselmus (4) ibidem [87] dicit quod aliquis vult rectitudinem propter se. Ergo in proposito talis vult sistere et iudicat esse sistendum propter bonum aliquod apprehensum in generali, sic scilicet quod bonum aliquod, in quo est defectus et in cuius appetitu posset esse malum, non est statim cum offertur appetendum, sive sic quia ex appetitu illius posset esse malum. Ideo sistere, ne cum impetu appetatur, est bonum ; et sic oportet quod formetur [88] aliqua ratio movens appetitum.

Sed adhuc remanet dubitatio aliqua ut videtur innuere unum argumentum : utrum scilicet, cum quaelibet harum potentiarum et actus earum requiratur ad huiusmodi sistentiam [89] sine respectu actuum intellectus sive voluntatis, non plus habeat una harum potentiarum causare talem sistentiam [90] quam altera ; hoc est : utrum per appetitum non magis causetur [91] sistentia talis quam [92] per intellectum.

Et est dicendum quod originaliter et in ratione obiecti magis sit huiusmodi sistentia in actibus intellectus per ipsum intellectum quam per ipsum appetitum. Ratio enim quae movet voluntatem ad sistendum quamcumque potentiam in suo actu sumitur ex obiecto. Ex dispositione autem [93] **[Cod. V, fol. 178 R^a]** hominis secundum intellectum et secundum ea quae ei in suo actu

Digitized by Google

intelligendi per se deserviunt [94] diversa et diversimode [95] offerunt se obiecta ; et ideo etiam secundum hoc diversimode formantur rationes moventes voluntatem respectu talium. Nunc autem ita est quod secundum quod homo est melius dispositus secundum dispositionem naturalem et secundum habitus intellectuales naturales et ulterius secundum acquisitos circa speculabilia et quae pertinent ad virtutes speculativas, licet male sit dispositus [96] secundum appetitum quantum ad ea quae pertinent ad virtutes morales, secundum hoc occurrunt sibi promptius circa speculabilia rationes moventes appetitum ad causandam dictam sistentiam **[Cod. P, fol. 235 R^a]** in actu intellectus, quae non sic occurrerent aliter disposito secundum praedicta ad quod [97] non sic facit dispositio appetitus ; et sic sistentia quae causatur ex actu rationis moventis voluntatem ut sistat sive suspendat sic intellectum quantum ad hoc, scilicet quod non assentiat alicui apprehenso, magis habet fieri per intellectum quam per appetitum.

In hoc scilicet quod ipse intellectus primo et ipsa voluntas consequenter habent fieri in actibus quibus fit ista sistentia sive praecipitur suspensio talis assensus per ipsum intellectum, non **[Cod. R, fol. 174 R^b]** quidem secundum rationem actus sive per actum priorem — sic enim esset [98] abire in infinitum — sed secundum rationem obiecti, in quantum scilicet, ut dictum est, ex aliqua [99] dispositione naturali vel acquisita ex consuetudine sic est [100] dispositus quod, cum fit aliqua apprehensio de tali materia, statim occurrunt sibi aliqua ratione praedictorum dispositionum ex quibus insurgit aliqua apprehensio ex qua sic movetur voluntas ut imperet dictam sistentiam, puta : cum aliquis ex bona dispositione naturali vel assuetudine habet quod, cum offertur sibi aliquid, consuevit deliberare diligenter et inquirere plenius antequam assentiat ; cum offertur sibi aliquid speciale, insurgit consimilis apprehensio quod etiam circa illud est sic inquirendum. Qui [101] etiam exercitatus [102] est in aliqua materia speciali sic est dispositus quod, cum occurrit sibi aliquid pertinens ad illam materiam sub ratione alicuius apparentiae, occurrit etiam sibi [103] aliqua apprehensio respectu illius per quam [104] etiam sic movet voluntatem ab extrinseco. Etiam potest contingere quod talis ratio oriatur vel per doctorem vel etiam per aliqua alia quae casualiter occurrere possunt. Talis ergo sistentia dupliciter videtur esse **[Cod. Q, fol. 131 R^b]** per intellectum ; uno modo, scilicet originaliter et secundum rationem obiecti, et hoc propter [105] aliquam dispositionem ratione cuius [106] talia tali ordine occurrunt ; alio modo secundum actum in quantum ex ipso obiecto factus in actu movet voluntatem. Per voluntatem vero non sic fit sistentia intellectus speculativi nisi uno modo. Et secundum **[Cod. P, fol. 235 R^b]** hoc magis est tribuenda huiusmodi sistentia intellectui quam voluntati.

Similiter etiam circa appetitum est intelligendum quod originaliter et in ratione obiecti magis fit sistentia in actibus intellectus practici quantum ad talia intelligibilia per appetitum quam per ipsum intellectum ; nam secundum

Digitized by Google

quod homo secundum appetitum est dispositus secundum naturalem dispositionem et secundum habitus naturales et acquisitos circa agibilia et quae ad ipsa pertinent, secundum hoc diversificantur iudicia apud intellectum et iudicatur ab uno bonum quod [107] ab alio malum iudicatur. Et secundum hoc sistentia huiusmodi magis dicitur fieri per voluntatem quam per intellectum etiam originaliter [108], in quantum intellectus ex dispositione appetitus modo dicto sumit iudicium in actu quo ulterius movet voluntatem ad actum, quo mediante, huiusmodi [109] sistentia imperatur [110]. Hoc enim modo vult dicere Anselmus (5), in libro De Gratia et Libero Arbitrio, quod voluntas movet se ipsam ; unde declarat quomodo hoc sit, quia scilicet per affectiones suas sive naturales sive acquisitas sic est disposita quod, cum occurrit homini cogitare aliquid ad [111] quod secundum huiusmodi dispositiones habet conformitatem, occurrit ei sub ratione convenientiae talis quod statim voluntas vult illud, ponens exemplum quod voluntas sic affectata est ad volendum salutem quando etiam illam non cogitat ut mox, cum [112] venerit in memoria, statim eam velit. Et videtur huic [113] **[Cod.V, fol. 178 R^b]** etiam concordare dictum Philosophi (6) tertio Ethicorum, quod qualis unusquisque est talis finis videtur ei; et ex visione finis ab intellectu movetur voluntas in illum et per hoc etiam ex consequenti in alia.

Ex his autem videtur quod omnia opera nostra [114] quantum ad agibilia procedunt ex actu intellectus et voluntatis simul semper concordantium in unum [115], ut [116] secundum modum et formam actus intellectus sit etiam modus et forma voluntatis ; ut scilicet actus quo voluntas alicui consentit illud volendo insurgat [117] ex **[Cod. P, fol. 235 V^a]** actu intellectus quo iudicatur illud ap- **[Cod. R, fol. 174 V^a]** petendum. Et consimiliter in proposito. Cum scilicet homo per voluntatem impellit se ad exercitium alicuius actus vel suspendit et sistit quantum ad exercitium actus, actus etiam voluntatis quo hoc imperatur [118] est conformis actui rationis [119] hoc iudicantis.

Sed adhuc remanet dubitatio per quod istorum dicitur aliquis actuum praedictorum actus humanus et homini imputabilis ; quia si dicatur quod per hoc dicatur imputabilis, quia in potestate nostra est, quaerendum est per quid est in potestate nostra. Si per voluntatem et ipsa nunquam est principium actus nisi mota a ratione, magis imputabitur rationi. Immo etiam neutri, quia ratio non potest non moveri ab obiecto suo ; et secundum quod movetur, secundum hoc movet voluntatem in actu suo; ergo utrobique necessitas per quam [120] libertas et imputabilitas videntur excludi. Nec potest [121] proprie [122] dici quod homo libere sistat se [123].

Ideo circa modum quo homo dicitur se posse sistere et posse non sistere aliqui sic dicunt quod voluntas a nullo molestatur [124] vel cogitur [125], sed a fine ultimo sive ab eo quod apprehenditur sub omni ratione boni necessitatur et activatur ; ab hiis autem quae sunt ad finem et quae non apprehenduntur sub omni ratione boni potest activari, non autem necessitari neque determinari.

Digitized by Google

Nihil enim **[Cod. Q, fol. 131 V^a]** activat se ipsum per se, alioquin idem esset: actus et potentia secundum idem. Voluntas autem facta in actu aliquo volitionis per bonum apprehensum quod causat ipsam volitionem potest sistere vel non sistere in tali volitione, quia ipsa est domina sui actus et etiam actus aliarum potentiarum. Aliae autem potentiae animae [126] non habent dominium sui actus, sed sistunt in suis operationibus vel desistunt ab eis secundum imperium volitionis. Unde etiam quamvis intellectus quantum [127] ad primum suum actum moveatur quasi naturaliter nec est in potestate nostra quid primo veniat in mentem, tamen sistere in illo vel non sistere est in potestate nostra per voluntatem.

Haec patent sic : quia cum apprehenditur aliquid sub omni ratione boni, voluntas non potest illud non velle ; et quando apprehenditur aliquid sub omni ratione mali, non potest illud velle. Quando autem offertur aliquid sub ratione utriusque, puta : fornicatio sub ratione boni delectabilis et sub ratione mali inhonesti, potest voluntas se determinare ad alterum ut [128] velit considerare de fornicatione solum secundum quod delectabilis vel secundum quod inhonesta. Voluntas ergo mota ab obiecto primo determinat se ipsam et postea determinat intellectum vel aliam quamcumque potentiam.

Sed ista videntur inconvenienter dicta neque per illa satisfit ad inductam difficultatem. Quod enim dicunt quod voluntas activatur ab obiecto sive a bono apprehenso sed [129] ab illo non determinatur, sed determinat se ipsam et sistit se ipsam respectu talis vel talis volitionis, in hoc contradictio implicatur [130], quia hoc quod est voluntatem determinari ad aliquam volitionem et ipsum sistere in illa cum non dicat ipsam potentiam voluntatis nec habitum vel aliquam dispositionem in illa, non dicit nisi quendam actum volitionis. Sed, ut isti dicunt et bene, omnem actum volitionis causat et efficit obiectum ; ergo similiter causat determinationem sive sistentiam volitionis. Et sicut voluntas non potest se ipsam per se activare, similiter etiam non potest se ipsam [131] per se sistere vel determinare. Sicut ergo dicunt quod illud quod apprehenditur sub ratione finis [132] activat voluntatem et ipsam necessitat [133] necessitate absoluta sive immutabili absque coactione vel molestia [134], cum sic autem necessitare nihil aliud est quam [135] simpliciter determinare voluntatem ad talem actum, quod scilicet non potest non velle illud ; similiter etiam [136] est dicendum respectu **[Cod.V, fol. 178 V^a]** eorum quae sunt ad finem quod, eo modo quo activant voluntatem, eo modo etiam determinant ip- **[Cod. R, fol. 174 V^b]** sam ; sed quia non activant ipsam secundum se et absolute sed in ordine ad finem et propter finem ipsum [137] et sic etiam non necessitant ipsam simpliciter et absolute, sed ex suppositione, in quantum scilicet apprehenduntur ut inductiva finis ; ideo etiam sic ipsam voluntatem determinant ; quasi enim pro eodem accipi possunt necessitari et determinari.

Et propter hoc convenienter dicitur ab aliis quod voluntas movetur ab intellectu sive a bono secundum quod apprehenditur sub ratione boni ab-

Digitized by Google

intellectu quantum ad determinationem actus. Unde unum et idem obiectum intellectum [138] et etiam voluntatem movet quantum ad determinationem actus, in quantum illas potentias activat secundum determinatum actum quem causat in illis et cui dat formam et speciem determinatam.

Cum ergo dicitur quod voluntas facta in actu volitionis per bonum apprehensum potest sistere vel non sistere in illa quia est domina sui [139] actus et cetera, si intelligatur quod hoc possit per se ipsam absque alia apprehensione **[Cod. Q, fol. 131 V^b]** intellectus et absque alia volitione sive absque alio actu voluntatis, non est verum. Stante enim eadem apprehensione intellectus stat et eadem volitio in voluntate ; aut voluntas vellet sine obiecto cum obiectum voluntatis sit aliquid apprehensum per intellectum.

Praeterea, ut dictum est, voluntas per se nullum habet dominium super quemcumque actum, ipsum scilicet imperando vel prohibendo, nisi coexistat actus intellectus apprehendens talem actum esse imperandum vel prohibendum. Unde cum aliquid venit alicui in mentem absque deliberatione, nunquam per solam voluntatem sistet intellectus in illud vel desistet ab illo nisi etiam intellectus habeat aliam apprehensionem propter quam est sistendum et desistendum.

Cum ergo dicitur quod, quando fornicatio apprehenditur sub ratione boni et mali, voluntas potest se determinare ad alterum ut velit considerare de fornicatione solum sub ratione boni delectabilis, dicendum quod impossibile est quod hoc faciat nisi mota a ratione corrupta per passionem vel habitum vitiosum, quasi tali syllogismo praecedente ei : quod est conveniens et conforme delectationi venereae per considerationem est insistendum ; tale quid est [140] fornicatio secundum quod delectabilis ; ergo considerationi de illa sub hac ratione est insistendum. Et sic voluntas a ratione mota quantum ad determinationem actus, scilicet quod insistendum est considerationi de fornicatione secundum quod est delectabilis, movet intellectum et alias potentias quantum ad exercitium actus, ut scilicet quod tali considerationi insistatur. Et hoc etiam potest aliquo modo dici determinare intellectum et alias potentias ad talem actum exercendum. Male ergo dicitur quod voluntas mota ab obiecto primo determinat se ipsam, si intelligatur quod hoc faciat voluntas [141] sola [142] vel quod hoc faciat voluntas per se ; quia, ut dictum est, in nullo actu potest esse voluntas sive volendi aliquid simpliciter sive volendi determinare aliquam potentiam vel se ipsam nisi secundum quod est mota ab intellectu et determinata ad talem actum sic volendi.

Cum etiam determinare sit quidam actus, et nihil per se facit se [143] de potentia in actum, voluntas per se non potest determinare se sed per accidens, sic scilicet quod facta in actu volendi finem, et hoc per apprehensionem intellectus, postea per aliam apprehensionem intellectus, qua scilicet apprehenditur quod propter finem volitum inquirendum est de hiis per quae potest talis finis haberi, voluntas facta in actu volendi quod inquiratur de hiis quae

Digitized by Google

sunt ad finem ut illis explicatis ea velit determinare, movet intellectum et alias potentias ad investigationem eorum quae sunt ad finem [144] ; quibus inves- **[Cod. R, fol. 175 R[a]]** tigatis, voluntas non determinat se ad volendum illa, sed magis determinatur ab ipsis. Pro quanto tamen dicto modo movit intellectum et alias potentias ad investigationem talium quibus postea determinatur, sic [145] potest dici se ipsam movere et se ipsam determinare.

Et sic quia, ut dictum est, per ista **[Cod. V, fol. 178 V[b]]** non satisfit dubitationi inductae, ideo aliter est [146] dicendum quod per utrumque istorum, scilicet per intellectum et voluntatem potest homo se sistere et non sistere ; et [147] dicitur aliquis actus humanus et in potestate hominis et cetera, quia per intellectum ut per iudicantem libere, ad differentiam iudicii in brutis, et per voluntatem etiam ut eligentem etiam libere ; et non potest esse aliquis actus humanus nisi utrumque istorum includat. Et hoc convenit nobis per hoc quod sumus rationales habentes potentiam apprehensivam et appetitivam abstractas [148], sic quod per apprehensionem talem possimus apprehendere non solum finem sed rationem finis et ordinem et habitudinem eorum quae sunt ad finem **[Cod. Q, fol. 132 R[a]]** in ipsum finem ; et secundum hoc etiam per voluntatem possimus talia appetere tali modo, scilicet non cum impetu sed ex electione. Unde illud per quod est in potestate nostra talia facere vel non facere complectitur intellectum et voluntatem, prout dicit Anselmus (7) libro De Libero Arbitrio, capitulo quarto, dicens : « quid [149] prohibet nos habere potestatem servandi rectitu- **[Cod. P, fol. 235 V[b]]** dinem voluntatis propter ipsam rectitudinem ; etiam ipsa absente rectitudine, quamdiu ratio in nobis est qua [150] eam etiam [151] valeamus cognoscere et voluntas qua eam tenere possumus » [152]. Unde semper hoc est in potestate hominis in via existentis virtute principiorum naturaliter inditorum et adiutorio Dei [153] communi, quod nulli denegatur, ut per principia [154] intellectus et voluntatis se dirigat in via virtutum si non negligat illis uti ; si autem negligat, ei est merito imputandum.

Unde sancti investigantes quomodo peccat homo et ei peccatum imputatur, non incesserunt illa via qua nunc a multis inceditur, scilicet quod voluntas contra omne iudicium rationis sive rectum sive perversum possit malum eligere et facere. Immo supposuerunt semper esse concordiam [155] inter voluntatem rectam vel perversam et rationem rectam vel erroneam, sicut Philosophus (8) hoc declarat in septimo Ethicorum, et Augustinus (9) tertio De Libero Arbitrio, ubi [156] innuit etiam consimiles distinctiones positas [157] ab Aristotele [158], ubi disputat quomodo nullus potest velle non esse, capitulo decimo tertio, ut patet intuenti. Unde omne opus humanum meritorium vel [159] demeritorium est tribuendum homini sic [160] secundum actum intellectus et voluntatis.

Verum est tamen quod, licet in omni actu humano laudabili vel [161] vituperabili concurrant simul intellectus et voluntas concordantes, meritum tamen principalius attribuitur voluntati, quia in electione voluntatis terminatur et

Digitized by Google

quasi [162] consummatur tota operatio hominis intrinseca ; et usque ad illam est opus humanum quantum ad ea quae ad mentem interiorem pertinent [163]. Et ideo sancti et philosophi, ut dictum est, circa investigationem [164] imputabilitatis alia via processerunt, scilicet illa quod homo potens uti recta ratione et voluntate hoc negligit non de necessitate, sicut unicuique patet in se ipso, sed voluntarie. **[Cod. P, fol. 236 R^{a}]**

Sed si quaeratur unde contingit huiusmodi negligentia, quia non habet causam determinatam, ideo nec reddi potest nisi in generali. Unde Augustinus (10) de hoc dicit tertio De Libero Arbitrio, capitulo vigesimo octavo : « hoc brevissimum tenendum est. Quaecumque illa causa sit voluntatis (cur ei peccatum imputatur), si non ei potest resisti sine peccato ei ceditur : si autem potest, non ei cedatur, et non peccabitur. Aut forte fallit incautum? [165] Ergo caveat ne **[Cod. R, fol. 175 R^{b}]** fallatur. An tanta fallacia est, ut omnino caveri non possit? Si ita est, nullo modo peccabitur. Quis enim peccat in eo quod nulla ratione caveri potest? Peccatur autem ; ergo caveri potest ». Et supplendum est : quod si non cavetur ergo negligitur. Et ita capitulo trigesimo (11): « non tibi imputatur [166] in culpa quod ignoras, sed quod negligis quaerere quod ignoras. Nulli homini ablatum est scire utiliter quod inutiliter ignoratur ». Et infra [167] trigesimo primo (12) : « non parum est naturam humanam accipere naturale iudicium quo sapientiam proponat errori. Deus enim omni animae [168] et quaerendum esse concedit quod inutiliter nescitur et perseveranter in officiosis [169] laboribus *enitendum* [170] ad evincendum [171] recte operandi difficultatem ; qui vel exterioris lege vel intimi cordis allocutione conandum esse praecepit et praeparat civitatis beatis **[Cod. V, fol. 179 R^{a}]** simae gloriam triumphantibus. Quisquis autem hoc istius vitae carnis amore neglexerit iuste condemnabitur ». Hac via etiam videtur incedere Philosophus (13) tertio Ethicorum.

Ex dictis potest responderi ad argumenta.

[1] operationem PR *et l*^{a} *m. VQ*. — [2] in illa] *om*. Q. — [3] vel aliquando — permaneat] *om*. P. — [4] et Q. — [5] *om*. RQ. — [6] et aliquando — eligendo] *om*. P. — [7] vel inclinari] *om*. P. — [8] huius V. — [9] si licet VRQ. — [10] et ex defectu — pedalis] *om*. P. — [11] ex *add*. Q; *postea del*. — [12] vel inclinari] *om*. P. — [13] voluntatem *add*. Q; *postea del*. — [14] *om*. R. — [15] homo se sistere] sistere homo se P. — [16] vel ut] prout Q. — [17] vel ut — permaneat] *om*. P. — [18] apprehensio PRQ *et l*^{a} *m. V*. — [19] sic quod] quia P. — [20] sed permanet — virtuti] *om*. P. — [21] si *add*. P. — [22] quos P. — [23] voluntas V. — [24] hoc RQ; huic *in marg. scrips*. R. — [25] debet P. — [26] ut P. — [27] ipso *add*. R. — [28] *om*. Q. — [29] nullo P. — [30] non P. — [31] vero P. — [32] sit P. — [33] sit P. — [34] volenti — et boni] sibi sub convenienti bonitati P. — [35] causa R. — [36] loquendum P. — [37] cum sistere] consistere R. — [38] voluntatis P. — [39] aliquo P. — [40] vel P. — [41] scilicet oppositum] *om*. PR. — [42] et per intellectum secundum actum voluntatis *add*. P. — [43] qualibet P. — [44] sicut P. — [45] affirmative P; affirmatio V. — [46] intelligendi P. — [47] *om*. P. — [48] actui P. — [49] etiam P. — [50] *om*. P. — [51] quare Q. — [52] obiecto suo] suo obiecto Q. — [53] eam PQ. — [54] quo R. — [55] fit ab utroque] ab utroque

Digitized by Google

sit P. — [56] elicere est] elicitive et PQ. — [57] per intellectum PR. — [58] *om.* R. — [59] aliquid P. — [60] aliud aliquid] aliquid aliud P. — [61] in plurima Q. — [62] sic — libertate] *om.* P. — [63] modum Q. — [64] naturali licet cum apprehensione *add.* P. — [65] et *add.* P. — [66] huius P. — [67] alias — ideo] *om.* VRQ. — [68] cum Q. — [69] *om.* P. — [70] *om.* R. — [71] et P. — [72] ideo sic sistere *add.* R. — [73] sensum P. — [74] facit P. — [75] *om.* P. — [76] assensum P. — [77] sed — iudicat] *om.* P. — [78] *om.* Q. — [79] ablato Q. — [80] sine iudicio sed] *om.* P. — [81] et *add.* P. — [82] quia Q. — [83] si P. — [84] secundo R. — [85] est — immo] *om.* P. — [86] unius Q; umis R. — [87] ibi PRQ. — [88] movetur R. — [89] sistem *cum* a *supra litteram* m Q. — [90] sistem *cum* a *supra litteram* m Q. — [91] causaretur P. — [92] *om.* R; quam *intra lineas scrips.* R. — [93] enim P. — [94] et ex dispositione eius secundum appetitum *add.* P. — [95] diversa et diversimode] *om.* RQ; *in marg. scrips.* RQ. — [96] dispositivus Q. — [97] ut dictum est *add.* P. — [98] esse P. — [99] huiusmodi sua P. — [100] *om.* Q. — [101] quoniam P. — [102] excitatus R. — [103] qui R. — [104] quem V. — [105] ratione P; per Q. — [106] quarum P. — [107] et P. — [108] originabiliter V. — [109] huius PR. — [110] importatur P. — [111] aliquid ad] ad aliud P. — [112] ut R. — [113] hoc PRQ. — [114] *om.* Q. — [115] et convenientium *add.* P. — [116] vel R. — [117] exsurgat V. — [118] importatur PR. — [119] voluntatis P. — [120] quod VR. — [121] *om.* Q. — [122] poterit R. — [123] et *add.* R. — [124] molentatur Q. — [125] cogitatur Q. — [126] sunt *add.* Q; *postea del.* — [127] quam V; qua P. — [128] nec Q. — [129] si VPR. — [130] volitatur Q. — [131] activare — seipsam] *om.* R. — [132] sive immutabili *add.* Q; *postea del.* — [133] *om.* VPR. — [134] violencia Q. — [135] *om.* Q. — [136] in Q. — [137] finem ipsum] ipsum finem RQ. — [138] *om.* R; intellectui Q. — [139] ipsius *add.* R. — [140] secundum quod delectabilis ergo *add.* Q; *postea del.* — [141] facta *add.* Q, *postea del.* — [142] solum R. — [143] *om.* Q. — [144] ut illis — ad finem] *om.* R. — [145] determinatur sic] sic determinatur RQ. — [146] nec potest proprie dici quod — ideo aliter est] *om.* P; *sed in fine Quodlibeti* XIV *scrips.* P. — [147] potest homo — non sistere et] *om.* P. — [148] abstractas] ab abstractis VPR; ab *del.* V *et* abstractas *corr.* V. — [149] quis V. — [150] quia R; qua *corr.* R. — [151] *om.* P. — [152] possimus P. — [153] in *add.* P. — [154] principium PQ. — [155] concordantiam PQ. — [156] *om.* P. — [157] positis VRQ. — [158] positas — Aristotele] *om.* P. — [159] est R. — [160] sicut V. — [161] et P. — [162] quod P. — [163] loquendo autem de his quae subsunt facultati nostrae et potestati *add.* P. — [164] huiusmodi *add.* P. — [165] incautum] in tantum PRQ. — [166] imputabitur P. — [167] *om.* PQ. — [168] animo Q. — [169] offonsis R. — [170] evitendum VPRQ. — [171] evitandum P; evicendum R; vincendum *corr.* Q.

(1) IOHANNES DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. 27 (*195*). (PG., t. 92, col. 962). — (2) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Veritate*, c. XII [al. XIII]. (PL., t. 158, col. 481). Litteraliter. — (3) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (4) Alluditur ad SANCTUM ANSELMUM CANTUARIENSEM, *De Veritate* (ibid., loc. cit.). — (5) Cfr. SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Praescientia Dei cum Libero Arbitrio*, c. XI [al. XX], *133*. (PL., t. 158, col. 557). — (6) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 [alias V] (II, p. 1114). — (7) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Libero Arbitrio*, c. V (PL., t. 158, col. 495). Litteraliter. — (8) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (II, pp. 1109-1110). — (9) Respic. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Libero Arbitrio*, l. III, c. 8 (PL., t. 32, col. 1281-1282). — (10) ID., *ibid.*, l. III, c. XVIII, 50 (PL., t. 32, col. 1295). — (11) ID., *ibid.*, op. cit., c. XIX, 53 (col. 1297). Fere litteraliter, mutatis tantum vel omissis paucis verbis. — (12) ID., *ibid.*, c. XX, 57 (col. 1299). Fere de verbo ad verbum. — (13) Alluditur ad ARISTOTELEM, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (II, pp. 1109-1110).

Digitized by Google

QUAESTIO XIV

Utrum magis proprie conveniat voluntati movere se quam intellectui.

[**Cod. Q, fol. 132 R**[b]] Post hoc [1] secundo quaerebatur utrum magis proprie conveniat voluntati movere se quam intellectui. Et arguitur [2] quod aeque proprie conveniat utrique : quia sicut se habent principia in speculabilibus ad conclusiones [3] et intellectus principiorum ad scientiam conclusionum [4], se habet finis in agibilibus ad ea quae sunt ad finem, (septimo Ethicorum) (1), et voluntas finis ad electionem eorum quae sunt ad finem. Ergo cum ex hoc dicatur intellectus [**Cod. P, fol. 236 R**[b]] se movere quod factus in actu secundum cognitionem principiorum facit se in actu secundum cognitionem conclusionum, voluntas etiam dicitur se movere ex hoc quod volendo finem facit se in actu secundum electionem eius quod ad finem. Ergo movere se aequaliter convenit utrique.

Contra. Illud [5] quod ad dignitatem pertinet si conveniat excellentiori et minus excellenti, perfectius et magis proprie convenit excellentiori quam [6] minus excellenti. Movere autem se ipsum, cum sit agere, ad dignitatem pertinet. Voluntas autem est potentia eminentior quam intellectus. Ergo, esto quod utrique conveniat, perfectius et magis proprie convenit voluntati quam intellectui. Quod autem voluntas sit eminentior potentia quam intellectus, arguitur, ut supra, per hoc quod inter differentias quae sunt inter peripateticos et theologos, est una haec quod secundum peripateticos intellectus est eminentior potentia quam voluntas ; secundum theologos autem est e contra [7]; et dictum theologorum est verum et non philosophorum ubi eis contradicunt [8].

Responsio. Dicendum quod nec voluntas nec intellectus proprie movent se sive educunt se de potentia ad actum aliquem, sed per se moventur ab obiecto. Obiectum enim respectu potentiae cuiuscumque animalis non habet rationem moti vel passi ; nec est sicut materia vel subiectum operationis ipsius potentiae ut potentia actum suum in illud vel circa illud exerceat ; sed se habet in ratione moventis et agentis secundum cuius formam et actum habet etiam speciem et formam [9] ipse actus potentiae ; quod non posset esse nisi haberet rationem moventis et agentis ut causa per se et propter [10] quam, non ut causa per accidens et sine qua non.

Unde cum obiectum voluntatis et intellectus ita vere et proprie habea[n]t rationem obiecti respectu harum potentiarum, sicut obiecta aliarum potentiarum, non debet poni diversitas circa hoc [11] nisi secundum quod [12] nobiliores sunt potentiae. Secundum hoc etiam respondent eis nobiliora obiecta et nobiliores actus. Et ideo cum quilibet actus [**Cod. P, fol. 236 V**[a]] intellectus [13] et

Digitized by Google

voluntatis specialis et determinatus habeat specialem et determinatum obiectum, quot [14] sunt actus speciales [15] tot sunt obiecta specialia, licet omnia conveniant in una ratione [16] communi ; et ideo **[Cod. R, fol. 175 V^a]** qui ponunt (2) voluntatem movere se ipsam respectu unius obiecti habent hoc etiam ponere respectu alterius ; qui vero ponunt quod movetur ab uno quasi [17] a fine et non ab aliis, videntur ponere irrationabilia et contradictoria, nisi diligenter exponantur. Ubi enim [18] invenitur eadem ratio movendi, ponendum est quod si unum movet quod et aliud [19].

Manifestum est autem quod voluntas deliberativa nunquam vult aliquid nisi secundum modum et formam apprehensionis et iudicii rationis, quia illud quod vult voluntas sub ratione finis vult [20] ut bonum apprehensum et iudicatum sub ratione boni simpliciter [21]. Sed in his [22] quae sunt ad finem et quae proprie eliguntur et sunt in potestate nostra, non vult aliquid nisi sub ratione finis; quia illud non vult nisi ut conclusum [23] per syllogismum practicum cuius principium sumitur ex fine et ut ex ipso fine est deductum [24]. **[Cod. Q, fol. 132 V^a]**

Et hoc patet manifeste, **[Cod. V, fol. 179 R^b]** quia nunquam vult aliquis aliquod particulare bonum ex deliberatione agens nisi in ratione ultimi finis quam secundum communem rationem quilibet de necessitate vult [25] nec potest illud [26] non velle. Hoc autem dicitur beatitudo secundum quod per eam intelligimus bene vel optime esse. Unde nullus vult aliquid nisi in hoc velit sibi bene esse ; et ex [27] hoc sumit processum in practico syllogismo. Sed ipsam rationem ultimi finis quidam male, quidam bene applicant [28]; prout quidam ponunt illum in bono honesto, alii in bono delectabili ; et cetera. Et ex hoc [29] contingit quod aliqui bene ratiocinantur et agunt bene et quidam male.

Unde si quaeratur ab intemperato quare vult fornicari, dicet quia in hoc vult sibi bene esse et aestimat in hoc sibi bene esse maxime secundum delectabilia carnis, quae maxime et ut bona maxima appetit, et ideo ex hoc eligit fornicari. E contrario temperatus et quaerens et volens **[Cod. P, fol. 236 V^b]** sibi bene esse, quia [30] hoc reputat in bono honesto et secundum rationem, ideo refugit fornicari et elegit [31] non fornicari ex fine suo, sicut intemperatus [32] illud [33] eligit [34] etiam ex suo. Et hoc patet secundum quod tractat Augustinus (3) tertio De Libero Arbitrio, quod etiam sic agunt qui perimunt et interficiunt se ipsos, quia hoc faciunt quia volunt sibi bene esse et fugiunt male esse [35]. Quia enim malum est eis esse in tormentis et apprehendunt quietem ab illis tormentis ut quoddam bonum ipsis, et hanc quietem aestimant se [36] posse consequi desinendo esse, ideo sic agunt et ex practico syllogismo concludunt esse sic agendum. Sic enim videntur ratiocinando procedere : unusquisque debet fugere male esse et quaerere bene esse et facere illud per quod hoc sibi contingere potest ; sed esse in tormentis est male esse ; quiescere vero ab illis est bene esse ; hoc autem per mortem contingit ; ergo existens in tormentis ut quietem assequatur se ipsum perimere debet [37].

Digitized by Google

Et ex hoc patet quod semper voluntas movetur a bono apprehenso sub ratione boni etiam in illis qui dicunt quod moventur contra omne [38] iudicium rationis. Qui enim [39] dicit : scio quod interficere talem inimicum est mihi malum, quia ex hoc interficiar ; et cetera ; cum in hoc talis attendat [40] aliquod bonum ut nunc propter quod illud vult [41], scilicet vindictam [42] vel aliquid huiusmodi [43], dicetur quod ab illo bono movetur. Sed de hoc quod aliqui dicunt quod voluntas movet se tali modo respectu eorum de quibus est consilium, prout homo factus in actu volitionis [44] alicuius finis negociatur consiliando ut inveniat quod est ad illum finem, et illo invento [45], vult illud ; sed respectu finis de quo non est consilium non sic potest se movere, scilicet consiliando, alioquin esset processus in infinitum. Unde cum voluntas incipit [46] aliquid velle quod non prius volebat, ad hoc se non potest movere quia non movet se nisi praedicto modo, scilicet cum volens aliquid ut [47] finem ulterius negociatur per consilium procedendo ; et ideo ponitur quod in primum voluntatis actum voluntas movetur ex instinctu exterioris moventis sive ab ipso Deo et non a se ipsa, sed respectu aliorum movet se [48]; istud non videtur bene dictum secundum se nisi sane exponatur [49], nec valet ad propositum. Nam huiusmodi [50] motio, **[Cod. R, fol. 175 V^b]** esto quod ponatur, non potest poni sic quod illud movens extra, scilicet Deus vel aliud [51], moveat voluntatem in ratione obiecti secundum determinationem actus, ut per se manifestum est. Nos autem quaerimus utrum finis qui est obiectum voluntatis moveat ipsam voluntatem ; et cum, ut dictum est, omnia alia moveant volun **[Cod. P, fol. 237 R^a]** tatem in ratione obiecti et hoc in virtute finis, multo magis hoc est ipsi fini attribuendum, scilicet quod per se et primo movet voluntatem.

Praeterea constat quod voluntas non potest intelligi moveri a principio exteriori sine finis apprehensione etiam naturaliter praecedente. Nunc [52] autem ad voluntatis motionem a fine non requiritur nisi finis apprehensio, quia praesentibus activo et passivo consurgit actio ; apprehendi [53] autem finem ab intellectu est ipsum esse praesentem voluntati. Ergo illud **[Cod. V, fol. 179 V^a]** quod est causa apprehensionis finis in hoc est causa motionis **[Cod. Q, fol. 132 V^b]** voluntatis. Cum ergo incipit [54] aliquis velle et [55] prius non volebat, hoc est quia cogitat de aliquo de quo prius non cogitabat. Hoc autem per se non habet causam determinatam, quia variae et plurimae possunt huiusmodi [56] esse causae ; unde non est in potestate nostra quid nobis veniat primo in mentem [57].

Non videtur ergo hoc dictum intelligendum respectu voluntatis nisi [58] sicut respectu aliorum quantum ad huius [59] motionem a principio extrinseco [60] voluntatis. Nam certum est quod Deus qui est causa omnium entium non solum [61] factionis sed omnimode entitatis ipsorum et omnia in esse conservat et ad suas operationes et perfectiones aliquo modo applicat. Et sic videtur dicendum quod, loquendo proprie de modo quo potentia aliqua animae educitur de potentia in actum, hoc per se convenit obiecto in ratione moventis et

Digitized by Google

agentis, et potentiae in ratione moti et passi. Quantum ad hoc ergo intellectus per se et [62] proprie non reducit se in actum, sed hoc fit per obiectum movens. Et similiter hoc invenitur in voluntate respectu obiecti sui. Non videtur ergo quantum ad hoc unum magis proprie movere se quam aliud.

Sed quantum ad aliud potest voluntas magis proprie dici se movere quam intellectus sive homo se movere per voluntatem magis quam per intellectum. Quoniam obiectum voluntatis primum est finis ultimus per se et propter se desideratus [63] et quia ex desiderio huius finis sumitur ratio omnium agibilium per intellectum practicum, ideo voluntas est principium motionis universaliter in omnibus agibilibus et dominium habet in eis. **[Cod. P, fol. 237 R^b]**

Et ex hoc etiam contingit quod voluntas magis proprie dicitur se movere quam intellectus ; nam cum voluntas sit primum movens respectu omnium potentiarum quae sunt in homine subditae suo dominio et omnes immediate habeat movere ad exercitium actuum per modum efficientis et quasi impellentis ; non sic autem intellectus immediate, quia non nisi facta voluntate [64] prius in actu alicuius volitionis per obiectum a ratione apprehensum, pro quanto movet voluntatem quantum ad determinationem actus ; nec ipsa voluntas proprie ab alio movetur quantum ad exercitium actus, quia licet moveatur ab intellectu sive a bono apprehenso per intellectum, hoc est ipsam [65] moveri secundum determinationem actus. Et verum est quod in hoc est ipsa in exercitio sui actus, quia hoc unum et idem est in ipsa voluntate et in quacumque potentia alia animali [66], scilicet moveri [67] ipsam ab obiecto quantum ad determinationem actus et esse ipsam in exercitio actus.

Sed quia praeter tale movens in ratione obiecti est aliud movens per modum impellentis respectu aliarum potentiarum et non respectu ipsius vo- **[Cod. R, fol. 176 R^a]** luntatis, ideo propter carentiam huiusmodi moventis proprie ad exercitium actus dicitur quod voluntas movet se quantum ad exercitium actus [68]. Quamvis autem voluntas non sit sic movens omnia alia nisi etiam prius mota a fine et ratione modo praedicto, quia tamen et [69] hoc [70] sibi inest ex se, id est ab eius aliqua dispositione vel aptitudine, ratione cuius tale obiectum ab intellectu apprehenditur sub ratione boni et finis, et sic ulterius movet ipsam voluntatem quae etiam mota movet alia ; ideo etiam voluntas dicitur se ipsam movere et esse causa sui motus in tali actu et esse ille actus ab ipsa voluntate, non tamen nisi mediante actu intellectus qui tamen accipit obiectum sub ratione qua habet movere voluntatem ex ipsa voluntate sive ex dispositione ipsius **[Cod. P, fol. 237 V^a]** voluntatis.

Et haec est intentio Anselmi et etiam [71] Philosophi, scilicet quod voluntas non solum respectu eorum quae sunt ad finem, sed [72] etiam respectu finis movet se ipsam quando dicit Anselmus (4) quod voluntas movet se suis affectionibus et Aristoteles (5) **[Cod. V, fol. 179 V^b]** quod qualis unusquisque est talis finis videtur ei [73]; licet communiter [74] ponatur quod voluntas non movet se respectu finis sed respectu [75] eorum quae sunt ad finem. Oportet enim-

Digitized by Google

[quod] cum ea quae sunt ad finem non moveant nisi virtute finis et sub ratione finis, quod unum et idem sit primum et principale movens voluntatem ad finem et ad ea quae sunt *ad* ipsum. Unde concludit Anselmus (6) quod quia voluntas movet [76] omnia alia instrumenta quibus utitur, ipsa vero se suis affectionibus **[Cod. Q, fol. 133 R^a]** movet, ideo dici potest instrumentum se ipsum movens. Et subdit (7) quod nihilominus ille verius dicitur facere omne quod facit natura aut [77] voluntas qui facit naturam et instrumentum volendi cum affectionibus suis sine quibus idem instrumentum nihil facit. Et si hoc [78] intelligunt dicentes quod in primo actu volendi Deus movet voluntatem, bene dicunt.

Per praedicta ad rationes responsio [79] patet, nisi quantum ad hoc quod hoc quod [80] voluntas sic dicitur se magis movere quam intellectus, non convenit ei quia sit nobilior et eminentior potentia quam intellectus ; sed hoc convenit ei ex alio, ut dictum est. Quia enim agibilia humana respectu quorum est voluntas sunt non [81] quaecumque entia secundum se, sed secundum [82] quod sunt hominis bona vel mala, speculabilia vero respectu quorum est per se intellectus praecipue speculativus [83] sunt ipsa entia secundum se, ex alia vero et alia dispositione hominis secundum appetitum contingit quod aliquid apparet sibi bonum vel malum aliter et aliter ; non sic autem contingit de speculabilibus quorum entitas secundum se est obiectum intellectus. Ideo voluntas sive homo per voluntatem magis est sibi causa apparentiae respectu eorum quae ad voluntatem pertinent quam respectu eorum quae ad intellectum absolute ; et quia voluntas movetur secundum ea quae apparent, ideo ex consequenti voluntas vel homo per volun **[Cod. P, fol. 237 V^b]** tatem [84] magis est causa sibi talis motionis. Cum vero [85] dicitur quod immo [86] voluntas est eminentior quam intellectus, quia hoc ponunt catholici, dicendum quod non omnes nec maiores catholici hoc ponunt ; immo sapientiores contrarium posuerunt.

[1] vero *add.* P. — [2] arguatur VRQ. — [3] cognitiones P. — [4] cognitam P. — [5] id P. — [6] quin P. — [7] converso V. — [8] dicunt RQ. — [9] et *add.* V. — [10] se *add.* Q; *postea del.* — [11] talis quod aliae potentiae apprehensivae et appetitivae moventur a suis obiectis et per illa reducuntur de potentia in actum; sed intellectus et voluntas movent se ipsos. Sed in hoc sclum est ponenda differentia inter istas potentias quod quia istae, *add.* V. — [12] nisi — quod] *om.* V. — [13] humanus *add.* R. — [14] quod Q. — [15] actus speciales] speciales actus P. — [16] rationi V. — [17] scilicet V. — [18] *om.* PQ; unde R. — [19] et *add.* PRQ. — [20] *om.* Q. — [21] *om.* PRQ. — [22] in his] mortalis habens P. — [23] *om.* PRQ. — [24] reductum P. — [25] non *add.* Q. — [26] id P. — [27] e Q. — [28] quidam bene applicant] applicant bene quidam PRQ. — [29] *om.* Q. — [30] *om.* PRQ. — [31] fornicari et elegit] *om.* PRQ. — [32] temperatus P. — [33] id P; quod *add.* V. — [34] est *add.* P. — [35] et fugiunt — esse] *om.* PRQ. — [36] aestimant se] estima ut R. — [37] ideo sic agunt — perimere debet] *om.* PRQ; *in margine scrips. alia m.* R. — [38] *om.* RQ; *in marg. scrips.* R. — [39] qui enim] q'e unum Q. — [40] attendit PRQ. — [41] ut — vult] *om.* PRQ. — [42] vindictae PRQ. — [43] aliquid huiusmodi] huius et PRQ. — [44] volutionis R. — [45] invenito P. — [46] incepit PRQ. — [47] ad Q; ut *corr.* Q. — [48] respectu — movet se] *om.* PQR; *in marg. scrips.* R. —

Digitized by Google

[49] nisi — exponatur] *om.* PRQ. — [50] huius P. — [51] alius P. — [52] nec P. — [53] apprehendendi R. — [54] incepit Q. — [55] ut V. — [56] huius Q. — [57] unde non — mentem] *om.* PRQ. — [58] non PRQ. — [59] huiusmodi PR. — [60] a principio extrinseco] extrinsecum PRQ. — [61] *om.* PRQ. — [62] *om.* V. — [63] desideratas Q; desideratus *corr.* Q. — [64] quia *add.* P. — [65] ipsum VRQ. — [66] *om.* P. — [67] moveri *add.* R. — [68] dicitur quod voluntas movet se quantum ad exercitium actus *add.* P. — [69] ex V. — [70] etiam *add.* V. — [71] *om.* P. — [72] sicut R; *del.*; sed *in marg. scrips.* R. — [73] quando — videtur ei] *om.* PRQ. — [74] convenienter PRQ. — [75] sed respectu] *om.* Q. — [76] *om.* PRQ. — [77] ut RQ; aut *corr.* Q. — [78] hic P. — [79] *om.* PRQ. — [80] *om.* V. — [81] enim PR. — [82] secundum *add.* Q; *postea del.* — [83] praecipue speculativus] *om.* PRQ. — [84] per voluntatem] voluntate Q. — [85] ergo R. — [86] *om.* V.

(1) Resp. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 (II, p. 1114). — (2) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodlibetum* IX (t. II, fol. CCCLX). — (3) Resp. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Libero Arbitrio*, l. III, c. 8 (PL., t. 38, col. 1281, 1282). Sententialiter. — (4) Resp. S. ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Concordia Praescientiae Dei cum libero arbitrio*, c. XI [al. XX], *133* (PL., t. 158, col. 557). — (5) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 (II, p. 1114). — (6) S. ANSELMUS CANTUARIENSIS, *op. cit.* (loc. cit.). — (7) ID., *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO XV

Utrum si homo esset creatus in puris naturalibus in tali homine esset repugnantia sensualitatis ad rationem.

Deinde circa [1] comparationem virium inferiorum ad superiores, scilicet appetitus sensitivi ad rationem, quaerebatur unum, scilicet : si homo esset creatus in puris naturalibus, id est sine omni dono supernaturali et etiam sine vitio morali, (posset enim Deus si vellet suae creaturae non dare aliquod bonum supernaturale licet non posset creari a summo bono creatura cum aliquo culpabili et morali [2] vitio), quaerebatur ergo utrum in tali homine **[Cod. R, fol. 176 R[b]]** esset repugnantia sensualitatis ad rationem vitiosa. Et arguitur quod non. Quia illud quod est naturale sive conveniens alicui secundum suam naturam non est vitiosum sive culpabile ; sed quicquid esset in tali homine esset ei conveniens secundum suam naturam [3], quia in eo nihil esset quod ad rectitudinem naturalium [4] non pertinet. Ergo. Et cetera.

Contra. Secundum Apostolum (1) Romanorum quinto : per unum hominem intravit peccatum in mundum et per peccatum mors [5]. Sed mors non potest excludi sine dono supernaturali. Ergo etiam repugnantia vitiosa non potest excludi sine [bono] dono supernaturali. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod videtur aliquibus quod iustitia originalis duo includebat [6] : aliquod donum gratuitum gratis datum naturali rectitudini addi-

Digitized by Google

tum ad roborandum vel perficiendum illam ; et etiam quandam rectitudinem naturalem homini secundum sua naturalia sine omni [7] dono convenientem. Nisi enim haec [8] plura essent, scilicet naturalia ipsa [9] et quaedam rectitudo naturalis ipsorum et ipsa iustitia originalis quae est donum additum et sic ab invicem realiter differrent ; tunc sola carentia originalis iustitiae, quae donum divinum est, nullam curvitatem magis importaret in his qui ab Adam descendunt quam in his qui sine dono gratuito in puris naturalibus crearentur [10]; **[Cod. V, fol. 180 R[a]]** quod videtur inconveniens.

Item homo non [11] est dignus poena **[Cod. P, fol. 238 R[a]]** nisi propter culpam ; sed si [12] sine gratia in puris naturalibus existens absque peccato, esset rebellio virium inter se, eadem ratione esset rebellio in qualitatibus sensibilibus, et actio et passio mutua in qualitatibus quae ad compositionem corporis mixti hominis concurrunt ; et haec [13] poenalitates et tandem mortem [14] inducerent ; et sic sustineret homo poenam et corruptionem mortis sine peccato ; et sic po **[Cod. Q, fol. 133 R[b]]** neretur poena sine culpa praecedente.

Item post mortem non plus puniretur decedens cum peccato originali quam decedens sine omni peccato, quod videtur inconveniens.

Et secundum hoc, supposito quod praeter ipsam nudam [15] essentiam [16] naturalium et praeter iustitiam omnem [17], quae dicit quoddam donum gratuitum, esset quaedam rectitudo naturalis ipsorum naturalium potens conservari sine dicto dono, esset [18] dicendum quod concupiscentia, quae nata est esse in homine existente in naturalibus puris sine dono Dei gratuito, non posset esse vitiosa sive inordinata. Sed non video quod iustitia originalis quae includebat quod totaliter vires inferiores continentur a superioribus in sua rectitudine et quod [19] anima corpus sustineret [20] includendo adaequationem inter qualitates activas et passivas ita quod non contingeret [21] ex actione et ex passione earum corruptio vel mors ; et etiam tanta esset concordia inter vires animae inferiores ad superiores quod nulla accidere posset rebellio, et sic de aliis, possit poni sine aliquo dono gratis dato homini inhaerente et animam informante, sicut [22] communiter ponitur, vel sine aliquo [23] divino adiutorio speciali, quo videlicet praedicta sic Deus [24] conservaret et regeret sua omnipotenti virtute quod haec absque [25] huiusmodi [26] repugnantia et rebellione permanerent, sicut conservavit ignem in camino absque actione qua laederentur pueri ; quamvis non sit simile quantum ad hoc quod in homine ali **[Cod. P, fol. 238 R[b]]** quo modo hoc requirit ordo principiorum naturalium quantum est ex parte animae incorruptibilis corpus sine corruptione perficere [27] appetentis, scilicet : quod sic absque repugnan **[Cod. R, fol. 176 V[a]]** tia et rebellione conservetur homo aliquo [28] adiutorio divino ; et sic peccatum originale importaret carentiam iustitiae originalis, id est illius divini adiutorii.

Sic autem forte posset poni originalis iustitia satis congrue absque aliquo dono [29] informante naturalibus superaddito, ut secundum [30] hoc dicatur quod conveniens est bonitati divinae quod, quia anima est perpetua, id est non cor-

Digitized by Google

ruptibilis, ideo decernit eam non uniri nisi corpori in quo eam secundum praedictum modum inseparabiliter conservaret ; si tamen homo peccato suo non demeretur hoc, ut sibi in suis naturalibus sine hoc Dei adiutorio quod ei impendere disponebat, relinqueretur.

Et sic posset dici quod rectitudo, quae iustitia originalis [31] dicebatur, diceretur rectitudo hominis secundum sua principia naturalia, supposita assistentia huiusmodi [32] divini adiutorii. Et sic quantum ad hanc congruentem sapientiae divinae dispositionem non crearetur aliquis in puris [33] naturalibus in quo esset talis rebellio, appellando pura naturalia ipsa naturalia cum exclusione donorum [34] infusorum animam formaliter perficientium.

Et secundum hoc posset dici quod si Deus crearet [35] hominem in puris naturalibus et sine omni dono infuso, in eo tamen non esset huiusmodi [36] repugnantia, quia pura naturalia, in quantum immediate a Deo producuntur in homine, hoc includunt ratione habitudinis ad suam causam sic suum [37] effectum constituere intendentem. Et sicut [38] contra divinae sapientiae ordinem et bonitatem videretur quod ab entibus aliis quae [39] produxit et quae nihil demerentur, influxum suae conservationis in sua entitate simpliciter subtraheret, licet enim [40] posset aliquid redigere **[Cod. P, fol. 238 V^a]** in nihil, supponitur tamen quod hoc [41] non faciat, quia nec eum facere deceret [42]; ita etiam potest dici absque distinctione quod si homo in puris naturalibus **[Cod. V, fol. 180 R^b]** crearetur, [quod] huiusmodi [43] re **[Cod. Q, fol. 133 V^a]** bellio vel repugnantia non esset.

Sed quia quaestio videtur plus quaerere vel potest ad plus extendi sic quod substracto ab homine Dei adiutorio extrinseco, sine quo scilicet in esse naturae secundum sua naturalia principia potest manere, ut sic et donum infusum et divinae conservationis beneficium praedictum amoveatur, quaeratur : utrum ; et cetera.

Et secundum hoc videtur dicendum quod homine creato in tali [44] statu, sicut statim [45] in eo necessario esset repugnantia qualitatum activarum et passivarum quasi habitualis nata procedere in actum [46], ita etiam et repugnantia virium quasi habitualis nata procedere in actum postea, ita quod per [47] peccatum originale non debet poni aliquid positivum in viribus animae nec aliquid [48] pure negativum nec aliquid aliud privativum quam ipsa carentia doni superadditi debiti in esse quod dicitur iustitia originalis. Unde Anselmus (2), De Peccato Originali, capitulo tertio : « iniustitia nihil aliud est quam carentia debitae iustitiae ».

Et hoc videtur ratione, quia si iustitia originalis dicat aliquam rectitudinem naturalium, et huiusmodi rectitudo non [49] sit aliquid [50] additum realiter differens — idem autem non potest a se ipso separari — iustitia originalis non potuisset amitti. Prout etiam quia in daemone non dicitur fuisse aliqua iustitia originalis ut intelligitur donum supernaturale gratis datum, non ponitur peccatum eius consistere in amissione et carentia voluntaria talis boni.

Digitized by Google

Sed utrum illa concupiscentia esset vitiosa vel non, dicendum quod concupiscentia illa, ut sonat in rationem habitus, non esset vitiosa sed naturalis, quia *hanc* [51] important naturalia talium virium secundum se. Actualis etiam concupiscentia quae omnem usum rationis praeveniret [52], nisi aliquid **[Cod. R, fol. 176 V^b]** adesset de complacen **[Cod. P, fol. 238 V^b]** tia et consensu voluntatis, non esset vitiosa moraliter, sed includeretur sub defectu naturae secundum se convenienti ; aliter autem esset peccatum et defectus moralis. Sed utrum posset homo talis primo peccato peccare venialiter dubium est, sicut nunc de habente solum originale et carente gratia. Sed nunc ipsa concupiscentia habitualis est peccatum ratione carentiae iustitiae originalis debitae in esse et materiale in originali peccato. Nec oportet contrarium ponere propter hoc quod, si talis in quo nulla esset culpa [53] moreretur, non plus videretur puniri quam decedens [54] cum solo originali, quia pro peccato originali punitur aliquis poena damni non sensus ; et non meretur [55] alia poena puniri ; sicut si rex daret aliquam rem uni duorum fratrum sub hac [56] condicione quod si illam rem conservaret et ea bene uteretur, daret sibi consequenter unam bonam villam, alii fratri nihil daret nec promitteret ; ille autem dictam rem amitteret et abuteretur ea et sic privaretur illa villa, cum etiam alius eadem careret. Patet tamen quod unus diceretur puniri propter carere re quodam modo sua, quia sibi promissione condicionali [57] debita ; non sic alius.

Non oportet etiam quod peccatum originale includat aliquam incurvationem moralem nisi in potentia et in habitu. Talis [58] autem non repugnat naturae secundum se, ut dictum est.

Per praedicta patet responsio ad alias rationes. Quia licet in homine sic instituto non esset a natura sua nisi quod convenit suae rectitudini naturali et ex sua tali institutione non haberet aliquid vitiosum in actu, non repugnaret tamen sibi habilitas ad rebellionem actualem vitiosam. Similiter etiam [59] actiones et passiones naturalium qualitatum, fames et sitis et infirmitas et mors et huiusmodi [60], quae nunc habent **[Cod. Q, fol. 133 V^b]** rationem poenae, ut dicit punitionem pro culpa ; et quia [61] si [62] non peccasset **[Cod. P, fol. 239 R^a]** homo, non [63] fuissent in homine, tamen modo supradicto instituto habuissent talia rationem [64] in [65] defectum [66] naturalium sicut in brutis.

[1] ad PQ. — [2] mortali VRQ. — [3] non est — suam naturam] *om.* R; non est viciosum, sed in tali homine nihil esset inconveniens naturae, *in marg. scrips. alia m.* R. — [4] naturalem R; naturalium *corr. in marg. eadem m.* R. — [5] mortis PR; mors *corr.* R. — [6] videlicet *add.* V. — [7] omno R; omnino Q. — [8] *om.* P. — [9] naturalia ipsa] ipsa naturalia PRQ. — [10] crederetur P. — [11] *om.* VPR. — [12] *om.* Q; *suprascrip.* Q. — [13] *om.* VQ. — [14] mortem *add.* P. — [15] *om.* P. — [16] nudam essentiam] nuda essentia RQ; nuda essentia *add.* P. — [17] communem P. — [18] est P. — [19] in *add.* P. — [20] contineret P. — [21] contingent Q. — [22] sic P; *om.* Q. — [23] aliquod Q; aliquo *corr.* Q. — [24] *om.* PRQ. — [25] asque Q. — [26] huius PQ. — [27] perficiente R. — [28] vel *add.* PRQ. — [29] damno R; *postea del. et* dono *in marg. scrips.* R. — [30] scilicet PQ. — [31] originaliter P. — [32] huius V. — [33] aliquis — puris] in puris aliquis V. —

Digitized by Google

[34] duorum PQ. — [35] causaret RQ. — [36] huius P. — [37] *om.* Q. — [38] sic PRQ. — [39] aliis quae] aliqua Q. — [40] non P. — [41] quod hoc] hoc quod PRQ. — [42] doceret Q. — [43] huius V. — [44] talis Q; *litt.* s *del.* Q. — [45] sicut statim] statim sicut PRQ. — [46] actus P. — [47] *om.* P. — [48] quid R. — [49] vel PRQ. — [50] *om.* PRQ. — [51] haec VPRQ. — [52] id est *add.* V. — [53] et *add.* V. — [54] descendens VPRQ; decedens *corr.* V. — [55] videtur PRQ. — [56] *om.* Q, *suprascrip.* Q. — [57] condicione PRQ. — [58] habitu talis] habitualis RQ. — [59] et Q. — [60] huius R. — [61] quod PR; *om.* Q. — [62] quod *suprascrips.* Q. — [63] *om.* Q. — [64] ratione PQ. — [65] *om.* R. — [66] defectuum PQ.

(1) *Rom.* V, 12. — (2) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Peccato originali*, c. III (PL., t. 158, col. 436).

QUAESTIO XVI

Utrum aliquis religiosus salvo voto paupertatis possit sibi procurare certos redditus sic quod ad solvendum illos sibi possit agere de iure, alius tamen de iure ei illos tribuere teneatur.

Deinde circa hominem quantum ad ea quae pertinent ad ipsum [1] secundum diversos eius status in comparatione unius hominis ad alium [2] quaerebatur : primo, circa religiosos quantum ad votum paupertatis : **[Cod. V, fol. 180 V^a]** utrum aliquis religiosus salvo voto paupertatis possit procurare quod ad usus eius aliqui certi redditus deputentur sic quod ad illos redditus [3] tali religioso singulis annis tribuendos, bona [4] aliqua vel personae aliquae obligentur, licet talis religiosus in potestate sua non habeat ius vel dominium in illis redditibus, sic quod ad solvendum [5] illos sibi possit agere in iure ; alius tamen de iure ei illos tribuere teneatur. Et arguitur quod non. Quia ille qui mutuat pecuniam sine pacto de plus recipiendo, tamen si de hac spem [6] habet alias non mutuaturus nisi speraret se plus recepturum, licet talis non habeat ius petendi illud quod [7] non est deductum in pactum, licet etiam non sit certus quod [8] plus sit recepturus, tamen propter huiusmodi [9] spem usurarius iudicatur. Ergo similiter talis religiosus qui tales redditus procurat sperans quod ad eum debeant provenire [10], licet de hoc non fiat pactum erga ipsum, mente est proprietarius ; nec illos potest recipere, ut videtur.

Contra. Per votum paupertatis non videtur excludi nisi proprietas et dominium proprium in bonis temporalibus. Sed talis non habet dominium nec proprietatem in dictis bonis. Quare. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod in voto paupertatis duo includuntur, videlicet primo et principaliter [11], nihil habere in proprio **[Cod. R, fol. 177 R^a]** ut dictum est ; et ex consequenti etiam [12] nihil habere de his quae in communi

Digitized by Google

veniunt quantum ad usum nisi secundum convenientem proportionem et habitudinem quam habet unus de communitate ad alios qui sunt pars eiusdem communitatis, ut tota communitas sit quasi quoddam corpus mysticum. Et sicut **[Cod. P, fol. 239 R^b^]** nullum membrum habet ius proprium in cibo qui sumitur pro toto corpore et pro omnibus membris proportionaliter, sed quasi in quodam repositorio communi cibaria reponuntur, scilicet in stomacho [13] et ibi praeparantur ut per virtutem generalem regitivam unicuique membro secundum quod sua condicio exigit delegetur, ita in hoc corpore mystico nulla persona habet ius proprium in bonis temporalibus ; sed de his [14] quae communitatis sunt debet unicuique dari secundum quod sua condicio exigit ab eo qui habet communitatem regere.

Si ergo sic statuantur redditus aliqui praetextu alicuius personae determinatae, ut scilicet [15] illa specialiter talibus bonis utatur secundum quod sibi licet secundum suam regulam, persona quae hoc procurat et acceptat secundum hunc modum, ut scilicet in illis nullum ius proprium sibi vindicet [16], sed solum intendat illa recipere de licentia eius cuius est illam dare [17], et illis uti secundum condicionem sui status et suae perfectionis, quantum ad haec duo non peccat nec agit contra votum paupertatis. Sed illa non debet talis recipere nisi de licentia eius ad quem hoc pertinet ; et etiam illis non debet uti nisi secundum dictam proportionem.

Et hoc videtur tenendum secundum dictum Augustini in regula quae sumitur ex Actibus (I), quarto capitulo : « primum propter quod in unum congregati estis, est ut unanimiter habitetis [18] in domo domini et sit vobis cor unum et anima una in Deo et non dicatis aliquid vobis proprium, sed sint vobis omnia communia et distribuatur unicuique prout opus est victus et tegumentum ; non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes ; sed potius unicuique sicut cuique opus fuerit ». Et infra : « consequens ergo est ut etiam qui suis filiis aut aliqua necessitate ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam contulerit **[Cod. Q, fol. 134 R^a^]** vestem sive quid aliud inter necessaria deputans, occulte accipiatur, sed sit [19] in potestate praepositi ut in rem communem redactum cui [20] necesse fuerit, tribuatur ».

Unde sicut potest aliquis **[Cod. P, fol. 239 V^a^]** per modum eleemosynae [21] statim vel in proximo consumendae dare aliquid alicui personae determinatae in collegio, et singularis persona hoc potest procurare et recipere secundum modum suae regulae convenientem, ita etiam potest fieri de eleemosyna [22] per longa tempora **[Cod. V, fol. 180 V^b^]** duratura secundum assignationem alicuius redditus determinati. Sicut enim potest aliquis singulis annis dare [23] tali fratri decem solidos, ita potest statuere [24] et [25] bonis suis aliquibus onus [26] imponere ut de illis tali fratri singulis annis in eleemosynam decem solidi dentur ; sicut etiam posset committere alicui centum libras ut tali fratri de illis, singulis annis quo viveret, viginti solidos daret et residuum sibi vel suis remaneret vel aliquo alio modo tali ; ita etiam potest illos ad quos sua

Digitized by Google

bona devenient [27] vel ipsis bonis hoc onus imponere ut illi ad quos pervenient similiter facere teneantur.

Et sicut talis [28] sumeret [29] absque derogatione in voto paupertatis religiosi ab illo qui [30] ei posset particulatim singulis [31] annis viginti solidos dare ex suo nudo et simplici proposito, ita etiam illi qui bona eius tenebunt sic ex sua institutione obligari possunt quod, quasi praedicti viri [32] propositum continue [33] adimplentes hoc possunt facere. Quamvis autem sic ordinans et onus tale bonis suis imponens hoc faciat praetextu determinatae et singularis personae et non per se et directe propter bonum totius communitatis, quia tamen intentio sua est, ut debet esse, quod talia bona transeant in illam personam et ad illam deveniant sicut ille capax est talium, et quia non est capax ut singularis persona secundum [34] se et absolute, sed ut pars talis communitatis, ideo ius et dominium in talibus per se et directe transit in ipsam communitatem ; prout [35] dicitur quod illud quod [36] monachus aquirit acquiritur monasterio. Propter quod etiam talis persona non potest agere ad habendum talia, sed ipsa communitas vel talis persona nomine communitatis [37].

Si autem talis religiosus [38] hoc procuret ut de illis etiam, quae de licentia superiorum [39] procurat, lautius et abundantius pro persona **[Cod. R, fol. 177 R^b]** sua utatur quam deceat secundum habitudinem et proportionem quam [40] habet ad alias personas [41], considerando etiam illa sicut alia [42], undecumque ad illam communitatem perveniant ; quia hoc requirit dicta paupertas quod bona temporalia undecumque veniant et actione cuiuscumque personae communes acquirantur in communem rem redigantur, id est ut communiter omnium secundum proportionem uniuscuiusque reputentur, talis, inquam sic agendo [43], videtur aliquo modo [44] facere contra votum suum et vivere tanquam proprietarius et non ut pars talis communitatis.

Cum enim habere **[Cod. P, fol. 239 V^b]** ius in rebus non quaeratur nisi propter usum, sicut non debet religiosus quaerere quod habeat ius in aliqua re nisi ut pars communitatis, ita videtur et de usu dicendum. Et videtur superior etiam [45] peccare sic licentiando; et subditus sic utendo videtur [46] facere directe contra caritatem quae debet esse inter eos qui sic debent vivere in communi, licet in hoc etiam directe non transgrederetur votum suum.

Et hoc patet per exemplum supradictum de corpore. Si enim unum membrum de cibo [47] communi totius corporis procuraret sibi a virtute regitiva dispensari plus quam sibi sit decens et conveniens in habitudine et proportione ad alia membra, ut scilicet abundaret et aliud haberet minus quam deceret et [48] expediret [49], non viveret tanquam pars illius corporis sed tanquam ens quoddam singulare per se distinctum.

Per praedicta patet responsio ad argumentum in oppositum ; quia [50] talis posset esse intentio religiosi, posito dicto casu, quod peccaret et quod mente ageret contra votum suum ; potest etiam esse talis intentio quod non peccaret, ut patet ex praedictis.

Digitized by Google

[1] ipsam PRQ. — [2] aliam PRQ. — [3] deputentur — redditus] *om.* P. — [4] bona *add.* R. — [5] ad solvendum] absolvendum P. — [6] specie PQ. — [7] quia PRQ. — [8] quia Q. — [9] huius Q. — [10] pervenire P. — [11] primo — principaliter] *om.* PRQ. — [12] ex consequenti etiam] *om.* PRQ. — [13] sthomato Q. — [14] de his *om.* Q. — [15] quia *add.* PRQ. — [16] vendicet VPRQ. — [17] de licentia — dare] *om.* PRQ. — [18] habebitis R. — [19] si V. — [20] sibi V. — [21] ele R. — [22] el'ia R. — [23] singulis — dare] *om.* P; singulis omnis] *om.* RQ. — [24] solidos — statuere] *om.* Q. — [25] in PRQ. — [26] honus Q. — [27] devenirent Q. — [28] si *add.* PRQ. — [29] et *add.* PRQ. — [30] ab illo qui] *om.* PRQ; *in marg. scrips.* R. — [31] singularis R; singulis *corr.* R. — [32] iuri PVRQ. — [33] continentiae PQ. — [34] per PQ. — [35] quod *add.* R. — [36] *om.* R. — [37] quamvis autem — nomine communitatis] *om.* QR; *ima parte folii scrips.* R. — [38] talis religiosus] super PQ. — [39] superioris quam *add.* VRQ. — [40] *om.* Q. — [41] aliter quam *add.* V. — [42] quaecumque *add.* V. — [43] sic agendo] *om.* PRQ. — [44] aliquo modo] *om.* PRQ. — [45] *om.* PRQ. — [46] *om.* PRQ. — [47] tali PRQ. — [48] ex Q; *postea del.* — [49] et aliud haberet *add.* P. — [50] quod PRQ.

(1) Resp. *Act.* IV, 32.

QUAESTIO XVII

Utrum religiosus sine licentia sui superioris proprii possit impetrare litteras a praelato altiori puta a papa, auctoritate quarum possit confiteri alteri quam suo abbati et etiam utrum dictis litteris sic impetratis sine licentia eiusdem superioris sui possit uti.

Post hoc secundo quaerebatur quantum ad votum obedientiae utrum religiosus sine licentia sui superioris proprii, puta abbatis, possit impetrare litteras a praelato altiori, puta a papa, auctoritate quarum possit confiteri alteri quam suo abbati ; et etiam utrum dictis litteris sic impetratis sine licentia eiusdem **[Cod. V, fol. 181 R[a]]** superioris sui possit illis uti.

Et arguitur quod sic. Quia nullum votum debet praecludere alicui viam salutis. Sed hoc potest cedere ad salutem monachi aliquando quod possit alteri confiteri quam proprio abbati, quia aliquis alius posset eum [1] melius consulere et eum melius dirigere [2] quam abbas. Ergo per votum obedientiae non impeditur quin ad hoc [3] possit litteras impetrare.

Contra. In regula monachorum **[Cod. Q, fol. 134 R[b]]** continetur quod monachus neque tradat neque recipiat litteras sine licentia sui superioris. Ergo. Et cetera. **[Cod. P, fol. 240 R[a]]**

Responsio. Dicendum quod non est dicendum generaliter [4], simpliciter et absolute quod religioso non liceat quod propositum est, quia posset esse in praeiudicium [5] ipsi religioso [6], puta : si religioso non posset quantum sufficit ad salutem in his quae ad forum [7] poenitentiae pertinent, provideri per ab-

Digitized by Google

batem. Hoc etiam esset [8] in praeiudicium superiorum et maxime papae si eius auctoritas [9] ad tales actus ab inferioribus praelatis dependeret. Verumtamen ordo ecclesiasticus quem superiores [10] et inferiores debent cbservare hoc requirit quod ea quae pertinent ad status et gradus inferiores non praetermittantur nisi ex causa rationabili, puta : in casu in quo hoc cederet ad malum et detrimentum personarum et etiam ordinis ipsius et habitudinis quae debet in eis conservari ; sicut apparet in regimine politico saeculari quod rex retinet sibi maiora negotia regulariter et committit minora ballivo suo, sic tamen quod etiam in minoribus sibi retinet [11] auctoritatem et etiam potestatem disponendi de illis, praecipue si per ballivum minus bene **[Cod. R, fol. 177 V^a]** disponerentur ; propter quod relinquitur his qui subduntur ballivo redire ad regem per appellationem vel per [12] denuntiationem, sed non in his quae per ballivum bene fieri haberent. Si enim quantum ad omnia redirent ad regem, cessaret ordo et distinctio regni et esset in expeditione negotiorum confusio.

Cum ergo in ecclesiastico regimine debeant haec perfectius observari, Christus autem in illo instituit duos gradus principales superiorum sive maiorum [13] praelatorum, scilicet duodecim apostolos et minorum, scilicet [14] septuaginta duo discipulos ; et inter apostolos voluit propter unitatem Ecclesiae perfectius observandam unum esse [15] superiorem, scilicet Petrum et eius successores ; cum autem episcopi succedent apostolis, non debent dici sub papa quasi ballivi sub rege et habere [16] auctoritatem suam delegatam proprie loquendo a papa, sicut nec apostoli fuerunt ballivi Pe **[Cod. P, fol. 240 R^b]** tri nec potestatem ab ipso, sed a Christo receperunt ; tamen Petrum esse superiorem voluerunt [17], sicut patet, Distinctione vigesim*a* prim*a* [18], capitulo [19] : In novo testamento (I). Unde episcopi etiam a papa reputantur collaterales [20] sui [21], propter quod non scribit eis sicut servis vel [22] subditis, sed sicut fratribus, dicens : venerabili fratri tali episcopo ; et cetera. Ut ergo ordo ecclesiasticus conservetur non est supponendum quod papa velit subditos episcoporum et aliorum praelatorum ab ipsis subtrahere nisi ubi causa rationabilis hoc exigit. Et ideo etiam papa non consuevit simpliciter eximere subditos inferiorum praelatorum nec religiosos nec saeculares a debito confitendi suis praelatis propriis, licet multa privilegia data [23] sint quibusdam religiosis in subsidium inferiorum praelatorum et [24] etiam ob utilitatem subditorum suorum, quia in ultimo privilegiorum religiosis [25] magis solemni et famoso, expresse ius commune [26] in suo vigore reservatur, in quo statuitur quod subditi suis superioribus immediatis [27] confiteri tenentur saltem semel in anno.

Dicendum ergo quod si immineat casus rationabilis, in quo scilicet non expediat monacho confiteri abbati, potest fieri quod quaeritur. Sed in casu in quo cum salute sua possit ei confiteri, non ; immo faceret contra bonum obedientiae, quoniam *voto* [28] obedientiae [29] obli **[Cod. V, fol. 181 R^b]** gatur subditus monachus ut non faciat aliquid sine licentia abbatis et praecipue contra eius prohibitionem in his ad quae votum se extendit. Talia autem sunt quae

Digitized by Google

ad regularem et socialem conversationem pertinent et sine quibus [30] illa non posset convenienter observari [31] secundum communem et ordinatum modum vivendi qui debet secundum illam regulam observari.

Nunc **[Cod. Q, fol. 134 V^a]** autem, cum hoc requirat communis et regularis conversatio religionis quod [32] in ea perfecta sit unio personarum inter se et in habitudine ad suum unum [33] immediatum superiorem et quod ipse superior de ipsis habeat pleniorem et perfectiorem notitiam [34] et quantum ad interiora et quantum ad exteriora **[Cod. P, fol. 240 V^a]** ut de unoquoque [35] illorum [36] singulariter et de eis etiam communiter secundum quod habent habitudinem ad invicem, ut sunt partes unius cuiusdam totius specialis, possit salubriter disponere. Contra hoc bonum autem esset quod liceret subditis alii quam suo proprio praelato confiteri et non illi.

Ideo videtur quod contra praeceptum sui superioris non debeat [37] huiusmodi litteras impetrare ; vel saltem non debeat uti illis, quia hoc cederet in detrimentum boni communis et efficerentur ex hoc subditi magis dissoluti et minus reverentes erga superiores suos, et scandalizarentur non solum abbas et fratres sed etiam saeculares ; et multa mala alia ex hoc provenirent et nullum aut [38] **[Cod. R, fol. 177 V^b]** modicum bonum, supposito quod superior sit sufficiens. Si enim esset simpliciter insufficiens secundum iura est remedium super hoc adhibitum.

Et est mirabile quod aliqui reputant se habere bonum privilegium valde, licet non possit proprie dici privilegium [39], in hoc quod fratres ordinis sui nulli extra ordinem possunt confiteri. Et tamen ita plane et plene et absolute dicunt quod in aliis religionibus valde bene licet et expedit quod fratres extraneis confiteantur. Dictum enim privilegium non potest dici [40] bonum nisi propter bona quae includit vel mala quae excludit [41]. Quis autem reddet rationem quare consimilia bona non includuntur et mala etiam non excluduntur in aliis religiosis [42] personis? Et si bonum ordinis Ecclesiae non perverteretur in aliis, quare non in istis? Et sic de aliis omnibus quae possunt induci [43] sive in bonis sive in malis circa hanc materiam [44].

Quod enim quicumque religiosi non possunt confiteri extraneis et praecipue saecularibus personis satis est tolerabile, saltem ubi hoc necessitas non requirit. Sed quod suis ordinariis, scilicet episcopis, quibus de iure communi debent esse subditi, non tenentur [45] vel non possunt confiteri, laudabile non videtur nisi quia sic ordinatum est per Summum Pon **[Cod. P, fol. 240 V^b]** tificem. Quomodo ergo reputantes bonum statui suo [46] quod [47] etiam superioribus suis a Deo in Ecclesia constitutis non confiteantur, in aliis religiosis, ut dictum est, laudant quod non sine contemptu suorum superiorum extraneis personis [48] confiteantur?

Cum arguitur quod via salutis monacho [49] praecluderetur, dicendum quod non. Immo magis promoveretur, quia licet alius confessor esset multum peritus, dum tamen praelatus sit sufficiens, magis expediret saluti et profectui subditi confiteri proprio praelato quam alieno. Licet enim quantum ad aliqua specialia

Digitized by Google

posset plus proficere si confiteretur alieno [50], tamen ex hoc quod propter bonum obedientiae propter reverentiam quam [51] superiori debet et propter scandalum vitandum et propter alia bona plura, sic recompensatur quod multo melius sit proprio confiteri.

Si vero papa omnino vellet quod invito abbate posset alteri confiteri, abbas non posset eum impedire. Sed puto quod [52] monachus non salubriter confiteretur, quia stante casu de sufficientia abbatis, non sine contemptu posset hoc monachus acceptare [53], prout etiam notaverunt antiqui doctores nostri etiam de laicis confitentibus [54] privilegiatis, scilicet [55] quod si praelati exigerent quod sibi [56] confiterentur et nollent, non viderentur [57] esse in statu **[Cod. V, fol. 181 V^a; — Cod. Q, fol. 134 V^b]** salutis. Et sicut ab aliis dictum est, talis debet iudicari scandalizare scandalo activo non passivo, quia non est illud scandalum propter aliquid ad veritatem vitae pertinens, quia, ut dictum est, virtuosius ageret abbati confitendo.

Cum dicitur quod non pervertitur ordo Ecclesiae quia papa vel habens auctoritatem papae est superior suus magis quam abbas ; verum est quod papa est superior, sed non solus papa, sed etiam abbas ; et ideo supponendum est quod in talibus casibus non vult abstrahere subditos a suis propriis praelatis, alioquin ordo Ecclesiae qui non solum requirit universalem habitudinem ad papam, sed determinatorum subditorum ad determinatos praelatos inferiores, perverteretur.

Quod dicitur quod non contemnit **[Cod. P, fol. 241 R^a]** praeceptum de honore parentum spiritualium [58], quia honorat papam, non valet ; quia non solum papa est pater, sed abbas. Utrumque autem secundum modum et gradum suum tenetur **[Cod. R, fol. 178 R^a]** honorare.

[1] ei PRQ. — [2] diligere PRQ. — [3] ad hoc] adhuc PRQ. — [4] sive *add.* Q; *postea del.* — [5] propter iudicium Q. — [6] non liceat quod propositum est *add.* PRQ. — [7] pe *add.* Q; *postea del.* — [8] esse VPRQ; esset *corr.* V. — [9] auctoritatas Q. — [10] superioees Q. — [11] potestatem et *add.* PRQ. — [12] *om.* PQ. — [13] sive maiorum] et PRQ. — [14] minorum scilicet] *om.* PRQ. — [15] est Q. — [16] a *add.* Q; *postea del.* — [17] voluerunt — superiorem] tamen Petrum voluerunt esse superiorem PRQ. — [18] vigesima prima] vigesimo VPRQ; vigesimo primo *corr.* V. — [19] primo *add.* Q. — [20] *om.* RQ. — [21] suo Q. — [22] nec PRQ. — [23] *om.* Q. — [24] *om.* Q. — [25] religiosorum RQ. — [26] ius commune] communius esse R; communius commune Q. — [27] immediate Q. — [28] votum VP. — [29] quoniam — obedientiae] *om.* RQ. — [30] quo RQ. — [31] et *add.* RQ. — [32] quo VPRQ. — [33] et *add.* RQ. — [34] letitiam Q; notitiam *corr.* Q. — [35] unoquoque] uno quolibet P. — [36] et *add.* Q. — [37] uti illis quia hoc cederet *add.* Q; *deinde del.* — [38] aliud RQ. — [39] dici privilegium] privilegium dici PRQ. — [40] uti Q. — [41] vel — excludit] *om.* R; *in marg. supplev.* R. — [42] religionis Q. — [43] *om.* RQ. — [44] naturam Q. — [45] tenent R. — [46] statui suo] suo statui RQ. — [47] quia Q. — [48] extraneis personis] personis extraneis RQ. — [49] monachorum Q. — [50] licet *add.* RQ; *postea del.* — [51] reverentiam quam] quam reverentiam RQ. — [52] quo P. — [53] attemptare Q. — [54] vel *add.* R. — [55] sed P. — [56] quo *add.* Q. — [57] videretur V. — [58] specialium P.

(1) *Decretum Gratiani*, c. 2, D. XXI (FRIEDBERG, *Corpus iuris Canonici*, P. I^a, col. 69).

Digitized by Google

QUAESTIO XVIII

Utrum per unum bonum iuristam melius posset regi Ecclesia quam per theologum.

Deinde circa hominem quantum [1] ad ea quae pertinent ad ipsum in quantum habet statum superioris et rectoris, quaerebatur primo quantum [2] ad rectorem ecclesiasticum : utrum per unum bonum iuristam [3] melius posset regi Ecclesia quam per theologum.

Et arguitur quod sic. Quia per illum melius regitur Ecclesia per quem melius possunt defendi et tueri iura et libertates Ecclesiae. Sed hoc melius potest fieri per bonum iuristam, quia iura plurimum de hoc tractant [4], quam per theologum, quia theologia de talibus parum tractat. Quare. Et cetera.

Contra. Si ita esset, tunc cum episcopus debet ordinari vel consecrari, potius inquireretur ab episcopo : scis tu iura civilia [5] et canonica? quam : scis tu vetus et novum testamentum? Hoc autem est falsum. Ergo ; et cetera.

Responsio. Dicendum quod per Ecclesiam possumus intelligere primo : domum materialem, scilicet templum lapideum vel ligneum [6] in quo principaliter Deus extrinsecus colitur corporaliter ; secundo : domum spiritualem, scilicet fideles in quibus [7] Deus colitur spiritualiter per virtutes theologicas, scilicet per fidem, spem et caritatem, qui corporaliter colunt Deum in ecclesia praedicta materiali. Item bona exteriora temporalia, scilicet redditus et possessiones et huiusmodi, quibus ministri Ecclesiae corporaliter sustentantur.

Quia ergo idoneus ad aliqua [8] iudicatur qui habet scientiam et facultatem faciendi quae ad bonum et perfectionem illorum requiruntur, si respiciamus ad ea quae ad bona ecclesiae materialis pertinent, nec per theologum nec per iuristam bene regeretur per se et immediate, sed per bonum artificem mechanicum, puta : latomum [9], carpentarium et huiusmodi. Nec praelatum ecclesiae, licet ad eum pertineat [10] habere curam quod ecclesia talis [11] in statu debito conservetur, oportet propter [12] hoc esse instructum in tali [13] arte, quia ad hoc su **[Cod. P, fol. 241 R^b]** um officium per se non ordinatur ; sed debet habere industriam et prudentiam ut, cum opus est, per eos qui in talibus sunt periti [14], quae ad ecclesiam illam in talibus pertinent, disponantur.

Similiter etiam quantum [15] ad ecclesiam tertio modo dictam, scilicet quantum ad gubernationem bonorum temporalium, ut scilicet terrae et vineae bene colantur et alia huiusmodi fiant, sufficit eum habere prudentiam per quam sciat [16] providere de his qui talia sciunt facere et quod per illos haec disponantur ; et hoc incidit cum primo membro.

Digitized by Google

Sed quantum ad gubernationem bonorum ecclesiasticorum contra impugnantes et iniurias Ecclesiae in dictis suis bonis inferentes vel per violentiam potentiae [17] saecularis ecclesiam opprimendo vel [18] per astuciam scientiae saecularis fatigando, est dicendum quod [19] quantum ad primum istorum non pertinet scientia theologica neque iuris [20]. Sed quantum ad hoc debet etiam [21] praelatus habere industriam per quam ad talia omnia sciat, prout est ei possibile, remedia inve **[Cod. V, fol. 181 V^b]** nire; nec circa haec [22] aliter debet vel potest se habere theologus quam iurista.

Quantum ad secundum modum autem verum est quod melius valet iurista quam theologus; ut scilicet contra tales [23] iniuriatores sciat quis defendere bona et libertates Ecclesiae et ab iniuriantibus talibus **[Cod. Q, fol. 135 R^a]** etiam recuperare. Quia etiam aliquando [24] subditi praelatorum inter se habent lites in quibus [25] etiam oportet quod via iuris [26] procedatur, quas [27] oportet auctoritate praelati terminari, quantum ad hoc etiam plus valet iurista quam theologus.

Sed quia ad hoc officium principale praelati non ordinantur, sufficit, sicut dictum est in aliis, quod habeant [28] industriam per quam sciant [29] sibi providere de hiis per quos hoc [30] fieri potest [31], scilicet ut in causis litigi **[Cod. R, fol. 178 R^b]** osis auctoritate sua [32] terminandis habeant [33] bonum officialem, et in aliis, cum opus fuerit, habeant [34] bonos advocatos; sicut pro ecclesia materiali non oportet quod sit artifex mechanicus, sed debet habere, cum opus est, bonos latomos et pro terris colendis bonos agricolas; **[Cod. P, fol. 241 V^a]** et sic de aliis. Ita enim communiter ordinari videtur scientia iuris ab his qui illi insistunt ad lites huiusmodi causa lucri, sicut artes artificum praedictorum respectu praedictarum materierum et quaeruntur conducendi advocati sicut alii artifices. Et hoc utique non est reprobandum simpliciter, quia expedit reipublicae quod hi et illi inveniantur.

Quantum vero ad Ecclesiam secundo modo dictam gubernandum ad quod per se et principaliter officium praelatorum ordinatur, incomparabiliter plus valet theologus quam iurista; immo iurista modicum aut nihil valet ad hoc respectu theologi, si iurista et theologus proprie distinguantur ut bonus iurista dicatur qui perfectus est in iure quantum possibile est sine eis [35] quae per se ad theologiam pertinent, theologus vero bonus qui perfectus est in theologia quantum possibile est sine eis quae per se ad scientiam iuris pertinent. Si enim perfectus esset [36] in utraque, melius valeret quam quilibet seorsum [37]; talis tamen magis [38] valeret ratione theologiae quam iuris.

Haec patent si considerentur ea quae ad bonum talis [39] ecclesiae pertinent, scilicet instructio in fide et moribus per praedicationem veritatis in fide et exhortationem in moribus. Sed per theologiam, non per iura secundum quod huiusmodi, scit quis quae [40] debeat praedicare; scit [41] etiam errantes in talibus revocare et dirigere; et cetera. Aliud autem est administratio sacramentorum, poenitentiae [42] scilicet et aliorum, quorum condicionem noscere [43]

Digitized by Google

habent theologi, quia sacramenta sunt propria materia [44] theologiae et quomodo eis sit utendum secundum quod [45] ad salutem ordinantur. Sed nunc est perversitas magna Ecclesiae [46], quia Ecclesia hoc modo secundo [47] non videtur pertinere ad principale officium praelatorum, sicut nec Ecclesia primo modo, immo minus, quia quae ad illam pertinent, per alios quasi per conductitios operarios et non per se ipsos exercent praelati. Sed Ecclesia tertio modo dicta videtur pertinere ad officium principale praelatorum ; unde contrahunt **[Cod. P, fol. 241 V^b^]** abusum [48].

Et ad declarandum principale intentum, dicit Bernardus (1), De Consideratione ad Eugenium, libro primo : « mihi [49] **[Cod. V, fol. 182 R^a^]** non videtur bonus aestimator rerum, qui indignum putat apostolis et apostolicis *viris* [50] *non* iudicare de temporalibus possessionibus, quibus [51] datum est iudicium in maiora. Quidni [52] contemnent iudicare de terrenis possessionibus hominum, qui in caelestibus etiam angelos iudicabunt? Ergo in criminibus non in possessionibus potestas nostra quoniam propter illa [53], non propter has [54], accepistis claves regni caelorum, praevaricatores utique exclus*uri* [55], non possessores. Quaenam tibi maior videtur et dignitas et potestas dimittendi peccata an praedia dividendi? Sed quae est comparatio? Quid ergo fines alienos invadatis? Non quia indigni vos [56], sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe paucioribus [57] occupatis ».

Quia vero aliquando necessitas requirit quod talibus intendatur, per Apostolum, prima Corinthiorum (2), sexto, docetur per quos de Ecclesia haec fieri debent. Dicit enim : saecularia iudicia si habueritis : contemptibiles, qui sunt in [58] Ecclesia [59], constituite [60] ad iudicandum.

Item episcopi sunt successores apostolorum qui fuerunt excellentes theologi, non iuristae.

Item cum theologi rexerunt Ecclesiam, ut in pluribus profecit Ecclesia in fide et **[Cod. R, fol. 178 V^a^]** moribus, sicut patet in multis **[Cod. Q, fol. 135 R^b^]** antiquis sanctis episcopis ; et cetera.

Quae autem et quanta bona eveniant in Ecclesia cum a iuristis reguntur satis patet.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] quod P. — [2] *om.* RQ. — [3] imistam Q; iuristam *corr.* Q. — [4] plurimum de hoc] de hoc plurimum Q. — [5] iura civilia] civilia iura Q. — [6] lineum R. — [7] quo RQ. — [8] alia RQ. — [9] latonicum RQ. — [10] pertineant Q. — [11] *om.* RQ. — [12] per P. — [13] in tali] inllî R. — [14] perita R. — [15] etiam quantum] quantum etiam P. — [16] sciant Q. — [17] pene RQ. — [18] et PRQ. — [19] *om.* RQ. — [20] iure R. — [21] debet etiam] etiam debet R. — [22] hos Q. — [23] tales *add.* P. — [24] aliqui P. — [25] quo R. — [26] via iuris] inaniter RQ. — [27] quia R. — [28] habeat P. — [29] sciat PV. — [30] haec PV. — [31] fieri potest] possunt fieri VP. — [32] auctoritate sua] sua auctoritate RQ. — [33] habeat VP. — [34] habeat VP. — [35] ea R. — [36] perfectus esset] esset perfectus R. — [37] *om.* P. — [38] plus P. — [39] tale P. — [40] scit quis quae] sic quisque P. — [41] sunt P. — [42] poenitentia P. — [43] nocere RQ. — [44] *om.* R; etiam *add.* Q, *postea del.* — [45] *om.* Q. —

Digitized by Google

[46] ecclesia P. — [47] modo secundo] secundo modo RQ. — [48] ad usum RQ. — [49] mihi *add.* V. — quid R; quod Q. — [50] iuris PVRQ. — [51] quo R. — [52] quid vi RQ. — [53] scilicet crimina *suprascrip. alia m.* V. — [54] scilicet possessiones *suprascrips. alia m.* V. — [55] exclusivi PVRQ. — [56] indigni vos] indignos V. — [57] potioribus VRQ. — [58] *om.* Q. — [59] ecclesia Q; in ecclesiam *corr.* Q. — [60] constituite] constitute RQ; constitui te P.

(1) SANCTUS BERNARDUS, *De Consideratione ad Eugenium*, l. I, c. VI (PL., t. 182, col. 736). Fere verbotenus. — (2) I *Cor.* VI, 4.

QUAESTIO XIX

Utrum mutuans alicui pecuniam sub spe plus recipiendi alias non mutuaturus nisi hoc speraret hoc tamen non deducit aliquo modo in pactum sit usurarius sic quod receptum ultra sortem restituere teneatur.

Deinde circa contractus inter homines quaerebatur unum, scilicet utrum mutuans alicui pecuniam sub spe plus recipiendi, alias non mutuaturus nisi hoc speraret, hoc tamen non deducit aliquo [1] modo in pactum, sit usurarius sic quod receptum ultra sortem restituere teneatur.

Et arguitur quod sic per auctoritatem Lucae (1), sexto : date mutuum nihil inde sperantes. Item per rationem, quia ubi est eadem ratio obiecti, est idem actus ; sed ratio qua quis per se dicitur usurarius est velle **[Cod. P, fol. 242 R^a]** recipere de non suo et sibi non debito sive de eo quod iam factum est alterius per mutuum ; sed illa ratio eadem est sive deducatur in pactum sive non, si remaneat sub illa spe. Quare. Et cetera.

Contra. In contractu tali non est pactum ; ergo nec usura talis quae requirat quod receptum ultra sortem restituatur.

Et hoc potest probari per simile de simonia mentali in qua non exigitur restitutio, sed sufficit per poenitentiam [2] satisfacere Deo, (Extra (2), De Simonia : Mandato).

Responsio. Dicendum quod communiter sive simpliciter et absolute et sine distinctione ponitur in tali casu esse usura et restituendum quod ex hoc recipitur ultra sortem etiam qualicumque intentione [3] reddens illud dederit. Cuius ratio ponitur : quia Deus in peccatis non tantum respicit factum exterius quam animam, id est [4] intentionem et electionem facientis, ita quod nec factum extra nec eius per sermonem explicatio speciem imponit peccato. Immo ante hoc in corde habet plenam rationem peccati. Ergo in pacto usurae etiam ita est quod est perfectum [5] in mente antequam deducatur in pactum exterius, etiam si nunquam procedatur [6] in pactionem exteriorem. Si ergo talis pro mutuo et ex

Digitized by Google

ipso mutuo [7] expectet aliquid recipere, alias nullo modo mutuaturus [8], ille habet corruptam affectionem [9] quam etiam haberet si pactionem exprimeret; quam etiam, ut videtur, paratus esset exprimere nisi aliquid deterius timeret. Et sic eadem ratio vitii, quia eadem mentis intentio [10] est in isto qui non deducit in pactum et in alio ; quia uterque iniuste de non suo et de eo de quo [11] non debet, puta de eo quod per mutuum iam factum est alterius, intendit aliquid plus recipere. Et sic sive reddens respiciat **[Cod. V, fol. 182 R^b]** ad intentionem mutuantis sive non, hoc [12] accidit peccato recipientis, quia etiam quantum erat ex parte sua in [13] mutuo de plus recipiendo quodam modo pactionem fecit licet non verbo vel signo expressam, sed interpretative per hoc quod mutuo suo intendit illum cui [14] mutuat [15] alli **[Cod. P, fol. 242 R^b]** cere ; licet forte ex hoc non alliciatur ad hoc quod ei pro mutuo aliquid ultra donet.

Sed quia [16] usura non est simplex peccatum cupiditatis et avaritiae, sed etiam est peccatum [17] iniustitiae [18], (non videtur autem esse peccatum iniustitiae sic scilicet quod aliquis laedatur [19] cui sit de iniuria satisfaciendum nisi [20] ubi [21] est [22] iniustum faciens [23], nullus autem patitur iniustum volens), ideo cum ex huiusmodi intentione mutuantis involuntarium nec simpliciter nec mixtum habeat causari in eo cui fit mutuum nisi aliud interveniat, quia potest esse quod talis non fecit aliquid per quod perpendere possit alius, unde magis causaretur involuntarium quam ille qui liberalissima intentione et ex mera amicitia mutuat, cum in substantia [24] facti nihil faciat quin alius idem faciat ; intentio autem latens non potest aliquem obligare magis respectu unius quam alterius ; propter ista videtur quod non sit iudicandum **[Cod. R, fol. 178 V^b]** quod talis peccet peccato usurae proprie dictae, licet peccet [25] in hoc peccato inordinatae [26] cupiditatis.

Item esto quod habeat intentionem deducendi in pactum, sed hoc omittit [27] propter aliquid aliud quod timet, et sic sit usurarius in mente et a Deo tanquam usurarius puniendus, tamen **[Cod. Q, fol. 135 V^a]** hoc non videtur sufficere quantum ad hoc quod restituere teneatur; quia non recipit contra voluntatem alterius qui libere rem suam alterius potest facere qualiscumque sit recipientis intentio. Sicut si habeam voluntatem furandi aliquam rem alicuius vel etiam recipiendi si auderem et ob hoc reddam me illi familiarem [28] ut captem horam qua possim furari commode si ille de hoc nihil [29] percipit, rem illam mihi libere et sponte donet, non videtur quod sic [30] debeam fur reputari [31] quod tanquam furtum illud sic datum reddere tenear ; quia in talibus vere fit res mea et transfertur dominium per illum qui [32] libere dat ; licet fuerim fur in mente et de hoc debeam poenitere et Deo [33] satisfacere, non illi cui **[Cod. P, fol. 242 V^a]** per furtum [34] iniuriam [35] proposui inferre.

Et ideo quia, ut praedictum est, circa casum propositum communiter dicitur quod talis contractus sic est [36] usurarius quod illud quod ultra sortem recipitur [37] est restituendum, non video tamen rationem ad hoc cogentem ; dictis autem communibus non libenter contradico.

Digitized by Google

Sed [38] circa hoc quasi via media procedendo posset dici quod, stante suppositione, semper est peccatum et potest dici usura apud Deum, licet non habeat plenam rationem usurae modo supradicto ; et quod in aliquo casu est restituendum id [39] quod ultra sortem recipitur et in aliquo non, si tamen [40] sciri posset a mutuante quando talis vel talis casus occurreret ; sed ubi non potest sciri propter dubium, debet fieri [41] restitutio. Ad hoc enim quod talis teneatur restituere, oportet quod concurrat involuntarium ex parte eius cui fit mutuatio. Nunc autem sic reddens mutuanti [42] aliquid ultra sortem [43], non potest [44] reddere plus nisi aliquo istorum modorum, scilicet : quod illud plus reddat ex mera [45] liberalitate ; et hoc dupliciter : uno modo sic quia [46] credit alium mutuasse ex mera [47] amicitia et liberalitate, et ideo etiam vult liberaliter plus retribuere ; quod tamen non faceret nisi hoc in animo gereret, scilicet quod alius ex amicitia liberaliter mutuasset aut sic quod ipse retribuens attendens [48] ad dignitatem suam et abundantiam bonorum respectu alterius et quod non decet **[Cod. V, fol. 182 V^a]** statum suum [49] quin plus retribuat quam accepit et sic non considerans [50] nec se referens ad intentionem et [51] condicionem eius qui mutuum dedit ; immo gerens in animo quod quacumque intentione mutuaverit [52] etiam si avarissima [53] intentione cum spe certa plus recipiendi [54], tamen vult quod ultra recipiat ; aut sic reddit [55] plus [56] quod non [57] ex mera [58] liberalitate sed referens se ad intentionem quam aestimat **[Cod. P, fol. 242 V^b]** fuisse in mutuante etiam si talis non fuisset, puta : quod quia credit ipsum avarum nec mutuasse [59] nisi firmiter sperasset se plus recepturum, ideo scilicet ne illum offendat [60], dat plus quod [61] alias non daret.

Secundum hoc ergo est dicendum quod in illo tertio casu patet quod aliquo modo involuntarie dat, licet ad hoc [62] ex pactione non sit inductus ; et ideo quia datio debet fieri libere, si aliquis qui prius libere omnino mutuasset [63], posset scire quod reddens secundum hanc voluntatem redderet, nullo modo recipere deberet [64] nec receptum retinere, quia proprie non fit suum. Ex quo non libere sed quodam modo invite datur quamvis non sit involuntarium per se, id est expresse **[Cod. R, fol. 179 R^a]** ab alio inductum. Et ideo etiam [65] isto modo dans involuntarie aliquid ultra sortem in iure non potest agere contra illum cui dat ad illud recuperandum, non solum quia non potest docere quod involuntarie dedit, sed quia illius involuntarii alius non fuit sibi causa. Et hoc patet per hoc quod Philosophus (3) dicit octavo Ethicorum, de eo qui simulat se dare aliquid liberaliter sed in animo gerit lucrum [66] sperans se plus recepturum ab alio.

In primo etiam casu videtur quod, licet voluntarie det, supposita condicione **[Cod. Q, fol. 135 V^b]** aestimata in eo qui mutuavit [67], illa tamen deficiente, cum decipiatur non dat voluntarie. Et ideo etiam nec dominium proprie transfertur in illum quia quasi non est ille cui dare intendit. Si enim talis esset, teneret donatio ; et ideo [68] mutuans bene potest mutuare sic quod licite plus recipiat si mutuet ex amicitia, scilicet propter bonum et commodum eius

Digitized by Google

cui mutuat non obstante quod speret quod ex benevolentia et amicitia illius aliquid ultra consequatur. Et hoc videtur dicere Seneca (4) libro sexto, De Beneficiis : multum interest utrum aliquis beneficium det sua causa an sua et mea, ille qui tantum ad se spectat et nobis prodest quia [69] aliter sibi prodesse non potest in eo loco habendus videtur quo qui pecori suo pabulum **[Cod. P, fol. 243 R[a]]** praebet, si me in socium admisit, si duos cogitavit, ingratus sum et iniustus ; si non, gaudeo illi profuisse quod proderat mihi [70].

Sed in casu secundo potest retineri quod ultra sortem recipitur, licet vitiose fuerit factum mutuum ex quo hoc oritur si possit sciri intentio dantis.

Sed quia difficile est de intentione alterius iudicare, sed unusquisque de sua potest esse certus, ideo quando aliquis mutuans sub dicto proposito aliquid recipit ultra sortem nec potest scire pro certo quae fuerit intentio plus reddentis, secundum nunc dicta videtur [71] posse dici quod non debet [72] plus recipere et debet restituere si plus recipit, licet forte contingat ipsum restituere in casu [73] in [74] quo, si [75] sibi dantis intentio nota [76] esset, restituere non teneretur. Et ideo notabiliter dicitur, Extra (5), De Usuris, in capitulo : Consuluit, quod quia Dominus dixit Lucae (6) sexto : date mutuum nihil inde sperantes [77], cognoscitur quid in casu proposito sit tenendum.

Et licet hoc dictum habeat plures expositiones, tamen [78] inter alias est illa vera quod per modum praecepti sit dictum, quia [79] dare mutuum principaliter propter lucrum recipiendum ex ipso mutuo, ut ponitur in casu proposito, simpliciter est peccatum ; et omne [80] peccatum prohibetur.

Sed [81] ex illa littera ulterius non potest argui quod in hoc sic [82] committitur usura quod receptum occasione illius sit restituendum. Ideo subditur in dicto capitulo, Extra (7), De Usuris : tales iudicandi [83] sunt male agere. **[Cod. V, fol. 182 V[b]]** Sed non [84] dicit quod secundum perfectam rationem usurae sint [85] usurarii. Et subditur (8) quod tales ad restituendum ea quae taliter accepta sunt in animarum iudicio sunt efficaciter inducendi. Dicit autem ibidem Glossa (9) : « in foro conscientiae », propter hoc quod, ut dictum est, non potest esse certus utrum illud quod datum est ultra sortem sit sibi [86] datum [87] voluntarie vel involuntarie.

Quamvis autem sic videatur esse dicendum eo quod communiter hoc **[Cod. P, fol. 243 R[b]]** tenetur, scilicet quod [88] accipiens aliquid ultra sortem cum tali [89] mala intentione vere est usurarius et ideo tenetur id [90] restituere, tamen non videtur ad hoc ratio aliqua [91] cogere.

Nec videtur sufficere illud quod ad [92] hoc induxi, quia etiam non videtur quod suppositione praedicta stante ex parte **[Cod. R, fol. 179 R[b]]** eius qui mutuat quantumcumque involuntarie det aliquid ultra sortem, qui recipit mutuum [93] sic receptum ultra sortem sit restituendum, cum nullus sit illi talis involuntarii causa nisi ipse sibi [94] ex sua aestimatione propria in qua bene potest esse deceptio, solum autem cum ex facto alterius causatur involuntarium in aliquo [95] est restituendum quod a [96] sic involuntarie dante ab alio huiusmodi involuntarium causante recipitur.

Digitized by Google

Si enim propter tale involuntarium sic receptum esset restituendum, tunc quantumcumque animo liberali aliquis impendat alicui aliquod beneficium, non poterit a beneficiato aliquid [97] recipere ultra bonum quod fecit, quia possunt praedicti casus contingere in reddente aliquid ultra, scilicet [98] quod aliquo modo involuntarie illud dat.

Cum ergo hoc [99] non teneatur, sed supponitur quod sic ultra [100] reddens ei qui bona et recta intentione beneficium impendit [101], vere transfertur [102] dominium rei suae [103] in illum cum ab illo nullo modo ad hoc involuntarium sit inductus, ita in proposito ; quia ma **[Cod. Q, fol. 136 R^a]** la intentio intra latens in animo eius qui mutuum dedit nullo modo videtur impediri quin in tale [104] dominium rei quam dat sibi is qui [105] mutuum recepit [106] transferatur sicut in alium cum eadem sit intentio transferentis nec ab uno praedictorum magis causetur involuntarium quam ab alio.

Quod enim ab aliquibus dicitur quod ibi est aliquo modo pactum implicitum et interpretative in quantum talis facit tale factum ex quo alius potest allici [107] et per illud factum illum intendit allicere, hoc non valet. **[Cod. P, fol. 243 V^a]** Secundum hoc enim ita alliceret dans liberaliter sicut dans avare, quia substantia actus et circumstantia quaecumque exterior apparere potest per quam potest quis allici, eadem ponitur utrobique; ea autem quae in animo latent, quia [108] a solo Deo videntur, solum ab ipso sunt iudicanda.

Cum ergo arguitur ab aliis in [109] contrarium quod in peccato magis attendit Deus intentionem interiorem quam operationem exteriorem [110], dicendum quod hoc est verum quantum [111] ad id [112] quod est formale in peccato et quo Deus principaliter offenditur. Unde qui habet voluntatem iniuriose recipiendi rem alterius contra eius voluntatem, puta per furtum vel usuram, licet hoc non perducatur ad effectum, nihilominus tamen talis peccat simpliciter [113] et vere est fur vel usurarius voluntate et mente ubi principaliter peccatum consistit, et Deo in quem [114] directe peccat secundum actum interiorem mentis satisfacere tenetur ac si in actu exteriori peccaret. Sed quia furtum vel usura est peccatum iniustitiae quod committitur ad alterum [115], talis quia proximum non laesit aliquo actu exteriori et materiali in peccato non tenetur ei satisfacere sicut teneretur si rem suam iniuriose accepisset. Similiter etiam in proposito est dicendum quod ille qui habet voluntatem habendi rem alterius iniuriose et contra eius voluntatem, sed non audet aliquid dicere vel facere unde hoc appareat et unde involuntarium posset causare in illo ex quo in nullo laedit proximum cum ab eo [116] recipit aliquid [117] ultra sortem [118], de hoc satisfacere [119] non tenetur hac de causa.

Per hoc patet responsio ad rationem primo inductam ; quia ad hoc quod aliquis sit usurarius verus et quod [120] propter hoc [121] illud quod accepit ultra sortem **[Cod. V, fol. 183 R^a]** restituere teneatur, non sufficit quod recipiat de non suo sive de alieno cum omne id [122] quod aliquis dono alterius **[Cod. R, fol. 179 V^a]** recipit, de non suo sed de alie **[Cod. P, fol. 243 V^b]** no reci-

Digitized by Google

piat. Sed ultra hoc requiritur quod ab invito illud recipiat. Hoc autem non contingit in proposito ; ideo non concluditur.

Ad decretalem (10) etiam posset dici quod illud quod dicit intelligendum est esse consilium, non praeceptum. Et ideo videtur dicendum quod talis illud quod recipit sic ultra sortem restituere non tenetur aut [123] hoc est aliter [124] persuadendum.

Et circa hoc videtur intelligendum quod aliquis teneatur restituere aliquid quod ab alio recepit, potest contingere ex duobus. Quia enim ad [125] hoc quod aliquid non debitum alicui sic ab uno transeat in [126] alterum quod recipiens illud valeat retinere, duo principaliter requiruntur, videlicet : ex parte transferentis, quod illud transferat liberaliter absque pacto inhonesto aliquo modo causante involuntarium ; nec pro aliquo inconvenienti pretio [127] sicut [128] illi liberaliter dat aliquis aliquid ultra sortem, ubi vere et proprie est usura ex pacto vel expresso verbo [129] vel ex aliquibus factis vel signis sufficienter intellecto [130]; sicut in simonia ubi dans beneficium ecclesiasticum respicit [131] in recipiente [132] principaliter bonum aliquod temporale ratione cuius beneficium donat illi. Ex parte vero recipientis [133] requiritur quod sit convenienter capax rei quam recipit eo modo quo sibi est donanda. Unde sicut res aliqua [134] danda est alicui liberaliter ex parte dantis, ita etiam debet recipi sic [135] liberaliter quod pro illa recipienda non detur inconveniens pretium sive quod non recipiatur occasione alicuius boni impensi quasi loco pretii.

Sed si [136] contingat quod recipiens talem rem aliquod beneficium prius impendit donanti, debet reputare se illud omnino [137] liberaliter impendisse et non spe alicuius remunerationis sequentis, alioquin tale donum licet posset dari **[Cod. Q, fol. 136 R^b]** liberaliter ex parte donantis qui posset in dando non respicere ad [138] beneficium receptum, tamen non reciperetur modo liberali ex parte recipientis qui principaliter respiceret ad beneficium impensum. **[Cod. P, fol. 244 R^a]** Unde si aliquis mutuaret alicui praelato mille libras ut beneficium ecclesiasticum per hoc consequeretur, aliter [139] non mutuaturus, licet hoc non deduceretur in pactum ; alius vero mutuaret [140] alicui principi saeculari mille libras ut per hoc consequeretur retributionem aliquam [141] notabilem vel in equis vel [142] in quibuscumque aliis rebus, aliter etiam non mutuaturus; quamvis praelatus in dando beneficium si ad praecedens mutuum nullo modo respiceret ut ad quoddam pretium inductivum, sed beneficium liberaliter propter Deum daret, non male se haberet in dando nec simoniace illud daret ; tamen recipiens illud respiciendo [143] ad mutuum quod propter hoc dedit non liberaliter, sed quasi pretio [144] mediante illud reciperet [145] et sic in recipiendo male se haberet et simoniace illud reciperet nec haberet iustum titulum in illo beneficio, sed ipsum resignare teneretur [146]. Similiter etiam ex alia parte, princeps dans aliquam retributionem ultra sortem potest hoc facere omnino liberaliter, quia in dando nullam patitur iniuriam propter aliquod involuntarium causatum in ipso ex parte mutuantis ; sed recipiens huiusmodi

Digitized by Google

retributionem respiciendo [147] ad mutuum quod praecessit quod fecit non liberaliter quia [148] tamen est [149] omnino liberaliter faciendum [150], sed illud fecit propter huiusmodi retributionem consequendam, non recipit illam liberaliter [151] sed avare, nec habet iustum titulum in sic recepto sed illud restituere tenetur; non quia dans det illiberaliter et involuntarie [152] quod acquiritur [153], ubi proprie est usura, sed quia ipse recipiens illiberaliter recipit et iustum titulum **[Cod. R, fol. 179 V^b^]** non acquirit.

Ad quaestionem ergo est [154] dicendum quod talis peccat, et hoc quodam [155] peccato iniustitiae ; sed non est proprie usurarius appellando usurarium **[Cod. V, fol. 183 R^b^]** qui propter mutuum recipit aliquid ultra sortem ab illo cui factum est mutuum, non ex libera voluntate dantis sed voluntate aliquo modo coacta ex pacto vel obligatione de dando in debitum ; et ideo etiam **[Cod. P, fol. 244 R^b^]** non tenetur sic [156] receptum restituere hac de causa, scilicet propter iniuriam [157] per se et directe factam sic danti. Peccat tamen talis peccato iniustitiae aliquo modo, in quantum scilicet non existens capax talis doni, quod [158] scilicet cum liberaliter donetur non tamen liberaliter recipitur, sed quasi pro pretio, quod tamen ratione pretii habere non potest, illud [159] non facit vere suum. Hoc autem est iniustum quod aliquis recipiat alienum modo quo non potest fieri suum, quantumcumque voluntate libera illud detur. Unde in vere et proprie usurario fit peccatum iniustitiae ex duobus : scilicet, ex eo quod ibi recipiens [160] aliquid ultra sortem ratione mutui facti de cuius ratione est quod liberaliter debet fieri, recipit quod recipere non deberet ; et ideo sic receptum non vere fit [161] suum hac de causa ; propter quod est restituendum.

Item [162] ex eo [163] quod ad dandum illud ultra sortem quodam modo cogitur et compellitur donans et non dat liberaliter et pure voluntarie ; propter quod etiam [164] in recipientem [165] non transfertur dominium eius quod sic datur. Sed sic donans, quia sic a recipiente laeditur et [166] iniustum patitur, in iudicio potest sic datum repetere et recipiens ad restituendum per iudicem compelletur [167].

Sed [168] in casu proposito ubi ex uno tantum contingit peccatum iniustitiae, ex eo videlicet quod recipiens accipit quod accipere non debet, ut dictum est ; et ideo sic recipiens quod recepit restituere debet ; ille tamen qui dedit, cum non dederit involuntarie sed liberaliter et voluntarie, quia nullo modo compulsus vel coactus a recipiente, sic datum non potest repetere in iudicio nec agere contra recipientem.

Sed, prout dicitur in capitulo (II) superius allegato in quo sic recipiens non dicitur esse usurarius proprie loquendo, sed tamen [169] peccare dicitur talis et ad restituendum sic receptum in foro conscientiae est effi **[Cod. Q, fol. 133 V^a^]** caciter inducendus, quamvis autem qui dedit non possit illud repetere, ut dictum est ; ei tamen et non alii est restitutio facienda ; quia in sic dato nulli alii est ius acqui **[Cod. P, fol. 244 V^a^]** situm, quia non recipienti

Digitized by Google

propter causam supradictam et nec alicui [170] alteri ex consequenti. Sed dans illud, licet dederit liberaliter et voluntarie, non potuit tamen dare cum effectu, sic quod illud totaliter a se abdicaret nisi recipiens esset capax illius quantum ad ius et dominium; et sic quodam modo implicite et sub condicione remanet penes ipsum dominium talis dati.

Est autem secundum praedicta notandum [171] quod ista sunt intelligenda, supposito quod in casu proposito ille qui tali modo mutuavit remaneat in eodem proposito quando recipit aliquid ultra sortem in quo erat quando mutuum fecit. Si enim ante mutaret propositum et doleret de hoc quod sub tali mala intentione mutuavit et, quantum in eo esset, illam intra se revocaret et formaret [172] sibi rectam voluntatem sic quod si esset mutuaturus [173], liberaliter et omnino gratuite, etiam si ob hoc nihil esset recepturus, mutuaret [174] et quod ratione mutui iam facti aliquid ultra sortem non expectaret nec **[Cod. R, fol. 180 R[a]]** corde offenderetur vel turbaretur si ultra sortem sibi [175] nihil daretur; si tamen istis sic se habentibus ab aliquo aliquid reciperet ultra sortem, videtur quod illud restituere non teneretur ex quo re integra prius esset modo praedicto correptus [176]. Sicut etiam [177] posset dici [178] de illo qui fecit aliquod mutuum ea intentione principaliter ut per hoc beneficium ecclesiasticum consequeretur, si re integra huiusmodi malam intentionem corrigeret et deinde beneficium assequeretur [179], non [180] esset simoniacus nec illud resignare teneretur.

Per praedicta patet responsio ad obiecta si ad illa diligenter applicentur. Cum enim dicitur quod in huiusmodi contractu non est aliquod pactum, per hoc potest concludi quod talis sic mutuans non est usurarius proprie et perfecte. Ex hoc tamen non concluditur quod non teneatur alia ratione restituere, sicut supra est expositum.

Cum etiam dicitur quod [181] ad satisfa **[Cod. P, fol. 244 V[b]]** ciendum in simonia mentali sufficit poenitentia **[Cod. V, fol. 183 V[a]]** sine restitutione, hoc est intelligendum in illis quae sunt simoniaca [182] ex institutione Ecclesiae et non in [183] aliis [184].

[1] dico R. — [2] primam PQ. — [3] etiam V. — [4] animam — est] *om.* Q. — [5] factum RQ. — [6] procedat VRQ. — [7] et — mutuo] *om.* V. — [8] nullo modo mutuaturus] ull'o mtit (*cum tractu super litt.* m) mutuarus RQ. — [9] effectionem RQ. — [10] mentis intentio] intentio mentis RQ. — [11] de quo] quod Q. — [12] hic Q. — [13] et Q; *del. et* in *suprascrips.* Q. — [14] qui Q. — [15] utuat R; mutuat *corr.* R. — [16] non *add.* RQ. — [17] non *add.* RQ. — [18] iustitiae VPRQ; iniustitiae *corr.* V. — [19] non sic debet *add.* Q; *postea del.* — [20] non est Q. — [21] ibi Q. — [22] *om.* Q. — [23] factum R. — [24] f. *add.* Q; *del.* Q. — [25] peccato — peccet] *om.* P. — [26] in ordine R. — [27] obmittit RQ. — [28] familiare RQ. — [29] de hoc nihil] nihil de hoc PR. — [30] diligum *add.* Q; *deinde del.* — [31] computari Q; reputari *corr.* Q. — [32] *om.* P. — [33] de hoc V. — [34] et *add.* R; et *suprascrips.* Q. — [35] iniuria Q. — [36] sic est] sit RQ. — [37] receipitur Q; recipitur *corr.* Q. — [38] contra *add.* Q; *deinde del.* — [39] illud RQ. — [40] si tamen] situm R. — [41] debet fieri] fieri debet RQ. — [42] mutuam Q. — [43] aliquid — sortem] *om.* Q; ultra sortem] *om.* R. — [44] forte ultra *add.* RQ.

Digitized by Google

— [45] ex mera] extrema R. — [46] quod P. — [47] ex mera] extrema R. — [48] accedens Q. — [49] *om.* Q. — [50] considerat R. — [51] ad *add.* P. — [52] mutaverint P. — [53] amarissima RQ. — [54] retinendi R. — [55] reddat R. — [56] quam *add.* R. — [57] extremo *add.* Q; *deinde del.* — [58] ex mera] extrema R. — [59] mutuans se RQ. — [60] ostendat Q. — [61] quam R. — [62] ad hoc] *om.* Q. — [63] mutusset Q. — [64] debet R. — [65] in P. — [66] lucem Q. — [67] mutuat P. — [68] non *add.* Q. — [69] quod R. — [70] proderat mihi] mihi proderat RQ. — [71] videretur Q. — [72] posset R. — [73] in casu] incant (*cum tractu super litt.* a) RQ. — [74] *om.* RQ. — [75] non RQ. — [76] non R. — [77] cum *add.* PRQ. — [78] cum RQ. — [79] quod R. — [80] esse Q. — [81] quia *add.* Q. — [82] si R. — [83] iudicande RQ. — [84] hoc RQ. — [85] *om.* P; sunt RQ. — [86] etiam *add.* Q. — [87] est *add.* RQ. — [88] per R. — [89] in alia *add.* Q; *postea del.* — [90] ad RQ. — [91] alia Q. — [92] quod *add.* Q; *postea del.* — [93] recipit mutuum] mutuum recipit RQ. — [94] *om.* R; ipse sibi] sibi ipse Q. — [95] in aliquo] *om.* R. — [96] autem RQ. — [97] *om.* R. — [98] *om.* P. — [99] hic P. — [100] ultro P. — [101] impeditur R. — [102] transfert R. — [103] rei suae] suae rei Q. — [104] in tale] intellectum Q. — [105] qui *add.* Q. — [106] recipit V. — [107] alicu R. — [108] scilicet *add.* Q. — [109] *om.* P. — [110] extere Q; exteriorem *corr.* Q. — [111] quod RQ. — [112] illud RQ. — [113] seimpliciter Q; simpliciter *corr.* Q. — [114] quantum P. — [115] salutem R. — [116] ea R. — [117] *om.* R. — [118] aliquid *add.* R. — [119] satisfactore Q; *litteras* to expunxit Q. — [120] *om.* P. — [121] quod *add.* P. — [122] *om.* R. — [123] at Q. — [124] simpliciter R. — [125] ad *add.* Q; *deinde del.* — [126] ad P. — [127] peccato Q. — [128] sic V. — [129] expresso verbo] expresse verbis V. — [130] et *add.* VQ. — [131] recipit RQ. — [132] recipiende Q. — [133] vero recipientis] recipientis vero PV. — [134] alia R. — [135] sicut RQ. — [136] *om.* R; hoc Q. — [137] illud omnino] omnino illud P. — [138] aliquod RQ. — [139] alias V. — [140] mutuare P. — [141] a materia R. — [142] equis — in] *om.* P. — [143] recipiendo P. — [144] praedicto P. — [145] recipere P. — [146] et *add.* RQ. — [147] *om.* R. — [148] quod PRQ. — [149] *om.* P. — [150] *om.* Q. — [151] faciendum liberaliter] *om.* R. — [152] involuntarius PV. — [153] requiritur PR; aequiritur *corr.* R. — [154] ergo est] *om.* RQ. — [155] quidem R; qui de Q. — [156] sicut RQ. — [157] et *add.* Q. — [158] *om.* RQ. — [159] id RQ. — [160] ibi recipiens] recipiens ibi R; recipiens quod ibi Q. — [161] non vere fit *add.* R. — [162] sicut P; similiter *corr.* P 2[a] m. — [163] hoc Q. — [164] recipientem *add.* R. — [165] recipiente V. — [166] etiam P. — [167] compelleretur RQ. — [168] si Q. — [169] cum PQ. — [170] alii V. — [171] nondum P. — [172] et formaret] informaret RQ. — [173] mutuatus R. — [174] mutuari Q. — [175] *om.* Q. — [176] correctus PQ. — [177] et R. — [178] posset dici] dici posset RQ. — [179] exsequeretur RQ. — [180] nec Q — [181] *om.* Q. — [182] sunt simoniaca] simoniaca sunt Q. — [183] *om.* P. — [184] explicit decimum quodlibet *add.* R.

(1) LUCAE *Evangelium*, VI, 35. — (2) c. 46, *Mandato nostro*, X, *De Simonia*, V, 3 (apud FRIEDBERG, P. II, col. 767). — (3) Resp. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. VIII, c. 15 (II, p. 1162, b). — (4) Allud. ad SENECAM, *De Beneficiis*, l. VI, c. 20 (ed. C. HOSIUS, vol. I, fasc. II, p. 167. Lipsiae, TEUBNER, 1900). — (5) c. 10, consuluit, X, *De Usuris*, V, 19 (FRIEDBERG, P. II, col. 814). — (6) LUCAE *Evangelium*, VI, 35. — (7) c. 10, consuluit, X, *De Usuris*, V, 19 (*op. cit.*, loc. cit.). — (8) *Ibid.* (loc. cit.). — (9) *Decretales* GREGORII PAPAE IX, *Cum Glosis diversorum*, p. 1739 (Lugduni, 1618). — (10) Cfr. c. 10, consuluit, EXTRA, *De Usuris*, V, 19 (FRIEDBERG, P. II, col. 814). — (11) Cfr. *op. cit.*, *ibid.* (loc. cit.).

Digitized by Google

Corrections et Additions

p. 297, l. 3, *au lieu de* intendent, *lisez :* intenderit.
p. 299, l. 20, *supprimez la parenthèse.*
» l. 32, remanere, *entre* re *et* manere, *intercalez :* [Cod. Q, fol. 118 V^a].
p. 300, *après la variante* [13], *insérez la suivante :* [14] et *add.* CR. — [15], *et changez en conséquence toute la suite des exposants.*
p. 307, l. 5, *supprimez* : [Cod. P, fol. 214 R^b].
» l. 26, *lisez :* alia a se. Licet.
» l. 29, *lisez :* in illo. Sicut.
» *3e l. avant la fin, supprimez la parenthèse.*
p. 308, l. 16, intellectum, *entre* in *et* tellectum, *intercalez :* [Cod. R, fol. 162 R^b].
» l. 30, *supprimez :* [Cod. P, fol. 214 V^b].
p. 309, l. 16, *entre* perfectionis *et* omnia, *intercalez :* [Cod. R, fol. 162 V^a].
p. 310, l. 18, eadem, *entre* ea *et* dem, *intercalez :* [Cod. R, fol. 162 V^b].
» l. 38, *supprimez crochets et lisez :* illa ; supra.
p. 311, l. 13, *lisez :* videantur? Unde si Deus.
» l. 15, essntiae, *lisez :* essentiae.
» l. 20, *entre* videndi *et* utraque, *intercalez :* [Cod. R, fol. 163 R^a].
» *après la dernière ligne, ajoutez :* obiecta. Immo actu existente modo praedicto finito poterit esse infinitas in.
p. 312, l. 20, *après* cognoscuntur, *intercalez :* [Cod. R, fol. 163 R^b].
» l. 22, *lisez :* una simplici omnes.
» *après la dernière ligne, ajoutez :* tionem antequam fiant per revelationem. Et talium nescientia non diminuit.
p. 313, l. 21, *après* debet, *intercalez :* [Cod. R, fol. 163 V^a].
» *après la variante* [14], *ajoutez :* R, ima parte folii scripsit R.
p. 315, l. 12-13, *lisez :* suos actus ; propter.
p. 319, l. 20, *lisez :* caritatis. Hoc est inconveniens ;
p. 322, l. 25, *lisez :* mihi possibile ; non tamen.
p. 342, *note 2 et 3, au lieu de :* l. VIII, *lisez :* l. VII.
p. 344, l. 3, *au lieu de* sesitivum, *corrigez :* sensitivum.
p. 348, q. XI, *avant* Deinde, *mettez :* [Cod. P, fol. 227 R^b].
p. 353, l. 26, *au lieu de* quaedam, plura simul, *lisez :* quaedam plura, simul.
p. 357, l. 3, *au lieu de* ab illo. Sed, *lisez :* ab illo, sed.

Digitized by Google

p. 358, *note 1, corrigez comme suit :* Aristotelis Metaphysica, l. VIII, c. 5 (II, 1048 b).

p. 370, l. 23-24, *lisez :* requiruntur ; quia nec voluntas.

» l. 27, *lisez :* impellente, *et allez à la ligne en lisant :* Est dicendum.

CORRECTIONS ET ADDITIONS AUX QUODLIBET VIII ET IX
(Supplément)

p. 7, *note 1, au lieu de* I, 6, 7, *lisez :* II, 6-7.

p. 19, *note 6, au lieu de* I, 6, 7, *corrigez :* l. III.

p. 36, *note 2, au lieu de* l. V, *lisez :* l. IV.

p. 38, *note 1, au lieu de* l. VI, *lisez :* l. V, *et corrigez :* p. 1206 *en* 1026, *et* p. 1207 *en* 1027.

p. 67, *note 1, au lieu de* XI, *lisez :* l. X.

p. 84, *note 1, au lieu de* l. V, 2... fol. 1026-1027, *lisez :* l. VI, c. 7 (p. 1032) *et supprimez le reste.*

p. 159, *note 1, lisez :* fol. 82 recto, a. b.

p. 173, *note 1, après* XIII, *ajoutez :* q. XI.

p. 174, *note 2, au lieu de* Com. 36, *lisez :* c. 2, Com. 3.

p. 201, l. 8, *après* capitulo, *ajoutez :* (1); *et mettez en note au bas de la page :* Id., ibid., c. XXXVI (ibid.).

p. 221, *note 2, après* l. 1, *ajoutez :* Summa 3ª.

p. 226, *note, au lieu de* Com. 5, *lisez :* Com. 3.

p. 233, *note 1, après* l. XII, *ajoutez :* c. 2.

p. 257, *note 3, au lieu de* Ibid., *lisez :* Rom.

p. 259, *note 3, lisez :* cfr. Glossa Ordinaria (P.L., t. 113, col. 1137, 4).

p. 260, l. 14, *après* patet, *ajoutez : responsio.*

p. 263, l. 3, *au lieu de* Sexto, *lisez :* sexto ; *et changez la note comme suit :* cfr. SENECA, *De Beneficiis,* l. VI, c. 20. (Ed. C. HOSIUS, vol. I, fasc. II, p. 167. Lipsiae, TEUBNER, 1900).

p. 270, *note 1, au lieu de* l. VIII, c. IX... p. 1051 a, *lisez :* l. VIII, c. 8 (... p. 1050 a-b).

p. 271, 280, *note 1, corrigez de même.*

p. 281, *note 2, même correction à faire.*

p. 292, l. 29, *au lieu de* quinto, *lisez : primo ; et mettez en note :* Rom. I, 20.

SIGLES : Cod. P = n° 15842, lat. Biblioth. nat. Paris.
Cod. V = n° 14311, lat. Biblioth. nat. Paris.
Cod. C = n° 170, Pembroke College, Cambridge.
Cod. R = n° 1032, Bibl. Vaticana.
Cod. Q = n° 302, Borghèse.
Cod. Z = n° 301, Borghèse.

Digitized by Google

Table alphabétique des auteurs cités *)

Actus Apostolorum, IV, 32 ; p. 116.
ÆGIDIUS ROMANUS, *Quodlibetum* V, q. III, *disputatio tertia*, q. I. (Lovanii, 1646, p. 271); p. 10.
AMBROSIUS (SANCTUS), p. 259.
— *De Sacramentis*, l. IV, c. IV, 15-16. (MIGNE, *Patrologie latine*, t. 16, col. 440-441); p. 182.
— — l. IV, c. IV, 17-18. (*Ibid.*, col. 441-442); p. 182.
— *De Spiritu Sancto*, c. III, n. 42. (*Ibid.*, col. 715); p. 241.
— *Expositio Evangelii secundum Lucam* (*Ibid.*, t. 15, col. 1787); p. 134.
— *In Epistolam ad Timotheum*, I, 6. (*Ibid.*, t. 17, col. 482, 7-8); p. 104.
ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Concordia praescientiae Dei cum libero arbitrio*, c. VI. (MIGNE, *Patrologie latine*, t. 158, col. 516-517); p. 357,
— — c. XI [al. XX] *133*. (*Ibid.*, col. 557); p. 373, 382, 383.
— *De Libero Arbitrio*, c. I. (*Ibid.*, col. 491); p. 163.
— — c. III. (*Ibid.*, col. 494); p. 163.
— — c. V. (*Ibid.*, col. 495); p. 162, 376.
— *Monologium*, c. VI. (*Ibid.*, col. 153); p. 37.
— — c. IX. (*Ibid.*, col. 157); p. 45.
— — c. XXXIII. (*Ibid.*, col. 187); p. 44.
— — c. XXXIII. (*Ibid.*, col. 187-188); p. 200.
— — c. XXXIV. (*Ibid.*, col. 188-189); p. 200, 309.
— — c. XXXIV. (*Ibid.*, col. 189); p. 45, 200, 203, 232.
— — c. XXXV. (*Ibid.*); p. 45.
— — c. XXXVI. (*Ibid.*); p. 201.
— *De Peccato originali*, c. III. (*Ibid.*, col. 436); p. 386.
— *De Similitudinibus*, c. XC. (*Ibid.*, t. 159, col. 660); p. 133.
— *De Veritate*, c. XII [al. XIII]. (*Ibid.*, t. 158, col. 482); p. 162, 371.
Articuli condemnati a Stephano Episcopo Parisiensi, 7 Martii 1277; p. 166, 218, 219, 222.
ARISTOTELES (vel PHILOSOPHUS); p. 228, 301, 323, 361, 376.
— *De Anima*, l. I, c. I. (BEKKER, I, 402 a); p. 287.

*) Le chiffre indique la page de l'édition.

Digitized by Google

— — l. II, c. 5. (*Ibid.*, I, 417 b); p. 347.
— — l. III, c. 4. (*Ibid.*, I, 430 a); p. 19.
— — l. III, c. 5. (I, 430 a); p. 19, 361.
— — l. III, c. 8. (I, 431-432); p. 361.
— — l. III, c. 9. (I, 432 b); p. 354.
— — l. III, c. 10. (I, 433 a); p. 354.
— *De Animalium Generatione*, l. II, c. 3. (I, 736-737); p. 347.
— *De Coelo*, l. I, c. 3. (I, 270 a); p. 192.
— — l. I, c. 10. (I, 279 b); p. 192.
— — l. I, c. 10. (I, 280 a); p. 192.
— — l. II, c. 1. (I, 284 a); p. 192.
— *De Generatione et Corruptione*, l. I, c. 5. (I, 321 b); p. 217.
— — l. I, c. 6. (I, 322); p. 19.
— — l. I, c. 7. (I, 324 a); p. 140.
— — l. II, c. 10. (I, 336 a); p. 192.
— *Ethica Nicomachea*, l. I, c. I [alias III]. (II, 1090 b et 1094 b); p. 80.
— — l. I, c. XI. (II, 1100 b); p. 107, 111.
— — l. II, c. 5. (II, 1106 a); p. 111.
— — l. III, c. 1. (II, 1109-1110); p. 127, 377.
— — l. III, c. 7. (II, 1114); p. 169, 373, 379, 382.
— — l. IV, c. 1. (II, 1119); p. 103.
— — l. V, c. 2. (II, 1129 a); p. 108.
— — l. VI, c. 2. (II, 1139 b); p. 175, 352.
— — l. VII, c. 3. (II, 1145-1146); p. 376.
— — l. VII, c. 4. (II, 1146 b-1147); p. 353-358.
— — l. VII, c. 5. (II, 1149); p. 353.
— — l. VIII, c. 15. (II, 1162 b); p. 400.
— — l. VIII, c. 16. (II, 1163 b); p. 261.
— — l. IX, c. 8. (II, 1168 b); p. 318, 323, 325.
— — l. IX, c. 8. (II, 1169 a); p. 319, 320, 321, 322, 324.
— — l. X, c. 4. (II, 1174-1175); p. 144.
— — l. X, c. 8. (II, 1178); p. 113.
— — l. X, c. 10. (II, 1179 a); p. 128.
— *Metaphysica*, l. I. A E.\ATTON. (II, 993 b); p. 355.
— — l. I, c. 2. (II, 982 b); p. 145.
— — l. III, c. 2. (II, 1003 a-b); p. 19.
— — l. III, c. 7. (II, 1012 a); p. 359.
— — l. IV, c. 7. (II, 1017 a); p. 38.
— — l. IV, c. 8. (II, 1017 b); p. 9, 38.
— — l. IV, c. 12. (II, 1019 a); p. 19.
— — l. IV, c. 15. (II, 1020 b et 1021); p. 36.
— — l. V, c. 2. (II, 1026); p. 38, 84.
— — l. V, c. 3. (II, 1027); p. 38.

Digitized by Google

— — l. V, c. 4. (II, 1027 b); p. 363.
— — l. VI, c. 1. (II, 1028 b); p. 11.
— — l. VI, c. 6. (II, 1031 b et 1032 a); p. 84.
— — l. VI, c. 7. (II, 1032); p. 84.
— — l. VII, c. 4 et 5. (II, 1044); p. 336.
— — l. VII, c. 6. (II, 1045 a); p. 338.
— — l. VIII, c. 1. (II, 1046 a); p. 19.
— — l. VIII, c. 2. (II, 1046 b); p. 356, 358.
— — l. VIII, c. 5. (II, 1048 b); p. 350.
— — l. VIII, c. 8. (II, 1050 a); p. 270.
— — l. VIII, c. 8. (II, 1050 a-b); p. 271, 280, 281
— — l. VIII, c. 10. (II, 1051 b); p. 362.
— *Physica*, p. 301.
— — l. I, c. 3. (I, 186); p. 9.
— — l. I, c. 9. (I, 192 a); p. 19, 25, 31.
— — l. II, c. 7. (I, 198 a); p. 23.
— — l. III, c. 5. (I, 204 a); p. 301, 302.
— — l. III, c. 5. (I, 204 b); p. 304.
— — l. III, c. 5. (I, 206 a); p. 305.
— — l. III, c. 6. (I, 206 a); p. 303.
— — l. III, c. 6. (I, 206 b); p. 302.
— — l. III, c. 7. (I, 207 b); p. 301.
— — l. IV, c. 8. (I, 214 b); p. 206, 207.
— — l. IV, c. 8. (I, 215); p. 215.
— — l. VII, c. 4. (I, 249 a); p. 232.
— — l. VIII, c. 3. (I, 253-254); p. 56, 59.
— *Politica*, l. II, c. 3. (II, 1261 b); p. 114.
— — l. II, c. 7. (II, 1266 b); p. 106.
— — l. IV, c. 11. (II, 1295 a); p. 108, 109.
— — l. VII, c. 13. (II, 1332 a); p. 112, 128.
AUGUSTINUS (SANCTUS); p. 225, 284, 389.
— *Confessiones*; p. 310.
— — l. IV, c. 3. (MIGNE, PL., t. 32, col. 694); p. 83.
— — l. IX, c. XI. (*Ibid.*, col. 775); p. 97.
— *Contra Epistulam Manichaei quem vocant Fundamenti liber unus*, c. IV, 5. (*Ibid.*, t. 42, col. 175); p. 71.
— — c. XIV. (*Ibid.*, col. 183); p. 79, 286.
— *De Civitate Dei*, l. XI; p. 255.
— — l. XIX, c. 19. (*Ibid.*, t. 41, col. 647); p. 123, 124.
— *De Cura pro mortuis agenda*, c. II. (*Ibid.*, t. 40, col. 594); p. 97.
— — c. III. (*Ibid.*, col. 595); p. 88.
— — c. XIII. (*Ibid.*, col. 604) et c. XV, 18. (*Ibid.*, col. 605-606); p. 307, 313.
— *De Diversis Quaestionibus 83*, q. 36, 1. (*Ibid.*, t. 40, col. 25); p. 115.

Digitized by Google

— — q. 46, 2. (*Ibid.*, col. 30); p. 44, 195.
— *De Doctrina Christiana*, l. I, c. XVIII. (*Ibid.*, t. 34, col. 30); p. 259
— — l. III, c. XII. (*Ibid.*, col. 75); p. 106.
— — l. III, c. L. (*Ibid.*, col. 63); p. 293.
— *De Genesi ad litteram.*
— — l. IV, c. 12. (*Ibid.*, t. 34, col. 304); p. 190.
— — l. V, c. 14 et 15. (*Ibid.*, col. 332); p. 200.
— — l. V, c. 18. (*Ibid.*, col. 334); p. 200.
— — l. VII, c. 20. (*Ibid.*, col. 365); p. 183.
— — l. VIII, c. XII, 26. (*Ibid.*, col. 383); p. 246, 249, 279.
— — l. IX, c. XVIII, 33. (*Ibid.*, col. 406); p. 207.
— — l. XII, c. XVI, 33. (*Ibid.*, col. 467); p. 19.
— — l. XII, c. XXXV. (*Ibid.*, col. 483); p. 236.
— — l. XII, c. XXXV. (*Ibid.*, col. 484); p. 236.
— *De Libero Arbitrio*, l. II, c. XIX. (*Ibid.*, t. 32, col. 1268); p. 103
— — l. III, c. III. (*Ibid.*, t. 32, col. 1274); p. 160, 161.
— — l. III, c. VIII. (*Ibid.*, t. 32, col. 1281); p. 380.
— — l. III, c. VIII. (*Ibid.*, t. 32, col. 1281-1282); p. 376.
— — l. III, c. XVIII. (*Ibid.*, t. 32, col. 1295); p. 377.
— — l. III, c. XIX, 53. (*Ibid.*, t. 32, col. 1297); p. 377.
— — l. III, c. XX, 57. (*Ibid.*, t. 32, col. 1299); p. 377.
— *De Sancta Virginitate*, c. XI. (*Ibid.*, t. 40, col. 401); p. 119.
— *De Trinitate*, c. XV; p. 310.
— — l. VI, c. X. (*Ibid.*, t. 42, col. 931); p. 43.
— — l. IX, c. I. (*Ibid.*, t. 42, col. 961); p. 284.
— — l. IX, c. VII. (*Ibid.*, t. 42, col. 967); p. 360.
— — l. IX, c. X. (*Ibid.*, t. 42, col. 969); p. 359.
— — l. IX, c. XII. (*Ibid.*, t. 42, col. 970, 18); p. 364.
— — l. X, c. XI, 18. (*Ibid.*, t. 42, col. 983); p. 67.
— — l. XI, c. II, 2. (*Ibid.*, t. 42, col. 985); p. 274.
— — l. XIV, c. I, 3. (*Ibid.*, t. 42, col. 1037); p. 77.
— — l. XV, c. 10. (*Ibid.*, t. 42, col. 1071); p. 361.
— — l. XV, c. XIII. (*Ibid.*, t. 42, col. 1076); p. 37, 191, 197.
— *De Vera et Falsa Poenitentia*, c. XX. (*Ibid.*, t. 40, col. 1129); p. 137.
— *De Vera Religione*, c. XXIX, 52. (*Ibid.*, t. 34, col. 145); p. 192.
— *De Videndo Deo*, c. VI, 18. (*Ibid.*, t. 33, col. 603); p. 309.
— *Epistulae*, XXXI, 5. (*Ibid.*, t. 33, col. 124); p. 114.
— — CXX, c. I, 2. (*Ibid.*, col. 453); p. 283.
— *In Iohannis Evangelium Tractatus*, CXX. (*Ibid.*, t. 35, col. 1954); p. 89, 90.
— — CXXI, 1 et 2. (*Ibid.*, col. 1564 et 1571); p. 283.
— *In Psalmum LVIII Enarratio*. (*Ibid.*, t. 36, col. 703); p. 62.
— *Enarratio in Psalmum CIII, Sermo III*. (*Ibid.*, t. 37, col. 1364); p. 117.
— — (*Ibid.*, col. 1367-1368); p. 121.

Digitized by Google

— *Super Genesim*, l. II, c. XVII, 37. (*Ibid.*, t. 34, col. 279); p. 85.
[PSEUDO] AUGUSTINUS (VIGILIUS TAPSENSIS?), *Contra Felicianum*, c. II. (*Ibid.*, t. 42. Appendix, col. 1166); p. 7, 8, 9.
AVERROÈS CORDUBENSIS (vel COMMENTATOR), p. 235.
— *De Anima*, l. I, Summa 3ª, c. 1, Com. (Venetiis, 1562, vol. 8, fol. 28 V, 53); p. 221.
— — l. II, Com. 7. (*Ibid.*, fol. 52 R); p. 339.
— — l. II, Com. 40. (*Ibid.*, fol. 81 R); p. 281.
— — l. II, Com. 143. (*Ibid.*, fol. 124 V et 125 R); p. 32.
— — l. III, c. 2, Com. (*Ibid.*, fol. 146 Vª); p. 64.
— *De Coelo et Mundo*, l. I, Com. 21. (*Ibid.*, vol. 5, fol. 15 V); p. 233.
— *De Substantia Orbis;* p. 341.
— *Ethica Nicomachea*, l. V, c. 1, Com. (*Ibid.*, vol. 3, fol. 65 Rª); p. 108.
— — l. VI, c. 2, Com. (*Ibid.*, fol. 82 Vª); p. 176.
— — l. IX, c. 8. (*Ibid.*, fol. 137 Vᵇ); p. 325.
— *Metaphysica*, l. II, c. 1, Com. 1. (*Ibid.*, vol. 8, fol. 29 Rª); p. 72, 80.
— — l. IV, Com. 2. (*Ibid.*, vol. 8, fol. 65 Vª); p. 19.
— — l. IV, c. 2, Com. 2. (*Ibid.*, fol. 65 Rᵇ); p. 37.
— — l. VI, Summa 2ª, c. 2, Com. 8. (*Ibid.*, fol. 152 Rᵇ); p. 363.
— — l. VIII, Com. 15. (*Ibid.*, fol. 224 Rª); p. 338.
— — l. VIII, Com. 15. (*Ibid.*, fol. 223 Rª); p. 338.
— — l. VIII, Com. 15. (*Ibid.*, fol. 223 Rᵇ); p. 338.
— — l. IX, c. 2, Com. 2. (*Ibid.*, fol. 227 Rª); p. 19.
— — l. IX, c. 3, Com. 3. (*Ibid.*, fol. 228 Vª); p. 355.
— — l. IX, c. 6, Com. 10. (*Ibid.*, fol. 234 V); p. 354.
— — l. XII, c. 3, Com. 14. (*Ibid.*, fol. 300 Vᵇ); p. 233.
— — l. XII, c. 2, Com. 36 (*Ibid.*, fol. 318 Vª); p. 174.
— *Physica*, l. I; p. 341.
— — l. I, c. 4, Com. 79. (*Ibid.*, vol. 4, fol. 45 Rª-ᵇ); p. 238.
— — l. II, c. 2, Com. 4. (*Ibid.*, fol. 49 V-50 R); p. 229.
— — *In Prologo IIIº Physicorum*. (*Ibid.*, Index, fol. 136 Vª); p. 81.
— — l. V, Com. 3, (*ibid.*, fol. 208 Rᵇ) et Com. 54, (*ibid.*, fol. 240 Rᵇ); p. 226.
BEDA VENERABILIS, *In Lucae Evangelium Expositio*, l. VI. (MIGNE, PL., t. 92, col. 626); p. 79.
BEKKER. (Cfr. ARISTOTELES).
BERNARDUS (SANCTUS), *De Consideratione ad Eugenium*, l. I, c. VI. (MIGNE, PL., t. 182, col. 736); p. 397.
— *De Gratia et Libero Arbitrio*, c. II, 4. (*Ibid.*, t. 182, col. 1004); p. 171.
— — c. III. (*Ibid.*, col. 1007); p. 163, 164, 167, 168.
BOETHIUS, *De Consolatione Philosophiae*, l. III, Metrum IX. (MIGNE, PL., t. 63, col. 758); p. 35.
— — l. IV, prosa IV. (*Ibid.*, col. 205); p. 99, 100.
— — l. IV, prosa V. (*Ibid.*, col. 809); p. 112.

Digitized by Google

— — l. IV, prosa VI. (*Ibid.*, col. 823-825); p. 100, 101, 112.
Canticus Canticorum, II, 4; p. 259.
CLEMENS PAPA. (Cfr. ISIDORUS MERCATOR).
Collectio Decretalium Gregorii IX, c. VII, EXTRA, *De Condicionibus appositis*, l. IV, 5. (FRIEDBERG, *Corpus Iuris Canonici*, Lipsiae, 1879, Pars II^a, col. 684); p. 322.
— c. IV, EXTRA, *De Renunciatione*, I, 9. (*Ibid.*, *op. cit.*, P. II, col. 104); p. 138.
— c. III, EXTRA, *De Sepulturis*, III, 28. (*Ibid.*, *op. cit.*, P. II^a, col. 549); p. 95.
— c. III, EXTRA, *De Sepulturis*, III, 28. (*Ibid.*, *op. cit.*, *loc. cit.*, col. 550); p. 93.
— c. XLVI, EXTRA, *De Simonia*, V, 3, 46. (*Ibid.*, *op. cit.*, *loc. cit.*, col. 767); p. 398.
— c. X, EXTRA, *De Usuris*, V, 19. (*Ibid.*, col. 814); p. 401, 403, 404.
CREUZER. (Cfr. PROCLUS).
DECRETUM GRATIANI, c. 1, C. XIII, q. 2. (FRIEDBERG, *Corpus Iuris Canonici*, Pars I^a, col. 721); p. 88.
— c. 2, C. XIII, q. 2. (ID., *ibid.*, col. 721); p. 95.
— c. 6, C. XIII, q. 2. (ID., *ibid.*, col. 721); p. 95.
— c. 7, C. XIII, q. 2. (ID., *ibid.*, col. 722); p. 95.
— c. 2, D. XXI. (*Ibid.*, col. 69); p. 392.
— c. 1, D. XXX. (*Ibid.*, col. 107); p. 259.
— c. 1, D. LXVIII. (*Ibid.*, col. 254); p. 267.
— c. 1, D. VI. *De Poenitentia*, (ID., *ibid.*, col. 1242); p. 265.
DE WULF (MAURICE), *Le Traité des formes de Gilles de Lessines*. (Louvain, Institut supérieur de Philosophie); p. 348.
ECCLESIASTES, I, 15; p. 317.
ECCLESIASTICUS, III, 14; p. 132.
— XXVII, 1; p. 110.
EDMONDUS DE PONTIGNACO (SANCTUS); p. 94.
Genesis, I, 2; p. 88.
— IV, 4; p. 255.
— IX, 2; p. 105.
— L, 24-25; p. 89.
GENNADIUS, *De Ecclesiasticis Dogmatibus*, c. XV. (MIGNE, PL., t. 58, col. 984, vel t. 42, col. 1216); p. 347.
Glossa decreti Gratiani, c. I, D. XXX. Si qui filii. (Parisiis, 1612, col. 156); p. 259.
Glossa collectionis decretalium Gregorii IX, c. 3. EXTRA, *De Sepulturis*, III, 28. Lugduni, 1558, p. 712; p. 93.
— c. 10. EXTRA, *De Usuris*, V, 19. (Lugduni, 1618, p. 1739); p. 401.
Glossa sacrorum librorum ordinaria. In Canticum. (MIGNE, t. 113, col. 1137, v. 4); p. 259.
— *I Ad Corinthios*, XI. (*Biblia sacra cum glosis*. Antwerpiae, 1634, t. VI, col. 294, F.); p. 182.

Digitized by Google

— *II Ad Corinthios*, IX. (*Ibid.*, t. 114, col. 564); p. 120.
— *Ad Hebraeos*, XI, 2. (*Ibid.*, col. 919-920); p. 200.
— *In Lucae evangelium*, XI, 3. (Antwerpiae, 1636, t. V, col. 838); p. 104.
— — XVI, 22. (PL., t. 114, col. 316); p. 107.
— *In Psalmum* LXXV. (PL., t. 113, col. 964, v. 12); p. 328.
— *Ad Romanos*, VIII, 14. (*Ibid.*, t. 114, col. 496); p. 257.
— *Ad Thessalonicenses*, III, 8-9. (Antwerpiae, 1634, t. VI, col. 678, g.); p. 119.
— — III, 10. (PL., t. 114, col. 624); p. 118.
— — V, 17. (*Ibid.*, col. 716); p. 130.
— *Ad Timotheum*, I, 6. (MIGNE, PL., t. 17, col. 482, 7-8); p. 104.
— — VI, 17. (Antwerpiae, 1634, t. VI, col. 716); p. 130.
GODEFRIDUS DE FONTIBUS, *Quodlibetum* II, q. 2 (t. I); p. 195, 197.
— — q. 3 (I, p. 84); p. 65, 66.
— — q. 7 (I, p. 118 sq.); p. 13.
— — q. 10 (I); p. 217, 221, 253.
— *Quodlibetum* III, q. 1 (I, p. 160 sq. et 303 sq.); p. 10.
— — q. 1 (*ibid.*, p. 170 sq.); p. 197.
— — IV, q. 2 (I, p. 236); p. 40.
— — q. 10 (I, p. 261 sq.); p. 81.
— — q. 19 (I, p. 291); p. 132, 134.
— — V, q. 10 (II, p. 37-38); p. 32.
— — VI, q. 3 (II, p. 113); p. 187.
— — VI, q. 7 (II); p. 22, 23, 26, 28, 272.
— — V, q. 7 (II); p. 152 sq.
— — VIII, q. 7 (III, p. 70-71); p. 287, 288.
GREGORIUS MAGNUS, p. 257.
— *Moralia*, l. XII, c. XXI [vet. XIII], 26. (MIGNE, PL., t. 75, col. 999, n° *403*); p. 313.
— *Pastoralis liber*, Pars III[a], c. XXI. (*Ibid.*, t. 77, col. 87); p. 105.
HENRICUS DE GANDAVO, p. 36.
— *Quodlibetum* III, q. 14 (t. I, fol. LXXI); p. 65.
— — IV, q. 13 (I, fol. CXII); p. 344, 348.
— — IX, q. 5 (II, fol. CCCLX, D.); p. 21, 380.
— — X, q. 9 (II, fol. CCCXXVI, recto); p. 21.
— — X, q. 9 (II, fol. CCCXVII); p. 20, 21.
— — X, q. 14 (II, fol. CCCCXXXVI sq.); p. 144.
— — XIII, q. 5 (II, fol. 526 sq.); p. 209, 212, 214.
— — XIII, q. XI (II, fol. 537); p. 173.
— — XIII, q. 12 (II, fol. 541-542 R); p. 64.
— *Summa theologica*, a. XLIX, q. 6 (II, fol. XLII R); p. 144.
HIERONYMUS (SANCTUS), *Epistula LX, ad Heliodorum*. (MIGNE, PL., t. 22, col. 507); p. 120.

Digitized by Google

— *Epistula CXXX, ad Demetriadem.* (*Ibid.*, col. 1119, *992*); p. 120.
HUGO DE SANCTO VICTORE, *De Sacramentis*, l. I, Pars X, c. 2. (MIGNE, PL., t. 176, col. 327 et 331); p. 73.
IACOBUS (*haereticus*), p. 347.
IOHANNES (APOSTOLUS), *Apocalypsis* XXII, 13; p. 298.
— *Evangelium*, I, 3; p. 298.
— — I, 4; p. 79.
— — I, 9; p. 81.
— — XV, 13; p. 319.
— — XVII, 21; p. 212.
— — XIX, 40; p. 89.
— — XX, 31; p. 288.
IOHANNES DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXII, *187*. (MIGNE, PG., t. 94, col. 943-944); p. 145.
— — l. II, c. XXII. (*Ibid.*, col. 946); p. 158.
— — l. II, c. XXIV, *192*. (*Ibid.*, col. 953-954); p. 147, 170.
— — l. II, c. XXVII, *195*. (*Ibid.*, col. 962); p. 370.
— — l. III, c. III, *208-209*. (*Ibid.*, col. 994-995); p. 212, 213.
— — l. III, c. IX. (*Ibid.*, col. 1017); p. 14.
— — l. III, c. XV, *235*. (*Ibid.*, col. 1058); p. 6.
— — l. III, c. XV. (*Ibid.*, col. 1046-1047); p. 213.
— — l. III, c. XVII. (*Ibid.*, col. 1070); p. 213, 214.
— — l. III, c. XVIII. (*Ibid.*, col. 1075); p. 158.
— — l. III, c. XIX. (*Ibid.*, col. 1079); p. 213.
— *De duabus in Christo voluntatibus*, 12-15. (*Ibid.*, t. 95, col. 146-147); p. 224.
— — 37. (*Ibid.*, col. 175); p. 224.
ISAÏAS, VII, 9; p. 73, 288.
— IX, 16; p. 257.
— XI, 2; p. 78.
— XXVI, 12; p. 257.
— XLI, 23; p. 85.
ISIDORUS MERCATOR, *Decretalium Collectio. Epistula V^a S. Clementis*, papae. (MIGNE, PL., t. 130, col. 57); p. 116.
IULIANUS POMERIUS, *De Vita Contemplativa*, l. II, c. XVI, 3. (MIGNE, PL., t. 59, col. 461); p. 115.
IUDAS, *Testamentum*. Cfr. ROBERTUS LINCOLNIENSIS.
Leviticus, XXI, 18; p. 137.
LUCAS, *Actus Apostolorum*, IV, 32; p. 116, 389.
— *Evangelium*, VI, 35; p. 398, 401.
— — XI, 3; p. 104.
— — XVI, 19-31; p. 106.
— — XXIV, 27; p. 79.

Digitized by Google

MATTHOEUS, *Evangelium*, VI, 31; p. 118.
— — VII, 26-21; p. 126.
— — XVIII, 20; p. 134.
— — XIX, 21; p. 102, 107, 121.
MERCATOR. Cfr. ISIDORUS.
PAULUS APOSTOLUS, *Epistula I ad Corinthios*, II, 9; p. 61
— — II, 11; p. 312.
— — VI, 4; p. 397.
— — VI, 17; p. 212.
— — IX, 4-5; p. 120, 121.
— — XII, 8-10; p. 78.
— — XIII, 5; p. 125, 317.
— — XV, 10; p. 255.
— *Epistula II ad Cor.*, IX, 7; p. 120.
— — IX, 12; p. 119.
— — XV, 10; p. 255.
— *Epistula ad Ephesios*, V, 29; p. 104.
— *Epistula ad Hebraeos*, I, 3; p. 190.
— — XI, 3; p. 200.
— — XII, 2; p. 225.
— *Epistula ad Philippenses*, II, 6-7; p. 7.
— — II, 13; p. 257.
— — II, 20-21; p. 317.
— *Epistula ad Romanos*, I, 3-4; p. 17.
— — I, 20; p. 292.
— — V, 12; p. 384.
— — VII, 23-25; p. 256.
— — VIII, 14; p. 257.
— — VIII, 35; p. 317.
— — IX, 16; p. 257 (note 3).
— — XII, 4-5; p. 87.
— *Epistula ad Thessalonicenses*, III, 8-9; p. 119.
— *Epistula ad Timotheum*, VI, 7; p. 104.
— — VI, 8; p. 104.
— — VI, 17; p. 130.
PETRUS LOMBARDUS, *Libri* IV *Sententiarum*, l. IV, dist. III, c. IV. (Ad Claras Aquas, 1916, t. II, p. 756); p. 241.
— — l. IV, dist. XIX, c. IV. (Ibid., p. 871); p. 137.
PLATO, p. 359.
POMERIUS. (Cfr. IULIANUS).
PROCLUS, *Institutio theologica*, c. I, p. 3. (CREUZER, Francfort, 1822); p. 304, 305.
— — XXXV. (*Ibid.*, p. 61); p. 42.

Digitized by Google

— — XLI-XLIV. (*Ibid.*); p. 67.
PROSPERUS. (Cfr. IULIANUS POMERIUS).
Proverbiorum liber, XVI, 4; p. 298.
Psalmorum liber, XXX, 8-9; p. 109.
— LXXI, 3; p. 72.
— LXXII, 28; p. 62.
— LXXV, 12; p. 328.
— CIII, 14; p. 117, 121.
— CXLVI, 9; p. 121.
PTOLEMEUS, *Centilogium;* p. 84.
Regum liber, XVII, 27-31; p. 95.
RICARDUS A SANCTO VICTORE; p. 99.
ROBERTUS LINCOLNIENSIS, *Testamenta duodecim Patriarcharum filiorum Iacob...* (MIGNE, *Patrologie grecque*, t. 2, col. 1083-1086, XXVI); p. 94.
SENECA, *De Beneficiis*, l. VI, c. 20. (C. HOSIUS, vol. I, fasc. II, p. 167. Lipsiae, Teubner, 1900); p. 263, 401.
Testamentum Iudae. (Cfr. ROBERTUS LINCOLNIENSIS).
THEMISTIUS, *De Anima*, l. III, c. 61. (Venetiis, 1527, fol. 82 V); p. 354.
THOMAS AQUINAS, *De Ente et Essentia*, c. V; p. 10.
— *Summa theologica*, P. I, q. LXXXIII, a. 3 et 4; p. 147.
— — P. III, q. XVII, a. 1; p. 7.
— — P. III, q. XVII, a. 2; p. 10, 13.
— — P. III, q. LXXVII, a. 1; p. 10.
VIGILIUS TAPSENSIS. Cfr. [PSEUDO]-AUGUSTINUS.

Digitized by Google

Table générale des Matières

QUODLIBETUM OCTAVUM

Pages

I. — Utrum Christus sit unum vel plura 5

II. — Utrum subiectum possit esse principium immediatum praecipue effectivum alicuius sui accidentis 18

III. — Utrum creatura rationalis antequam sit in effectu sit capax gratiae sive cuiuscumque accidentis 34

IV. — Utrum in expulsione culpae sive originalis sive actualis sint simul culpa quae expellitur et gratia quae expellit 51

V. — Utrum homo absque omni gratia per solum liberum arbitrium possit facere opus meritorium vitae aeternae 61

VI. — Utrum homo posset beatificari si potentiae animae essent aliquid realiter ab ipsa essentia differens 64

VII. — Utrum in quolibet fideli sit aliquod lumen infusum aliud a lumine fidei 69

VIII. — Utrum fidelis possit uti divinatione quae fit per astronomiam ex inspectione astrorum et corporum superiorum 83

IX. — Utrum conveniens sit consulere quod corpus sepeliendum dividatur ad hoc quod in pluribus locis secundum partes sepeliatur 86

X. — Utrum peius sit homini malo esse punitum quam non punitum ... 99

XI. — Utrum perfectio vitae humanae exigat relinquere bona exteriora et quantum ad actum sive possessionem et quantum ad affectum sive amorem 102

XII. — Utrum magis diminuit de ratione operationis vel actus perfecti facere aliquid timore poenae corporalis vel amore alicuius boni temporalis 126

XIII. — Utrum religiosus sive professus sive non professus habens parentes ita vehementer contristatos de hoc quod talis est in religione, quod sunt propter hoc in periculo mortis, nisi per egressum filii eis subveniatur, teneatur exire pro consolatione ipsorum 132

Digitized by Google

XIV. — Utrum sacerdos omnis ad hoc quod possit suos subditos absolvere debet esse multum instructus et peritus in scientia theologica 136
XV. — Utrum religiosus et praecipue de religione exempta habens curam animarum sub episcopo teneatur magis confiteri episcopo sive ad mandatum episcopi quam abbati suo 138
XVI. — Utrum appetitus bruti sit liber et sic possit dici voluntas 140
XVII. — Utrum subsistere quo species panis in sacramento altaris subsistit sit realiter idem cum essentia quantitatis vel aliud 177

QUODLIBETUM NONUM

I. — Utrum Deus possit unum accidens in aliud convertere 181
II. — Utrum aliqua actio Dei possit in nihilum terminari sive utrum Deus possit aliquid in nihilum redigere 189
III. — Utrum persona divina possit naturam in unitate suppositi assumere 208
IV. — Utrum natura humana in Christo fuerit aequalis perfectionis cum natura humana in statu innocentiae, puta ipsius Adam 216
V. — Utrum Christus secundum humanam naturam potuit generare ... 223
VI. — Utrum ista duo stent simul quod creatio sit id quod factis ipsius esse creaturae et tamen ipsa tota creatura quantum ad totam essentiam et ipsum esse creetur 226
VII. — Utrum possint esse duo entia specifice differentia aequaliter se habentia ad primum principium 231
VIII. — Utrum anima humana in gloria sine corpore suo possit esse beatior etiam quantum ad beatitudinem essentialem aliquo angelo et hoc est quaerere utrum si beata virgo esset in gloria sine corpore ipsa possit esse gloriosior et beatior omnibus angelis ... 234
IX. — Utrum si offerantur duo parvuli ad baptismum et ambo sub uno nomine, puta Petri, baptizarentur, sacerdos baptizans eos habens intentionem utrumque baptizandi dicat sic in singulari : Petre, baptizo te, in nomine, et cetera, sint vere baptizati 239
X. — Utrum confitens omnia peccata sua sine contritione et non potens tunc consequi effectum sacramenti poenitentiae, postea cum conteritur teneatur iterum confiteri, vel sufficiat confiteri quod ficte et non contritus prius fuit confessus 242
XI. — Utrum caritas habeat esse in fieri vel in facto esse 247
XII. — Utrum augmentata caritate augeatur capacitas voluntatis 251
XIII. — Utrum ad hoc quod habens caritatem possit mediante illa elicere aliquem actum meritorium requiritur nova motio et influentia Dei vel Spiritus Sancti animam moventis 254

Digitized by Google

XIV. — Utrum filius magis teneatur subvenire patri infideli indigenti quam extraneo fideli 258
XV. — Utrum qui recipit mutuum ab aliquo usurario si postea usurarius restituat id quod per usuram extorsit ille qui mutuum recepit ex beneficio usurarii et ex commodo quod inde sequitur teneatur mutanti dare aliquid ultra sortem de eo quod sibi ab illo restituitur vel quod possit illam totaliter retinere 261
XVI. — Si aliquis confitens habeat aliquod peccatum mortale de quo tamen non facit conscientiam et ideo de omnibus aliis confitetur et non de illo, confessor autem sciat confitentem esse in tali peccato, si ipse confessor debeat ei de illo peccato facere conscientiam et dicere quod de illo peccato poeniteat et confiteatur ... 264
XVII. — Si aliquis praelatus regularis habens privilegium quod ingredientibus ordinem et monasterium suum sive noviciis possit dare tonsuram clericalem et aliquis a tali praelato tonsuratus intra annum probationis exeat, utrum talis sit ab episcopo suo iterum tonsurandus vel per illum sit sufficienter translatus ad statum clericalem et habilis ad susceptionem ordinum 267
XVIII. — Utrum Graecorum error de Spiritu Sancto sit peior inobedientia eorum vel e converso 269
XIX. — Utrum intelligere fiat in recipiendo speciem aliquam 270
XX. — Utrum inter scientias quibus perficitur intellectus magis proprie debet dici scientia ipsa scientia philosophica naturalis quam scientia theologiae 282

QUODLIBETUM DECIMUM

I. — Utrum in producendo universum magis principaliter intenderit Deus partes magis principales quam minus principales 297
II. — Utrum Deus posset producere in actu completo infinitum quod se tenet ex parte materiae sive multitudinem aliquorum entium infinitam 300
III. — Utrum sancti videntes divinam essentiam videant in illa quae hic aguntur, immo etiam utrum omnia in ipsa essentia videant ... 307
IV. — Utrum caritas in illo in quo habet esse elevat potentiam intellectivam ad cognoscendum supernaturaliter sicut dicitur elevare voluntatem ad supernaturaliter diligendum 314
V. — Utrum caritas habeat esse in aliquo homine 317
VI. — Utrum homo ex naturali rationis dictamine habeat iudicare quod magis debeat diligere Deum quam se ipsum 318

Digitized by Google

VII. — Utrum dolor contritionis quo quis dolet de peccato secundum quod per illud offendit homo divinam bonitatem et maiestatem debeat esse maximus ita quod non possit esse maior 327
VIII. — Utrum vovens aliquid pro aliquo bono temporali, puta pro sanitate obtinenda vel pro aliis temporalibus assequendis teneatur votum implere 328
IX. — Utrum homo sit vere et realiter compositus ex eo quod in ipso est materia et forma 336
X. — Utrum secundum ponentes in homine plures formas substantiales oportet ponere in ipso plures animas 343
XI. — Utrum intellectus speculativus et practicus sint una potentia ... 348
XII. — Utrum verbum mentale formetur in intellectu ab ipso intellectu in quo est vel non 358

Digitized by Google

Digitized by Google

Les Philosophes Belges

TEXTES ET ETUDES

Tome I. — **M. De Wulf,** *Le traité des formes de Gilles de Lessines* (texte inédit et étude), 1901, XII-238 pp. 50.00

Tome II. — **M. De Wulf** et **A. Pelzer,** *Les quatre premiers Quodlibets de Godefroid de Fontaines* (texte inédit), 1904, XVI-364 pp. 50.00

Tome III. — **M. De Wulf** et **J. Hoffmans,** *Les Quodlibets V, VI, VII de Godefroid de Fontaines*, 1914, 420 pp. 50.00

Tome IV, fasc. I. — **J. Hoffmans,** *Le huitième Quodlibet de Godefroid de Fontaines* (texte inédit), 1924, 180 pp. 35.00

Tome IV, fasc. II. — **J. Hoffmans,** *Le neuvième Quodlibet de Godefroid de Fontaines* (texte inédit), 1928, pp. 181-296. 35.00

Tome IV, fasc. III. — **J. Hoffmans,** *Le dixième Quodlibet de Godefroid de Fontaines* (texte inédit), 1931, pp. 297-422. 35.00

Tomes VI-VII. — **P. Mandonnet,** *Siger de Brabant* (texte et étude), 2e édit., 1911-1908, XVI-328 et XXXII-194 pp. (épuisé).

Tome VIII. — **G. Wallerand,** *Les œuvres de Siger de Courtrai* (texte et étude), 1913, VIII-(74)-176 pp. 35.00

Tome IX. — **M. De Poorter,** *Le traité « Eruditio regum et principum » de Guibert de Tournai, O. F. M.* (texte et étude), 1914, XVI-92 pp. 20.00

Tome X. — **E. Longpré,** *Les Quaestiones disputatae de Gauthier de Bruges* (texte inédit), 1928, X-243 pp. 50.00

Tome XI, fasc. I. — **G. Wallerand,** *Henri Bate de Malines. Speculum Divinorum et quorundam Naturalium* (étude critique et texte inédit), 1931, (34)-240 pp. 50.00

Tome XII. — **F. Van Steenberghen,** *Siger de Brabant d'après ses œuvres inédites.* **Volume I,** *Les œuvres inédites*, 1931, VIII-356 pp. 75.00

(En préparation :)

Tome XIII. — **F. Van Steenberghen,** *Siger de Brabant d'après ses œuvres inédites.* **Volume II,** *La carrière philosophique de Siger.*

Louvain. — Impr. « Nova et Vetera », rue de Tirlemont, 118-120 et rue Vésale, 2 (Em. Warny)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils
Folio 183 P549 V.4
Godfrey, of Fontaines, 13th/14th cent.
Le hiti eme - dixi eme Quodlibet / texte
3 1951 002 347 085 J

MINITEX
Minnesota Library Access Center
9ZAR05D21S10TE9

Digitized by Google